Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
114
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

605234 VII. H. 114

PRACTICABILIVM CONCLVSIONVM IVRIS FLORILEGIVM

IN QVO

MVLTA DISPVTATA, CONCLVSA, ATQVE DECISA
Traduntur, tàm in Iure Pontificio, quàm Cęſareo
ad rectam Reipublicæ gubernationem.

OPVS


NON MINVS VTILE; QVAM NECESSARIVM
Cunctis Cauſarum Patronis, ac iuſtitiam miniſtrantibus,
lucubratum, & ordinatum.

AVTHORE

D. CAROLO ROTA V. I. D.
PATRITIO AVLETANO.

CVM INDICIBVS TITVLORVM, CONCLVSIONVM, ARGVMENTORVM,
Et rerum memorabilium, atq; Summarijs locupletiſſimis.

CVM PRIVILEGIO.



Biblioteca Nazionale Napoli


SVPERIORVM LICENTIA.

NEAPOLI. Typis Iacobi Gaffari. M. DC. XLIV.

Sumptibus Ioannis Dominici Boue.

Digitized by Google

Digitized by Google



EXCELLENTISSIMO PLVMBINI PRINCIPI D. NICOLAO LVDOVISIO, HISPANIARVM PRIMATI.

Excogitanti mihi (Magnanime Princeps) quonam modo valerem tuæ Excellentiæ me gratum ſubditum oſtendere, & meæ cupiditati ſatisfacere, vt Mundus dignoſceret, quot propriæ ſint obligationes tuam erga magnitudinem, & quot gratiæ; quas e tua liberalitate Auguſtiſſima ipſe acceperim; tuto iam animo deliberaui Opus hoc meum de legali ſcientia lucubratum ſub nomine FLORILEGII PRACTICABIL. CONCLVSIONVM IVRIS ſub tuo culmine dicatum adere, vt tui ſplendoris radijs cunctis præfulgeret, & ſi exteri vndiq; confluunt ad tuũ tutelare præſidium, nõ aliquid aliud cupientes, quàm vt te in patronum cognoſcant, & ſub tuæ protectionis vmbra viuant, quantò magis fortunatus ipſe in lucem proditus ſub tua gubernationis auſpicio ità me in iſta primaria occaſione gerere quippè debebam, vt non minus in me deſiderium, & voluntas; quã alij rectè retinẽt inſpiceretur, & de hac optima electione multo ſanè animi iudicio peracta, ſicut inculpari non poſſunt, ità laudari debeo; dũ meas has theſes, nõ niſi tuæ admirandæ ſolertiæ inhærere valebam, etenim tuæ Excellentiæ ſolùm vitioſa tueri poterunt, tui Nominis lumine obſcura clareſcere, & tua prudentia dubia declarari. Nunquid nouum

eſt,aut ignotum mortalibus ; quanta ſollicitudine tuos Principatus gubernes,quanta munificentia ſubditis domineris,quanto ſtudio iuſtitiam miniſtrari mandes, quanta prouidentia delictis occurras ? quæ omnia ex pietatis affectu,non ex alio intuitu emanare cognoſcimus. Nunquid nõ tu ille glorioſiſſimus Princeps fama ſuper ſydera notus,qui Dei prouidentia Plumbini Principatum obtines, (vltrà innumeros alios ſtatus ſub noſtri Catholici,& Inuictiſſimi Regis Philippi Dominio)in quo ſtatuta condendi,& leges promulgandi Imperium obtines ? meritò igitur labores mei tuæ Excellentiæ conſecrantur, Iura ſtatuẽdi poteſtatem habenti. Nunquid Terrarum Orbis ignorat, te conſilio cunctos ſuperare, iudicio in omnibus præualere,& virtute quoſcunq; præcellere? & hoc ex innata tui ingenij natura,dùm matris gremio,quę poſſunt eſſe maiora, in Mundum tecum traxiſti; & hoc non eſt mirum, cùm ex vera ſcientia iudiceris propago ; dùm tui maiores Eminentiſſimi; immò & Maximi Pontifices Vaticanam Sedem, & Romanam Eccleſiam, non minus Mitra, & Purpura ; quàm virtutum profluuio illuſtrarunt, vt fama teſtatur,geſta celebrant,& viua per æuum memoria commendat, à quibus nihil, Excelentiſſime Domine, tua gloria ſeceſsit, & non mentior,dùm te hodiè cuncti mirantur Principes,omniumq; ſtupor videris, adeò iudicij tui altitudines imperſcrutabiles apparent : diffunditur iam vox popularis,qualis ſis,& qualia facias; vndè non eſt, qui adhuc te nouerit, aut de te ſaltem ſermonem fieri intellexerit, & non optauerit tuam ~~magnitudinem, summoquè decus recolere~~, & te in patronum habere; ſed quis nam de te verba facturus vniuerſa connumerare,nondùm ſingula perſequi oratione facilè poſsit ? & quamuis mihi nihil vnquàm dulcius ſit,aut ſuauius,quàm de te fari, aut ſcribere, tamen dùm mea inſipientia vires tuarum laudum cumulum pertangere minimè poſsũt, amor,& admiratio ſurgit,& locutio cadit : Hinc tuam Excellentiam deprecor, vt hæc mea dona ſuſcipias grato animo, vti ipſe iam offero,& quamuis ſint minima; in his Principis maior fulget maieſtas,teq; exoro,vt ruditatem ingenij mei tui luminis claritate colluſtres, & tui nominis auctoritate conſerues ; ad quod peragendum te diù felicem, ac incolumem ſeruet Deus.

Subditos inter minimus

Carolus Rota.

ADMODVM OBSERVANDO DOCTORI

D. IOANNI DOMINICO COSCIA

PRIMAM REGENTI CATHEDRAM

IN PARTHENOPEAE CIVITATIS SCHOLIS, VIRO ERVDITISSIMO, COMITI PALATINO MERITISSIMO, FELICITATEM,

CAROLVS ROTA.

ARctiſſimis cùm ipſe ſim (venetande magiſtet) tuæ humanitati vinculis innodatus;vellem aliquo modo à tot ligaminibus liberum me reddere:quãdo diſſolui poſſem modo, quo ſum adſtrictus; & cùm ex alio capite inhabilis videat, quàm ex tuarum laudum enartatione obptarem,ſic me certè ſoluere, quando reſponderent vltima primis: quando mei imbecillitas ingenioli tuarum laudum cumulum valeret attingere: quando mei debilis pectoris lena tuas poſſet enarrare virtutes, celebrare encomia, eructare dotes, & honores proferre; ſic equidèm tua erga me habira affectio, proptia dilectione ponderaretur, ſic meæ iam obligationi, ac deſidetio ſatisfieret: at cùm meus tuam verſus dominationem ſit amor immenſus, qui e tuæ dilectionis magnitudine etumpit,vt verſus demonſtrant,

Amore d'Amor naſce
Come foco da foco,
E ſol d'Amore, Amor ſi nutre,e paſce.

Ebrius factus vndè principium ſumam ignoro: cùm nec initium,nec finem habeant tuæ innumeræ dignitates: vltrà quòd de dilecto nunquàm ſatis, vt prudentum vnus Magno Alexandro reſpondit: quando laudes audite de ſuo familiari Efeſtione cupiebat; etſi mihi centum linguę, oraquè centum adeſſent. Sed ad quid graue tantũ onus ſuſcipere curaui ineptus? cùm cunctis pateat,& tui nominis fama,tuæ eruditionis monſtruoſitas, & tuæ munificentiæ prædicamentum, de per ſe enim virtutes tuæ te ipſum collaudent;& ad Aetera extollant;taliter quòd aliorum non quidèm celebratione indigent, & eſſem ego potiùs dignus obiurgatione, quàm laude; ſi vellem illas celebrare dotes, quas calamo numerari non poſſunt: immò tanquàm tuus partialis alumnus,potiùs adulator; quàm veritatis compoſitor de facili cenſerer; ſi minimã tuæ claritatis partẽ exprimendã ducerem,& quæ ſuo opere colluſtrantur, mea inſipientia redderentur obſcura, & potiùs tibi,quàm prodeſſe nocerẽ,quod eſt veræ adulationis effectus,iuxtà ſententiã.

E con atto mentito, e finta voce
Quanto luſinga più, tanto più noce.

Dùm & *Ciceronis*, & *Demoſthenis* hoc ſimiliter cenſeretut laborioſum facinus. Tamen cùm ſit mihi via præcluſa ab obligationum liberatione,quę me retinent alligatum, vt magis deuinctum me tibi confitear, & ſic etiam ratio expoſtulat, & diſcurſus ſuadet, ac in totum ſim tuus tibi obligatus præſẽs meum FLORILEGIVM recollectũ,ſub tua cõmendatione duxi ædẽdum,vt ea tui animi liberalitate; qua me ſemper protegiſti, illius patrocinium ſuſcipias,commendatũ habeas,ac defendas, etenim eſt magiſtri ſuum alumnum tueri;& proprias ſuſtinere partes,cùm in eſſe producat præceptoris doctrina, quæ accidentalitèr in non eſſe videbantur; non vt de ſcholaris inſipientia imputetur; cùm peccet: ſed illius glorietur prudentia,cùm ſapiat:quoniã quæ iudicantur electa,docentis exiſtimabuntur,& quæ reproba apparebunt, docti indocti reputabuntur, habeat itaq; tuæ celſitudinis dignitas hoc meum commendatum opus,vt opinor: nam ſic te fauente calumniantium ora ſilebunt; maledicentium linguæ tacebunt, cùm tuæ munificentiæ virtus eximia cunctorum valeat iniquitates eijcere: & eam tutelam in iſto labore ſuſcipias, quam ipſe precor, nam ſic quod tuum eſt condignos emenabis fauores, & ad te recurrentes non deſtitues, quod eſt verè grandis animi affectus: & ſicut magis iſtæ meæ caliginoſæ compoſitiones ſub tui luminis grarioſa tuitione fulgebunt, ità magis tuum illuſtrabitur decus; quod augeat ille ſemper, qui cuncta valet, & poteſt, atq; te ipſum gubernet per innumetos annos, & Vale.

Digitized by Google

AD LECTORES OPERIS AVCTOR SALVTEM.

VIX legali curſu completo, illam optaui attingere metam, ad quam currens animus imbecillis viribus peruenire non valuit; attamen voluntas etſi mea non ſit adimpleta; eſt quidèm meo deſiderio ſatisfactum, in me gratum IVSTINIANI alumnum maioribus demonſtrando; dùm adeò in noſtra morali Philoſophia, legaliq; ſcientia fui captus amore à prima die, qua Iuriſconſultorum ſanctiones auribus percipi cœpi; quod indè poſtmodùm non mente excogitaui aliud, quàm ad aliquod perfectionis ſignum mei ſtudij curſum ducere: indefeſſo itaquè labore, ac alacri vigilia, hoc paruulum FLORILEGIVM mearum Concluſionum Iuris recollegi, ſicut iam diuerſimodè occaſiones permiſerunt; tàm in Ciuitate Neapolis, in qua poſt quàm immeritò ad togalem fuerim dignitatem promotus, Regijs Tribunalibus operam dedi per non paruum temporis ſpatium; prout ad præſens eandem met ipſe ſequi videor rubricam; quàm in Ciuitate Salerni; vbi nondùm ad tutelam cauſarum, & clientulorum patrocinium me occupatum retinebam; verùm etiã Lectoris canonicarum, ciuiliumq; inſtitutionum fungebar officio; & in forenſium partibus; in quibus Aduocati quandoq; & quandoq; Iudicis ſuſcipiebam munus; & tunc quando ad complementum putaueram meos ferre labores. Petrar. in me crudelem ſuſtinui ſententiam, quæ ſic in primo mortis Triumpho deſcribitur.

Hor à voi, quando'l viuer più diletta
Drizzo il mio corſo innanzi, che fortuna
Nel voſtro dolce qualche amaro metta.

Dùm hilaritèr cùm magis perguſtarem dies, ad tale ſignum; quòd forſan nonnulli quid in me inuidere habebãt, à crudeliſſimis inuaſus ciuilis belli infortunijs, coactus deſtitutis legibus, arma ſuſcipere (ſic meo ſydere permittẽte) mihi fuit neceſſe Imperatoris theoricã in me practicando ad Tex. Inſtit. Imperatoriam Maieſtatem, ex eo quia bellorum, & pacis ſtatum fui expertus, & putans, ne morte præuentus meas lucubrationes mecum exportarem, nil aliud excogitando meis in coaceruatis iuribus, & practicabilibus methodis, quàm Reip. vtilitatem, & non vt in illis propriam illuſtrarem laudem, atq; honorem; dùm qui præ oculis mortis memoriam retinet, cuncta ſperniſſe cẽſendus eſt; vix finitas has quadraginta theſes, Typis tradẽdas ex abrupto curaui; in quibus nec ingenij perſpicaciam, nec iuris ordinem inuenire poteritis: ſed tantùm hilarem animum; quem ipſe ſeruaui in componendis ijs; & ſicut in edendo fuit eximius; ità commendatus apud veſtram humanitatem appareat; & ſciatis, quòd licèt ex præfatis aduerſa in me putanda eſſet fortuna; in hoc tamen fauorabilem eam iudicaui; dùm quatraginta tantum concluſiones in lucem dandas permiſit, non ſine maximo miniſterio, cùm hoc in quatragenario numero deſignentur illi quatraginta dies; qui mercatoribus è longinquis Regionibus mercimonia ducentibus dantur; vt tanto temporis ſpatio valeant experiri, ſi contagione caueant; vt poſtmodùm ea gratè recipiantur: & propterea ſum contentus, vt iſtę meæ coaceruationes iuris, ſint experimento lata ex profundiſſimo legum pelago; ſed illorum, qui emendi, & non ſpernendi animum ſuſtinent; vt cognitis ſaluberrimis, & mortifero morbo innoxijs: poſſim maiora offerre (ſi Deus tamen omnium Auctor voluerit) vobis benignis Lectoribus: expurgentur itaq; immunda in hoc opere, ſed ab his; qui nõ ſunt oculis in Orbe capti, nàm periculum immineret, quòd iſti oris forcipe, & linguæ gladio, cùm ſint orbati lumine, bonum pro malo tonderẽt, & lanã p pilo reciderẽt, dùm de his fatur Propheta Pſ. 56. dicẽs, & lingua eorũ quaſi gladius acutus. Obſeruetur quidẽ infirmitas in hoc cõcluſionum incompoſito corpore, ſed à veris Medicinæ profeſſoribus; vt morbi qualitates diſtinguant, & curent, ne quantum auribus intelligant, atq; in ſententiam incidant. Medice cura te ipſum. Etenim hodiè experimentum demonſtrat; quòd magis hominum opinio; quàm rei veritas, & facti ratio irrectam animi ſententiã profert; & mortales iudicant quemquã iuxtà cordis paſſionẽ, & non iuxtà veram ſenſus intentionẽ; vndè ex hinc tot Momi, exindè tot adulatores videntur falſum ſimulato animo verborum pulchro indumento operientes; & vero velamen prauo iudicio auferentes; iudicant ſecundùm opes dicentis, non ſecundùm opus ſcribentis, ſecundùm viſum picturæ, non ſecundùm ſenſum ſcripturæ; ſecundùm affectum amici, non ſecundùm effectum ſubiectis, ſecundùm paſſionẽ voluntatis, non ſecundùm compoſitionem veritatis, & ſecundùm faciem coloris, & non ſecundùm facem ardoris, contra Diuinæ Sapientiæ conſilium 1. Deuter. lit. C. & apud Io. 7. lit. D. dùm ait. Nolite iudicare ſecundùm faciem: ſecundùm iuſtum iudicium iudicate, & de hoc conqueri videtur virtus per Alc. emblem. 120. dùm ſecundùm aurum ponderatur, & non ſecundùm diſcretionem, dicens.

Dextra tenet lapidem, manus altera ſuſtinet alas
Vt me pluma leuat, ſic graue mergit onus
Ingenio poteram ſuperas volutare per arces,
Me niſi paupertas inuida deprimeret.

Et meritò, dùm extollitur fama virtutis per honores, & non per labores, per diuitias, & non per miſerias,

Digitized by Google

ſerias, per dignitates, & non per paupertates, ſed tamen non poterit denegari quin aurum decreta tollatur; & theſaurum in terra fodatur; prout demõſtrat tex. in §. theſauros, Inſt. de rerũ diuiſione. *& hoc dulce auri eloquium hominum auribus gratum ſit inepti mei diſcurſus finis; qui ſinè ferè exoſum prolipſitatis ex vitio arbitrari poſſet, niſi hac finalis theſauri dulcedo iſtis in calamitatibus purgaret abſurdum, & valete.*

IOSEPHI CENSALII V. I. D. AC SACR. THEOLOG. PROF. ACADEMICI OTIOSI

EPIGRAM.

NOn tibi marmoreas ædes, vel Aenea tecta
Fabrili inſtituit doctior arte manus,
Perpetuum, ſed opus ſolidoquè perennius ære
CAROLVS floriſera prouidus arte parat,
Quòd non imber edax, Boreæ non impetus ingens
Sternat, & infenſi fulmina dira Iouis.

AD V. I. D. CAROLVM ROTA
Ob Inſigne eius Florilegium.

V. I. D. ANDREAE CENSALII ACADEMIAE INCAVTORVM PRINCIPIS ELOGIVM.

FLORES DVM LEGIT ROTA IMMORTALEM SIBI GLORIAM PARAT, SVVM NOMEN TINEA DEMOLITVM NON ASPICIETVR,
CVM QVASI SPHERA FINE CARENS, ROTAE CENTRVM VBIQVE PONAT.
LANGVET INGENIVM, DVM NOVVS ATHEO ROTAE IMMORTALITATI, VELVTI SOLIS RADIIS OCVLOS FIGERE TENTAT,
AVDAX FATEOR, NEC ROMAM TOT FLORES, NEC TAM FLORVM VIRTVTE PRAEDITVM ATHENAS HABVISSE,
HIC DICENDI VENVSTAS APPARET, VT ACIDALII FONTIS CVM GRATIIS FVISSE CONVERSATVM SIT ASSERENDVM.
FLORES INDE DECERPENTES IPSO DVCE AVREA FORO REDIRE SAECVLA PERSPICIENT.
FORMOSIS FLORVM SERTIS VIRTVS AD ETHAERA EREXIT DECVS,
NON VT CADVCIS FLORIBVS SVA ORNARENTVR TEMPORA, SED LVMINE AETERNO,
HINC SVBOBSCVROS IVRIS INTELLECTVS FLORVM VERE APERIT, ATQVE ELVCIDAT.
HIC LEGVM CORIPHAEVS ELOQVENTIAE VIRES ADEO SVPERAT, VT FLORVM MIRABILI TEXTVRA COELESTIA EFFVNDAT.
EN? LICET PHAEBVS ROTANTIS CVRRVS NVNC IN LEONIS SIGNO ACCENSVS, NVNC CAPRICORNI FRIGIDI ERRET PER SALTVS,
NON TAMEN PIROI FVMANTIS VARIAT AESTIVO, AC HYEMALI TEMPORE CVRSVS.
SIC ROTAT NOMEN, SED CONSTANS IN VARIETATE AETERNVM DVRABIT.

Digitized by Google

D. CAROLO ROTAE

AVTHORI FLORILEGII,

AC I. C. PERITISSIMO.

D. IO. PETRVS PROTHON. APOST. MASSARIVS

SAC. THEOLOG. PROFES. ET I. V. D.

HOC ENCOMIVM D.

Inter odores, qui afflantur à floribus
Nil gratius accidit, quàm tuum, CAROLE, Florilegium;
Ver attuliſti legali ſapientiæ nouum
Hoc tuo Florilegij flore,
Quem nulla procella infringet, ac turbo,
Sed inter acutos linguæ malignæ vepres
redolebit fragrantius.
Nec Rota vndiquè armata cuſpidibus
obtrectatores timebit, ſed ad gloriæ portum adducet;
ad huius Florilegij pulcritudinem innumeræ
aduolabunt Apes, quæ mel præferent doctrinæ;
Et exerent in perduelles aculeum.
Quod vt tutius effloreſcere poſſet, & pulcrius,
edidit tibi Neap. libentius tellus flores.
Ideò exareſcere haud poterit,
Sed per te florere videbuntur leges, iura augeri;
& fora vigere.
Nam ex hoc Florilegio flores, fructus colligēt Lectores,
nec ceſſabunt, ex quo omnia campi parata manent.

FRANCISCI BRESCIA DE ALOYSIO V. I. D. NEAPOLIT,

ACADEMICI OTIOSI, IN AVTHORIS LAVDEM.

ELEGIA.

TE Rota dum varijs ſacrata reſoluere Iura
Exagitas, nomen fertur ad aſtra tuum;
Omnes eſſe ſimul hinc Florilegia poſcunt
Sollicitanda Typis, aurea nempè tua.
Fortunate labor, quem præſens inuidet ætas
Florida, non ſolum, ſedquè futura magis.
Quæ nunquam hac humili laudis modulabor auena
Carmina, tam decori CAROLE grata tuo.
At documenta viris præſtanti munere donas
Legum, ſunt Mundo gloria magna ſatis.
Et mille extollunt hominum te laudibus ora,
Ardua iura nimis dum ſuperare doces.

APPRO-

APPROBATIONES.
Al Sig. Canonico Giannettaſio,
Aleſſandro Luciano Vic. Gen.

Ioſeph Giannettaſius Canonicus Deputatus vidit.

IMPRIMATVR.
Alexander Ruſſus Canonicus Vicar. Generalis.

ILLVSTRISSIMO, ET ECCELLESSIMO SIGNORE.

IL Dottor Carlo Rota fà intendere à V. E. come hauendo compoſto vn Libro di Legge, intitolato Florilegium Practicabilium Concluſionum, deſideraria darlo alle Srampe. Perciò ſupplica V. E. reſti ſeruita ordinare, che ſi riueda da chi comanda, & l'hauerà à gratia: vt Deus, &c.

Magnificus V.I.D. Ioannes Baptiſta Thoro videat, & referat in ſcriptis Sua Excellentia Zuſia Regens.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neap. die 26. Martij 1643.

De Giorno.

ILLVSTRISSIME, ET EXCELLENTISSIME DOMINE.

VT mandatis Veſtræ Excellentiæ cum omni, qua decet reuerentia parerem, ſedulò perlegi Florilegium Practicabilium Concluſionum editum per Carolum Rota V.I.D. ſolertiſſimum, in quo nil reperi, vt officere poſſit iuri publico, ſed pro vniuerſali literariæ profeſſionis commodo arbitror, prælo dari poſſe, ità mandante Excell. Sua, quam ex debito precor Deum, incolumem ſeruaturum pro Reipublicæ tutela. Datum ex Aedibus noſtris. Neap. die 1. Aprelis 1643.

Veſtræ Excell. additiſſimus ſeruulus

Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neapolit.

Vidit Arias de Meſa Regius Conſiliarius Delegatus per ſuam Excellentiam pro reuiſione Librorum.

Viſa relatione prædicta Imprimatur.

Tapia Reg. Brancia Reg. Zuſia Reg. Caſanate Reg.
Sanfelicius Reg. Azcon Reg. Capycius Latro Reg.

INDEX RVBRICARVM.

De Litera A.

De Adoptionibus.
De Adulterio, & alijs carnalibus copulis.
De Alienatione rerum in iudicium deductarum.
De Appellationibus.
De Apochis.

De Litera C.

De Calumniatoribus.
De Concuſsione.
De Conditionibus inſtitutionū.
De Contumacia ex delictis reorum.
De Crimine expilatæ hæreditatis.

De Litera D.

De Decimis.
De Dote legata.
De Dotis promiſsione.

De Litera E.

De Electione Officialium; & eorum ſindicatu.

De Litera F.

De Falſis
De Fideicommiſsis.
De Filio vocante patrem in iudicio ſine venia.

De Litera H.

De Hæreditate, vel actione vendita.

De Litera I.

De Indicijs, & tormentis.
De Inuentario.
De Iuriſdictione inuicem non turbanda.
De Iure emphyteutico.
De Iure offerendi, & prothomiſeos.
De Iuramento ſuppletorio.

De Litera L.

De Laudimijs.
De Legatis.

De Litera M.

De Mutatione nominis.

De Litera N.

De Nuptijs metu contractis.

De Litera O.

De Oblatis, ſeù Offertis:
De Obſequio Officialium.

De Litera P.

De Priuilegijs creditorum.
De Pupillari ſubſtitutione.

De Litera Q.

De Quarta, ſeù legitima.

De Litera R.

De Reuocandis donationibus.

De Litera S.

De Sententijs; & tranſactionibus.
De Sententia excommunicationis.
De Solutionibus, & liberationibus.
De Suſpectis Arbitris.

De Litera V.

De Vſu, & Habitatione legata.
De Vſuris.

AR-

ARGVMENTORVM INDEX.

ADoptare an poſſit Clericus, aut Monachus, & de alijs ad hanc materiam. Concluſ. 1.

Adulterium qualitèr committatur, quomodò probetur, & puniatur, cum praxi. Concluſ. 2.

Alienatio rerum litigioſarum, tàm à iure communi, quàm Regni prohibetur ſub certa pœna. Concluſ. 3.

Apocha cancellata an inducat debiti ſolutionem, & ſi non inducit, an perdat ſaltim viam executiuam, cum praxi ad Iudicantium inſtructionem. Concl. 4.

Appellatio non proſecuta intrà legitima tempora, dicitur deſerta, & proindè exequenda, quia fecit tranſitum in rem iudicatam, cum alijs oportunè ad materiam incidentèr examinatis articulis. Concluſ. 5.

C

CAlumniatores, qualitèr puniantur, quomodò cognoſcatur calumnia, & quæ ſint remedia pro ea euitanda. Concluſ. 6.

Concuſſionis crimen qualitèr, & à quibus committatur, & quomodò puniatur. Concluſ. 7.

Contumacia quid ſit, qualitèr puniatur, & purgetur, quos producat effectus, & de alijs ad materiam opportunis. Concl. 9.

Crimen expilatæ hæreditatis quandò committatur; quomodò à furto differat, & qualitèr puniatur. Concluſ. 10.

D

DEcimam diuinam an omnes ſoluere teneantur: & an ad hoc poſſit meretrix compelli, & decimarum ſolutio, quæ in forenſibus fit vice collectarum, an debeatur deductis ſemine, & expenſis. Concluſ. 11.

Dominus recipiens ab emphyteuta canonem per triennium non ſolutum, an ei videatur caducitatem remittere. Concl. 22.

Dotis legatum ſi tractetur in iudicijs, ſummariè debet iudicari, quod etiam procedit in cauſa alimentorum. Concl. 12.

Dos promiſſa, ſiuè dotis augmentum à fratre promiſſum ſorori poſt mortem cõmunis patrui, an valeat, & an viuente patruo poſt annum, vel biennium poſſit maritus petere vſuras; quamuis non aduenerit tempus ſatisfactionis de quantitate promiſſa. Concluſ. 13.

F

FAlſum conſulens, vel mandans, an puniri poſſit de falſo, cum alijs ad materiam oportunis. Concluſ. 15.

Fideicommiſſo bona ſubiecta an ex cauſa dotis alienari poſſint, diſputatur. Cõcl. 16.

Filij, & cæteri, in quibus cadit reuerentia, non poſſunt patrem, & maiores in iudicio ſine venia vocare. Concluſ. 17.

H

HAeres, ſiuè ſuus, ſiuè extraneus, an poſſit alienare hæreditatem, in qua eſt inſtitutus, viuente adhùc teſtatore. Concluſ. 18.

I

INuentariũ ſi non fiat à muliere, vel ſi ſit factum minus ſolemne, tenetur ipſa de proprio, & in hoc non habet reſtitutionem in integrum. Concluſ. 20.

Iuramentum suppletorium quandò, & in quibus detur, & an iuramẽtum ſufficiat in materia damni facti per animalia, etiam ſi teſtis depoſitio non interueniat. Concluſ. 24.

Ius offerendi datur ſecundo creditori ſuper reuendita per primum, & ius congrui ſuper re vendita conſanguineis conceditur, ſed vſquè ad quod tempus hæ actiones proponi poſſint diſſeritur. Concl. 23.

L

LAudimium an debeatur in caſu permutationis, & dotis. Concluſ. 25.

Legatum ſub conditione relictum, ſi hęres ſine liberis deceſſerit, deindè ſi fiat monachus, qui dicitur ciuilitèr mortuus, an debea-

debeatur, & ſi non debetur prædefuncto legatario; ſi deindè naturalitèr moriatur hæres, ad quem ſpectet: ad ſucceſsores legatarij, vel ad Monaſterium. Conc. 8.

Legata habitatione alicui, an cenſeatur cũ onere relicta ſoluendi penſionem, vel dicatur gratis legata, articulus deciditur. Concluſ. 39.

Lite pendente ſuper reſciſsione contractus ob denegatam ſolutionem à debitore, currunt vſuræ. Concluſ. 40.

N

Nomen mutare an quis ſibi impunè poſſit. Concluſ. 27.

Nuptiæ non liberè, ſed metu contractæ, an poſsint inualidari, etiam poſt cohabitationem ſecutam, pulchrè diſceptatur. Concluſ. 28.

O

Oblati, ſiuè Offerti qualitèr eſſe debeant, & Clerici quomodò ſe valeant habere, ad hoc vt eorum gaudeant priuilegiis, & quando, & in quibus prænominati ſubiaceant Iudici laico. Concluſ. 21.

Oblati an poſſint teſtari, & quæ ſint neceſſaria ad hoc vt quis verè Oblatus dicatur. Concluſ. 29.

Officiales, tùm Regis, quàm Baronis qualitèr creari debeant, & quomodò ſint ſindicandi, tàm circa tempus, quàm circa locum, & perſonas. Concluſ. 14.

Officialibus, etiam Capitaneis obſequium, & reuerentia debetur, & contrarium faciens certa pœna puniendus venit. Concluſ. 30.

Q

Quarta ſeù legitima quibus, quomodo, & à quibus debeatur, & an mater per expreſſam pupillarem ſubſtitutionem illa priuetur. Concluſ. 33.

R

Reuocari an poſſit donatio metu facta Eccleſiæ, contenditur. Concluſ. 34.

S

Sacerdos alterum ſacerdotem percutiẽdo incidit in can. ſi quis ſuadẽte diabolo: ſed à quo poſſit abſolui, demonſtratur. Concluſ. 36.

Secundus emptor, qui emit à procuratore, & poſſidet, an præferatur primo, qui non poſſidet, ſed emptionem fecit cum principali. Concluſ. 31.

Sententia, vel tranſactio an reuocetur per noua reperta inſtrumenta, vel per nouos inuentos teſtes. Concluſ. 35.

Solutionem factam per debitorem an creditor recipere teneatur ſi non eſt integra; & quid ſi integra offeratur, ſi eam accipere recuſauerit, an poſſit deponi, vt vſuræ non currant. Concluſ. 37.

Subſtitutio ſic concepta. Faccio N. mia figlia pupilla herede, & à morte ſua ſenza figli, che ſucceda N. mio fratello, an dicatur pupillaris, quæ poſſit excludere pupillo coniunctos. Concluſ. 32.

Suſpectus an poſſit dari Aduocatus, vel Iudex, vel Arbiter ſit in cauſa, in qua patrocinium præſtitit. Concluſ. 38.

T

Teſtator legans aliquid debitori ſuo, an per legatum cenſeatur etiam debitum remiſſum. Concluſ. 26.

Tortura quãd, & à quibus ex proceſſu informatiuo inferri poſsit, & an per indicia reus poſſit dici de delicto plenè conuictus. Concluſ. 13.

Digitized by Google

FLORILEGIVM PRACTICABILIVM CONCLVSIONVM IVRIS.

AVTHORE

D. CAROLO ROTA I.C. PATRITIO AVLETANO.

SVMMARIVM.

1 A*Doptio quomodo ab arrogatione differat.*
2 *Adoptio per procuratorem fieri non poteſt.*
Adoptio inualida poteſt per Principem confirmari.
3 *Adoptionis practica, remiſſiuè.*
4 *Adoptio inter quos matrimonium contrahendum impediat.*
Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.
5 *Adoptiui filij iura agnationis, & cognationis aſſequuntur.*
Adoptiui filij ſuccedunt ſimul cum alijs legitimis, & naturalibus patri adoptanti ab inteſtato morienti.
6 *Adoptio per arrogationem expirat.*
7 *Adoptiui filij manet ſub poteſtate patris adoptantis, quod declaratur nu. 13.*
Adoptiui non ſuccedunt in feudis.
8 *Adoptiui filij non ſuccedunt contra teſtamentum, nec illud rumpunt, ſi à patre adoptante eis legitima non relinquatur.*
9 *Legitima adoptiuorũ non eſt augmentata ſicut illa legitimorum, & naturalium.*
10 *Filij Presbyterorum nõ ſunt digni appellatione filiorum, nec tales debent demonſtrari.*
Clericus an poſſit adoptare; & declaratur uſq; ad finem.
11 *Quod eſt impoſſibile ſecundùm naturam, eſt impoſſibile ſecundùm legis diſpoſitionem.*
Minor non poteſt adoptare maiorem.
Caſtratus non poteſt adoptare, & quare nu. 19.
12 *Adoptionis diffinitio quę.*
13 *Patria poteſtas eſt indiuiſibilis.*
14 *Adoptio non dicitur vera filij procreatio, ſed ficta.*
15 *Adoptare poſſunt ſpadones.*
16 *Monachus adoptare non poteſt.*
Mulieres regulariter non poſſunt adoptare, ſed benè Principis priuilegio in ſolatium perditorum filiorum.

ARGVMENTVM.

Clericus, & Monachus an poſſint adoptare, & de alijs occurrentibus ad hanc materiam.

DE ADOPTIONIBVS CONCL. I.

SAcratiſsimæ noſtræ leges accuratè in omnibus prudentia præfulgẽtes, etiam patribus, qui naturalibus, & legitimis filijs ſunt orbati, pijſsimè cõſulere voluerũt; vnde in ſubſidiũ arrogationẽ, & adoptionẽ induxerunt

runt cum hac inter iſtos terminos differen-
tia; quæ ex ſequentibus carminibus ſumitur.
Arrogo, qui ſuus eſt, ſed habet meus eſſe neceſſe;
Patris adopto ſuum, ſed patris permanet idem.
Vnde arrogationem relinquendo, de adop-
1 tionē tantùm cupio hic tractare; quādo iſta
fit per modum traditum *Inſt. de adop. in prin.*
vbi *gloſ.* & cum conditionibus annotatis
per *Bonac. q. 3. punct. 5. §. 3. n. 3. vol. 1.* & ante
docuit *Bartol. in tract. de ſucc. ab inteſt. nu. 9.*
in volumine ſuorum conſilior. & Tiraq. in l. ſi
vnquam, C. de reuoc. dou. in verbo ſuſceperit li-
beros, num. 89. fol. 241. vbi etiam ait, quòd fa-
cilior eſt adoptatio, quàm filiorum legiti-
matio; tametſi non adeò eſt facilis modus,
2 vt etiam per procuratorem fieri patiatur,
ſed adoptantis patris eſt præſentia neceſſa-
ria, vt voluit *Golin. de Procur. par. 2. cap. 1. nu.*
11. per *Bart. in l. poſt mortem, §. neque adoptare,*
ff. de adopt. tametſi fiat, & non iure; poteſt
à Principe confirmari, *l. adoptio 38. ff. de adop.*
& eodem modo abſens adoptari neque po-
teſt, ſed præſentialitèr debet interuenire, *l.*
neque 26. ff. eod. nuper citatò *titulo.*
3 Praxis vera, qualitèr adoptio fiat, & quomo-
do ab arrogatione differat, melior, quàm à
Practica Pap. tradi non poterat, *De forma*
† *libelli in actione reali, num. 45.* præuia multo-
rum ſcribentium authoritate, quos omnes
inuenies, ſi ad eam recurras, & ab ipſa non
diſcedas; ſi caſus euenerit in tradendo per
conſilium adoptandi modum, & adde *text.*
in l. 1. & l. adoptio 4. C. de adopt.
Et adeò eſt adoptionis vis, quòd impedi-
tur per talē cognationem legalem, ne matri-
moniū cōtrahatur inter adoptatum, & filiam
adoptantis, quæ per adoptionem dicitur ſo-
ror, ita *text. in cap. vnico*, vbi *gloſ. de cogna-*
4 *tione legali*: intellige, adoptione durante;
nam ſi ceſſat eius cauſa, ceſſat etiā effectus,
ſecundùm *dictam gloſſ.* & confirmauit *Bonac.*
vbi ſuprà, à num. 4. vſq; ad fin. vbi alios recen-
ſet caſus de impedimēto matrimonij ratio-
ne adoptionis, inter alias perſonas; & ſignā-
ter inter adoptantem, & adoptatum, & de-
ſcendentes adoptati vſq; ad quartum gradū,
& dum iura agnationis, & cognationis aſſe-
quuntur adoptatum, ſecundùm dictum *Pe-*
5 *regr. de fideicom. art. 22. nu. 94.* ſuccedunt vnà
ſimul cùm alijs legitimis, & naturalibus fi-
lijs ab inteſtato patri moriēti; ſi adhuc adop-
tio durat, *text.* eſt in *l. ſi te parens 5.* vbi *Bal.*
C. de ſuis & legit. liber. & l. cum in adoptiuis 10.
vbi *Salyc. §. ſed ne articulum, C. de adopt. Bart.*
eod. num. 9. de ſucceſſ. ab inteſt. Pataninus de
compromi. q. 3. num. 16. in verbo adoptinus.
Dictum eſt, donec duret adoptio, & benè;
6 dum multoties poteſt euenire, vt emancipe-
tur à patre adoptante adoptiuus, & adoptio
finitur, quod quidem fieri permittitur, per

text. in l. adoptatum 9. C. eod. tit. de adopt.
In feudis verò licèt conſimiles ſint legiti-
mis adoptiui; ita & talitèr, quòd etiam pa-
triæ poteſtati adoptantis ſubijciuntur, vt di-
xit *Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 10.*
7 *num. 12.* minimè ſuccedunt, vt in *tit. ſi de feu-*
do defuncti contentio ſit, §. adoptiuus, per hæc
verba, *Adoptiuus filius in feudum non ſuccedit.*
& ibi *gloſſ.* confirmat *Iſern. in Conſtit. Vt de*
ſucceſſ. com. ſub tit. de ſucc. nobil. in feud. nu. 70.
col. 2. fol. mihi 264. & Mantic. eod. tract. lib. 10.
tit. 8. num. 20. Roſen. de feu. cap. 7. concluſ. 30.
num. 33. vol. 1. fol. 234. à terg.
Sic etiam nec minùs ſuccedunt contra
teſtamentum, ſed benè ſi inſtituantur, tunc
enim teſtatòris voluntas attenditur, per §.
8 *diſponat, Auth. de nupt.* vnde ſi eis legiti-
ma non relinquatur, teſtamentum minimè
rumpunt, vt in *d. §. ſed ne articulum, Bart. eod.*
num. 9. de ſucc. ab inteſt. Tiraq. eod. tract. de
reuoc. donat. d. verb. ſuſceperit liberos, nu. 123.
& Peregr. de fideicom. art. 36. num. 43.
Et ſi euenit, quod pater adoptiuus relin-
quat adoptato legitimam, iſta non eſt aucta
ſecundùm legitimam filiorum legitimorū,
& naturalium, *per Auth. nouiſſima, C. de inoffi-*
9 *cioſo teſtamento*, ſed tantum eſt vt priùs erat
debita cæteris deſcendentibus, ita *Ioan. Cāp.*
de dote, par. 5. 60. quæſt. num. 2. fol. 332. & ſi
minùs relinquatur etiam de illa portione
quę, vt dictum eſt, non augmentata videtur
eis; querelam ad ſupplementum legitimæ,
non habent, in fortioribus terminis, quos fir-
mauimus, quod non habēt querelam inoffi-
cioſi, ſi nil relinquitur, vt colligitur ex *Gu-*
tier. de hæred. qual. & diff. §. ſui, num. 150. 151.
& 152.
Adoptare non omnes poſſunt, vt inferiùs
paulatim, ſed caſus, de quo fuit dubitatum
eſt iſte, an Clericus, ſiuè Presbyter adoptare
poſsit; dum quidam Sacerdos, & Doctor, no-
mine Flaminius de Sancto Thoma à Terra
Guardiæ in Prouincia Aprutij Citrà; optan-
do filios habere, noluit illos naturalitèr ge-
10 nerare; dum peius dici non poteſt, quàm fi-
lius Presbyteri, quod adeò deſtabile eſt, vt
demonſtrari talis minimè liceat, ex doctrina
Bart. eod. nu. 9. de ſucc. ab inteſt. Et dixit *Vrſil.*
ad Afflict. deciſ. 96. num. 6. Sacerdotis liberos
nō eſſe filiorum appellatione comprehendendos,
& eorum nomine nominandos, ſed exiſtimādos,
tanquam non eſſent in rerum natura. Attamen
in adoptiuum ciuilitèr ſuſcepit Clericum
Nicolaum de Ferrarijs Neapolitanum; dum
quærebant aliqui debitores non ſatisfacere
tali filio adoptiuo, inualidam adoptionem
putantes.
Prò negatiua parte, vt non poſſit Presby-
ter adoptare ſic aiebant nonnulli.
Illud, quod eſt impoſsibile ſecundùm na-
tu-

Digitized by Google

turam; eſt impoſsibile ſecundùm legis diſ-
poſitionem, §. *minorem de adopt. Inſt. & l.*
11 *adoptio* 16. *& l. arrogato* 40. *ff. eod.* vbi proba-
tur, quòd minor maiorem adoptare nõ po-
teſt, quia eſt impoſsibile ſecũdùm naturam,
vt filius ſit patre maior, *Syluest. Aldobrand.*
de adopt. §. minorem ſupra citato, num. 1. *&* 3.
& eod. tit. §. licet autem, num. 9. ſed ſic eſt in
caſu noſtro, quod Clericus ſecundùm natu-
ram filios habere non poteſt, eodem modo
nec ſecundùm legis diſpoſitionem, & ita ſi-
militèr dicimus de caſtrato, quòd ideò
adoptare prohibetur, quia liberos genera-
re eſt impotens, *Oinot. d. §. minorem, nu.* 5. *&*
Aldobrand. in §. ſed illud, num. 4. *de adopt.*

Pro parte affirmatiua verò fuit inter cæ-
teras conſiderationes adducta adoptionis
definitio, à qua optima ratio deducitur,

Adoptio itaq; ſecundùm *Filliuc. q. mor.*
tom. 1. *par.* 2. *cap.* 5. *de impedimento nimiæ con-*
12 *iunctionis, ſub num.* 198. *ſub verſ. ergo, il pri-*
mo, & ſequitur *Bonac. q.* 3. *puncto* 5. §. 3. *nu.* 2.
vol. 1. *Est aſſumptio extraneæ perſonæ in filiũ,*
vel nepotem, & confirmatur *à Patre Alpõſo*
à Veracruce Auguſtiniano in ſpeculo coniugio-
rum art. 59. *in princ. de Impedim. adopt.* per
hæc verba. *Adoptio eſt aſſumptio extraneæ per-*
ſonæ in filium, vel nepotem; Et deindè, *legitima*
aſſumptio quandoquidèm inuenta eſt ad ſup-
plendum defectum generationis naturalis, vt
filium, vel nepotem, quem quis non poteſt habe-
re per naturam, habeat per artem.

Quod corroboratur ex communi *DD.*
ſchola, dum ſancitum eſt, vt poſſit quis etiã
adoptare extraneum, qui adoptatus, ſi patrẽ
non habet naturalem, in totum dicitur ſuus
ei, qui adoptauit, ex *Aldobr. eod. tit. §. ſed ho-*
die, num. 6. *&* 12. *per text. in d. l. cùm in adopti-*
13 *uis*, & eſt ratio, nam nemo poteſt adoptare,
vt pro parte ſit adoptiuus, & pro parte non,
cùm indiuiſibilis ſit patria poteſtas, *Barthol.*
Cepol. conſ. 50. *nu.* 8. *vol.* 2. & ſic ceſſante præ-
ſentia naturalis genitoris ob reuerentiam
de iure naturæ debitam viuendo ſub eius
poteſtate, licèt ſit adoptatus, in totũ poſte
efficitur ſuus adoptanti.

Conſtat itaq; ex definitione tradita, quod
dum extraneum poteſt quis adoptare in fi-
lium, vel nepotem, non eſt dubitandum, vt
clericus ſaltim in nepotem adoptet, ſi in fi-
lium eſſet prohibitus, quia adoptando ſuſci-
pit filium per artem, vel nepotem, dum per
naturam non valet, nec licèt hoc agere, vt
dictum eſt ex doctrina ſupra relata *Alphonſi*
à Veracruce, quod etiam videtur ſentire *Pe-*
trus de Ferrarijs in ſua praxi, ad formam libel-
li in actione reali, nu. 45. & hoc à fortiori cõ-
ceditur, dum adoptio non dicitur vera filij
procreatio; ſed ficta, propter quod liberi preſ-
14 byteri adoptiui, nuncupari non dedignãtur,
vt accuratè voluit idem *Aldob. d. §. minorem*,
cum alijs allegatis per eum *nu.* 4. ergo con-
cluditur, quod clericus poteſt adoptare.

Ad argumentum primum reſpondemus,
non diſcedendo à iuribus, & rationibus ibi
adductis, cum in fauorem veræ concluſionis
tendant, & ſic maxima. *Illud, quod eſt im-*
poſſibile ſecundùm naturam, &c. non eſt im-
poſsibilis clericis generatio, ſed tantùm per
accidens, ratione ordinis, & honeſtatis, &
ideò cùm poſſint procreare ſecundùm natu-
ram, ſed non legitimè, ſubuenit eis ars.

Nec de caſtrato corroboratio valet, nam
ideò ei prohibitum eſt adoptare, quia non
ex defectu naturæ, ſed irreperabilis acciden-
tis generare non poteſt, quod ceſſat in bonis
clericis, dum habẽt potentiam, & actum ge-
nerandi, licèt honeſtate prohibitum, vt de
ſpadone dicimus eſſe ei permiſsã adoptatio-
15 nem, dum potentiam generandi retinet, *Al-*
dobr. in d. §. ſed illud, Oinot. eod. §. minorem,
vtroq; loco num. 5. *& Summa Syluest. de adopt.*
part. 1. *quæſt.* 5. natura etenim, quæ eum ad
præſens impedit, poteſt deindè ad procrean-
dum remouere; quapropter refutato argu-
mento contrario, eſt concludendum, poſſe
presbyterum adoptare, & in hac ſententia
C concurrit communis *DD.* opinio, & ſic *Por-*
tius in §. in plurimis, vbi *Iaſon Mayn. de adopt.*
nu. 3. concludit *Pater Sanch. de matrim. to.* 2.
& 3. *lib.* 8. *diſput.* 63. *de imped. cognat. legal.*
num. 3. *fol. mihi, in vltima impreſſione* 212. vbi
plures recitat, ante voluerunt *Hoſt. Panor. &*
alij, vt ipſe *Sanch.* teſtatur, ſequitur *Sylueſt.*
part. 1. *de adopt. q.* 5. vbi *Armilla num.* 9. *Sum-*
ma Tabiena in verbo impedimentum, imped. 6.
q. 1. *num.* 2. *Sebaſt. Mont. de inuent. q.* 232. *nu.*
440. *& Angel. d. §. minorem, Inſt. de adopt.*
in fin. vnde patet, valere adoptionem à dicto
Flaminio factam.

Monachus autem adoptare benè prohi-
betur, tùm quia dicitur mortuus in mundo
(loquendo de eo, qui veram emanauit
16 profeſsionem) tùm quia voce actiua, & paſ-
ſiua caret, niſi ad vtilitatem Conuentus, con-
uocato Capitulo, & ſic non auditur cupiens
adoptare; & tùm etiam, quòd non poteſt in
eius poteſtate retinere quẽquã, dum ſub al-
terius poteſtate ipſe eſt cõſtitutus, diximus
enim, quòd extraneus ſit ſuus adoptanti pa-
tri; & videmus de ſimili, quod fœmina non
poteſt adoptari, quia non poteſt in eius po-
teſtatem filium habere, vt in *l. mulierem*, 5.
C. de adopt. l. ſi ſuſpecta 29. *§. quoniam fœ-*
mina, ff. de inoffic. teſtament. §. fœminæ,
Inſt. eod. tit. de adopt. & firmat *Oinot. d. §. mino-*
rem, num. 6. verumtamen ex ſpeciali Princi-
pis priuilegio poteſt adoptare in ſolatium
perditorum filiorum, vt in iuribus nuper
enunciatis *Aldobr. d. §. fœminæ, num.* 3. *& ſeq.*
at in proprijs terminis; Monachum appro-
batarum Religionum non poſſe adoptare,

(non loquendo de Congregationibus quorundam Clericorum Regularium, dũ in illis non verè profitentur) voluerunt *Addentes ad Abb. in cap. ſi qua, de cogn. legali, in verſ. Sacerdos. Guliclm. in l. & qui vxore, ff. de adopt. & Angelus d. §. minorẽ, in fin.* & ab his dictis minimè eſſe recedendum puto, donec aliorũ probabilior ratio contrarium non ſuadet.

SVMMARIVM.

1 *Adulterij ethymologia quę, & quomodo adulterium definitur.*
Adulterium à Deo prohibitum eſt.
2 *Prohibetur etiam Iure Canonico, Ciuili, et Iure Regni.*
3 *Marito quando competat actio accuſandi ſuam vxorem adulteram.*
4 *Mulieri competit actio accuſandi maritum adulterum, contra* Vrſillum.
5 *Correlatiuorũ eadem eſt æqualitas, & ratio.*
Adulter an poſtquã eſt confeſſus Sacerdoti adulteriũ, poſſit de eo accuſari? n. 6. & quid ſi erat infidelis, & adulterauit, ſi orthodoxus fiat, an poſſit etiam accuſari? num. 7.
8 *Matrimonium an inter infideles contrahi poſſit?*
9 *Sponſa ſi ſponſum de præſenti decipiat habendo rem cum alio, an dicatur adulterium committere, & per conſequens poſſit accuſari?*
10 *Praxis circa materiam adulterij, & quæ debeat Iudex probare, vt adulterium dicatur commiſſum.*
11 *Defenſiones in cauſa adulterij plures ſunt.*
12 Auctor *quare de adulterio ſcripſit.*
13 *Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores.*
Borrellus *reprobatur dicens, adulterium probari per teſtes ſingulares in ſpecie, à communi opinione* DD.
14 *Teſtes ſingulares quando dicantur, remiſſiuè.*
15 *Singula ſi non proſunt, multa iuuant.*
Adulterium per coniecturas probatur, num. 16. 17. 18. & ſeq.
16 *Adulterium ex oſculo luxurioſo ſufficientèr probatur.*
17 *Adulterium probatum eſt, ſi dicãt teſtes, iacuiſſe Titium cum Seia denudatum.*
18 *Iuuenis iuuentus cum iuuane de ſola ad ſolũ conuincitur de copula carnali.*
19 *Literæ amatoriæ probant adulterium.*
20 *Oſculum eſt optima probatio adulterij, vel mãmillarũm tactus.*
21 *Præſumptiones, quando res eſt difficilis probationis admittũtur in S. C. & per eas iudicant Domini Conſiliarij.*
22 *Præſumptiones, quare in materia adulterij, vel cuiuſuis copulæ carnalis ſufficiant pro cõdẽnatione inquiſiti?*
23 Menochij *laudes ponuntur.*
24 *Inquiſitus poteſt condemnari ex violenta, & certa ſuſpitione.*
25 *Renunciatio facta à viro in perſonam vxoris ex cauſa adulterij non diſſoluit matrimonium.*
26 *Suſpitio carnalis copulæ cum conſanguinea, tam ex parte maſculi, quàm fœmina, quando ſufficit, vt matrimonium annulletur.*
27 *Adulter per coniecturas inquiſitus, tantùm pœna extraordinaria punitur, dummodo ſuo ore non confiteatur malum, num. 34. 35. 36. & ſeq.*
28 *Socius criminis non probat aduerſus conſocium.*
29 *Mandatarius deponens aduerſus mandantem ſine alijs adminiculis, nec minùs facit indiciũ ad torturam.*
30 *Mulieres mendaces, & fragiles ſunt.*
31 *Stuprum cum quibus committatur.*
Virgini iuramento ſtatur, ſi dicat, eſſe ſtupratam, ſed quando
32 *Mulieres iuriſiurandi contemptrices ſunt.*
33 *Pœna ſtupri quæ ſit de iure ciuili, et quæ de iure canonico.*
34 *Torqueri legitimè poteſt adulter inquiſitus per præſumptiones.*
Iudex quomodo debeat ſe habere in præfata tortura?
35 *Acceſſorium ſequitur principalis naturam.*
Nulla maior probatio, quàm proprij oris confeſſio.
36 *Partes ſi ſunt in confeſſo, Iudex debet condẽnare.*
37 *Adulter condemnatus non poteſt appellare ſecundùm* Borrellum.
38 *Pœna adulterii quæ ſit de iure Diuino, Canonico, Ciuili, & Regnĩ.*
39 *Maritus repudiatam vxorem propter adulterium, dato quod fuerit ipſa Monaſterium ingreſſa, poteſt iterum acceptare, ſed quando.*
40 *Nobilis pœna mortis eſt decapitatio, ignobilis ſuſpenſio.*
41 *Pęna mortis pro adulterio in Regno in muliere eſt minorata, ſicut de iure Authen. propter ſexus fragilitatem.*
Maritus poteſt naſum vxori adulteræ amputare.
42 *Bona mulieris adulteræ tàm dotalia, quàm nõ confiſcantur, ſed quando; & quid de donatione propter nuptias?*
43 *Dos mulieris adulteræ quando applicatur, ſiuè conceditur marito, & non Fiſco.*
44 *Dos matris adulteræ, & alia bona quomodo debeant diuidi inter filios, ſi ex pluribus matrimonijs ipſi exiſtant, remiſſiuè.*
45 *Adulterium quando ex officio puniatur.*
46 *Maritus poteſt occidere vxorem, pater filiam adulterantes.*
Sed an peccent mortalitèr, eſt affirmatiua ſententia.

47 *Oſcula*

Digitized by Google

47 *Oſcula ſunt incitamenta ad copulam carnalẽ.*
Honeſtas maculatur, tàm ex oſculis; quàm coniunctione corporum.
48 *Donatio propter nuptias quare per medietatẽ acquiratur ſponſæ, ſi oſculum interuenerit?*
49 *Oſculari mulieres in Gallia de vrbanitate eſt, & de aliis.*
50 *Vinum luxuriam generat.*
51 *Puellę in nonnullis huius Regni partibus vix die paſchatis vadunt ad Eccleſiam, vt honeſtius viuant.*
Occiſi ſunt multi propter honorem.
52 *Pęna oſculantibus mulieres impoſita, ſanguinis vſq. ad necem eſt, vnde ſufficit in Regno probare oſculum ſine copula, vt mortis pœna puniantur luxurioſi.*
Laudatur Riccius.
53 *Adulterii crimen mixti fori eſt, & proindè punitur tàm à Iudice ſeculari, quàm Eccleſiaſtico, ſed quomodo.*
54 *Iudex an poſſit procedere ex officio per viam inquiſitionis in crimine adulterii?*
55 *Proceſſus compilatus contra adulteram non nocet adulteranti; & condemnata adultera, adulter non poteſt dici condemnatus.*

ARGVMENTVM

Adulterium qualitèr committatur, quomodò probetur, & puniatur, & circa hoc praxis.

DE ADVLTERIO CONCL. II.

CVm iſta materia adeò in Deum, & legum obſeruantiam delinquendo permultis ſit practica, & familiaris; oportet ſimilitèr aduerſus eos in principio huius operis ad Dei laudem contrariam in punitionẽ obſeruantiam demonſtrare, & ab adulterij ethimologia incipiendo, dicas
1 eſſe tranſitum ad thorum alterius. *cap. nemo, il quarto, 32. q. 4. Bonac. volu. 1. q. 6. puncto 15. de adulterio, in principio*, & per *D. Thom.* 2. 2. *q. 154. art. 8.* definitur, eſſe coniugati, vel coniugatæ illicitum concubitum, & optimo iure cùm prohibitum ſit à Deo, apud *Euangeliſtam Matth. cap. 5.* ibi *Audiſtis, quia dictum eſt antiquius, nõ mechaberis*, cuius pręcepti nõnulli Ieſum Chriſtum tentarunt, ſi memor erat; quando coram eo duxerunt mulierem de adulterio eam accuſantes ignare; dum interrogati à Domino obmutuerunt; & ſic fuit abſoluta per hæc verba: *Mulier, nemo te condemnauit, & ego te abſoluo. Io. 8.*
Prohibetur etiam adulterium, non dum
2 iure diuino, ſed canonico, vt in *cap. cum ſeq. de adulteriis*. De iure ciuili, vt in *l. quamuis, l. ſecunda, C. ad l. Iul. de adult.* & tandem de iure Regni, vt in *Conſtitutione Federici II.* quæ incipit, *Legum aſperitate lenita, de adult. & lenoc.*

Quo commiſſo per mulierem, marito illã accuſandi competit actio, dummodò, poſt-
3 quam adulterium ſciuit, rem cum ea non habuerit, vt per *Couarr. var. reſol. lib. 1. cap. 7. 2. par. de matr. §. 6. n. 7. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 176. nu. 4.* (quia per talem coniunctionem remittere ei videtur; dato hoc pro vero, quando ſcientèr cum ea permanſit, ſecùs ignorantèr, vt docet *Clarus ſua pract. crim. §. adulterium, num. 18. ver. caueat etiam*, & ideò dixi, ſi adulteriũ ſciuit, quia ſi ignorauit, dato interuenerit copula, competit accuſatio) vel actio non ſit accuſandi per quinquennium præſcripta, per *text. in l. mariti lenocinium 29. §. hoc quinquennium, ff. ad l. Iul. de adult.* & dixit *Clarus vbi ſupra, nu. 20. verſ. verum tamen, ac Foll. pract. crim. par. 1. 2. part. rub. for. iudicetur, num. 19.*

Et è conuerſo aduerſus maritum adulterum, vxori in accuſando actionem competere ſimilitèr hic ſubſtinere conor, cõtra *Vrſill.*
4 *d. num. 4.* cuius rationis fundamẽtum tutius eſſe non poteſt, niſi, quod maritus non dicitur adulter ſolutam cognoſcendo, vt dixit *Antonius Nebriſenſis ſuo vocabulario in verbo adulterium*. Probatur mea ſententia ex definitione ſuperius tradita, dum diximus: eſſe coniugati, vel coniugatæ illicitum concubitum, itaq; vir mulierem ſuam decipiendo committit adulterium, & per conſequens competit actio mulieri, quod quidem ſatis mihi probat *text. in cap. nemo blandiatur ſibi, el quarto 32. q. 4.* ſupra citatus. Ibi, *nec viro licet quod mulieri nõ licet. Eadem à viro, qua ab vxore debetur caſtimonia*, & firmat *gloſ. in cap. non mechaberis 15. 32. q. 5.* Inſtum itaq; eſt, quòd dum maritus, & vxor ſũt correlatiua, etenim non poteſt dici maritus ſine vxore, & è conuerſo, ad imparia non debent iudicari, quia diſpoſitum in vno, habet
5 locum in altero: *gloſ. Inſt. de legitima agnat. tut. in princip. de ſucceſſ. ſubl. verſ. quod facit, & de iniur. §. patitur autem, ac Bart. in l. 2. C. de cupreſſis ex Luco Daphinenſi, vel Perſeis per Ægyptum non excidendis, vel vendendis, lib. 11.* & deſumitur ex *Bonac. d. puncto 15. de adult. num. 5.*

Sed an adulterantes poſt ſacramentum pœnitentię .ſ. poſt confeſſionem factam Sacerdoti, & abſoluti quoàd Deum ab adulterij peccatis poſſint ſimilitèr accuſari quoàd
6 pœnam apud homines? & affirmatiuè concludit notabilis *gloſ. in cap. quod autem 7. verſ. pœnitentis 32. q. 1.* ſecùs autem poſt ſacramentum baptiſmi, quia per eum omnia cenſentur peccata ſublata, quaſi illo tunc eſſet quis in lucem procreatus, ſine aliqua con-

confeſsione (loquendo de adultis) cùm ſuf-
7 ficiat tantùm renunciatio facta, ſi exiſtat Sa-
thanæ, ita *P. Alphōſus de Madrigal Hiſpanus
de ordinand. Relig. Sacerd. & Epiſc. fol. mihi*
15. *ver. vtrum ſi quis ante baptiſmum velit cō-
fiteri*.

Nec mirum videatur, ſi dixit *gloſ.* poſt
baptiſmum non competere actionem ad ac-
cuſandum pro adulrerio, quia etiam inter
8 infideles poteſt matrimonium contrahi, non
vt ſit (benèuerum) Sacramentum Eccleſię,
ſed dicitur contractus humanus ad extin-
guendam libidinem, quod poteſt etiam poſt
conſummationem diſſolui, ſed ſi conuertan-
tur ad fidem, & baptizentur, matrimoniū nō
diſſoluitur, nec nouus conſenſus eſt neceſſa-
rius, & ideò ſi per priùs amaſia fregit fidem
amaſio, ſiuè marito, etiam ſecundùm eorum
exiſtimationē, & è cōuerſo ſi hoc de fide fari
permittitur, dum dici poteſt ad fidem ipſi
infideles non teneri, quia

Che fede mi può dar, chi non hà fede?

Facti Chriſti fideles, illam forſan, quam
vir per ſuam vxorem priùs paſſus fuit iniu-
riam, tanquam cognitam ab altero, vindica-
re poſt baptiſma receptum, non poterit:
cùm cuncta per illud cancellata dicantur, &
hæc omnia habentur apud *Patrem* præcitatū
*Alphonſum eod. loc. ver. vtrum ſi infideles, &
fol. 16. verſ. vtrum ſi infidelis conuertatur ad
fidem.*

At hæc omnia videntur procedere inter
maritum, & vxorem; ſed quid inter ſponſos,
9 an poſſit, & dicatur etiam ab eis adulterium
committi, ſi de deſponſatione ad inuicem
ſe decipiant, vt de adulterio competat actio,
& affirmandam hic concluſionem duxi, per
*text. in l. miles 11. §. quærebatur, ff. ad l. Iul. de
adult.* facit *text. in cap. quemadmodùm 25. de
iureiurando*, eſt opinio memorabilis *gloſ. in c.
diſcretionem tuam 6. verſ. reatum adulterij, de
eo, qui cogn. conſanguin. vxor. ſuæ*, & ſequitur
Clarus d. §. adulterium, num. 8. cum hac de-
claratione, dummodò ſint ſponſalia, non de
futuro, ſed de præſenti, ſecundùm *gloſ. in cap.
quidam 31. 27. q. 2.*

Praxis itaq; circa hanc materiam eſt, vt
Iudex probet, ante omnia mulierē eſſe deſ-
10 ponſatam, vel maritatam, & ſic de viro, vt
adulterij poſſit pœnam imponere, ita docet
† *Afflict. in d. Conſtitutione Legum aſperitatę,
num. 3. de adulter. & lenoc. Foller. ſua practica
crim. 2. par. rub. capiat inform. num. 81.* & adeſt
optima cautela *Arnon.* 28. cùm non ſuffi-
ciat ſimplex probatio adulterium eſſe com-
miſſum, niſi de ſubiecto conſter.

Sunt ſimiliter defenſionis in hoc plura
remedia, vt probato adulterij facinore, de-
11 linquens eius pœnam euadere poſſit. Et ſic,
exceptio prima eſt temporis ad accuſandum,
præſcriptio. Secundò dicit mulier, cognitam
eſſe à viro ſcientèr poſt adulterium. Tertiò,
eſſe per vim adulteratam. Quartò, virum de
adulterio ſuſpectum cum ea, tanquam inno-
centem eſſe abſolutum, quia prodeſt ei abſo-
lutio talis, & Quintò, poteſt opponere mari-
ri lenocinium, vt hæc, & ſimilia docet *Foller.
d. 1. par. 2. par. rubr. recipiantur defenſiones,
num. 37. & Menoch. de arbit. caſ. 354.*

Omnia iſta dicta de plano procedunt, &
non fuit mihi magnus labor ea authoritate
firmare, ſed benè modum hic tradere, pro
ſufficienti probatione talis facinoris, quia
12 ad me in hac materia laborandum duxit
delicti frequentatio, abſq; vllo pœnæ timo-
re, & vt conſulere, & iudicare valerem, talem
titulum ruminatum hic diù appoſui, ad per-
petuam Reipublicæ vtilitatem.

Euenit caſus pluries adulterij; nonnulli
aiebant, non probari, niſi per teſtes omni
exceptione maiores in numero plurali, & in
eorum depoſitione de viſu, pro actus con-
ſummatione.

Quòad primum benè dixerunt, quia cùm
in criminalibus probationes debeant eſſe
luce meridiana clariores, vt *Grammaticus in*
13 *deciſ. 56. num. 19. de Franch. deciſ. 372. in prin.
& Marſil. conſ. crim. 1. num. 24.* ſubſtinuerūt,
non probant teſtes ſingulares contra *Borr.
ſumma deciſ. vol. 3. de adulterio, nu. 78.* veritas
tamen eſt; quòd teſtes ſingulares probant fa-
mam adulterij, vel adulterum nempè eſſe
Titium in genere, ſed non quòd commiſit
adulterium cum tali muliere, vt poſſit pœna
iuris puniri, ſic docet ex communi *DD.* opi-
C nione, à qua dicit nō eſſe diſcedēdum *Iulius
Clar. pract. crim. §. fin. quæſt. 53. num. 18.*

Quomodò poſtea dicatur, teſtes eſſe ſin-
gulares, cùm non ſit hic opus de illis agere,
14 remitto te ad veram doctrinam *Borr. d. ſum-
ma deciſ. vol. 2. tit. 11. per tot.* & propriè *nu. 8.
9. 10. & ſeq.*

Quòad ſecundum, quia agitur de re diffi-
cilis probationis, cùm adulterium, vel quæ-
uis carnalis copula in ſpelunchis, vt ita lo-
quar, & in occulto committatur, ſufficit per
coniecturas facinoris actum probare, & per
iuris præſumptiones: etenim ſi non proſunt
ſingula, multa collecta iuuant, ſecundùm
verſus à *Maſcardo* relatos *de probat. concl. 62.
num. 5. volum. 1.*

15 *Forſitan hæc aliquis: nam ſunt quorum parua
vocabit.*

Sed quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.

Et de hoc eſt *text. in cap. præterea, el. 27. de
teſtibus*, vbi *gloſ.* ait, ex multis præſumptioni-
bus, & fama probationem induci, & in hac
C opinione ex communi ſententia ſunt om-
nes *DD.* & ſignātèr *Foller. in ſua pract. crim.
2. par. rubr. capiat informationem, num. 20.* &

ante

ante voluerunt Abb.in cap. tertio loco, nu.10.
de probat. Bald.in cap.tua, extra de Procur. vbi
16 firmat, ex oſculo luxurioſo eſſe adulterium
probatum, ſequitur Io. Campeg. regul. 385.
de teſtibus, & Borr.d.ſumma deciſ.vol.3. tit.8.
de donat. propter nupt.num.55.& 60.

At ſi deponant teſtes, Seium iacuiſſe cum
Meuia vxorata, pinguius eſt pbatũ adulteriũ
ex doctrina Bal.in c.1.col.7.verſ. quæro. nũqd
ſit idẽ decre. Quibus modis feud.amitt. in vſib.
feud. Marian. Socin.conſ.34.& Alex.conſ.77.
vol.7. aut ſaltim ſi dicãt, quod viderũt eos in
17 ſecreto denudatos, nam per iſtam atteſta-
tionem ſufficientèr adulterium eſſe commiſ-
ſum probatur ex optima deciſione Ponti-
ficis Clementis III. in cap. literis tua 12. de
Præſumption. vbi gloſ. & ſchola DD. quam
ſequitur Ruinus conſ.53. ac alios citat, & re-
fert Viuius deciſ.241. num.17.

Præſumptiones cæteræ, & coniecturæ
plures ſunt, quæ ſufficiunt ad probandam
copulam carnalem illicitam, ſed hic frequẽ-
tiores, & veriores apponere opportunè volui.

Prima itaq; eſt bona coniectura, & præ-
ſumptio, ſi iuuenis reperiatur domi pulchræ
mulieris, de ſolo ad ſolum, Maſcard. de pro-
bat.concluſ.62.64.& 65. Borrell.d.vol.3. ſum.
18 deciſ.tit.6.num.78.& ſeq. ac Viuius cum alijs
allegatis deciſ. citata 241. nu.14. & ante eos
docuerunt Bald.conſ.427.vol.5. Crauetta cõſ.
205.n.24.vol.2.& Rom.conſ.451. n.3. ac Me-
noch. de præſumpt.vol.2. præſumpt.41. nu.11.

Secunda, ſi penès Titium reperiantur lite-
ræ amatoriæ miſſæ ab Antonia, intellige fa-
19 cta prius recognitione ſcripturæ, & pro-
batione de loco, & tempore, nempe ſi per
priùs frequentem conuerſationem, & collo-
quia habebant, l. non Epiſtolis 13. C. de probat.
Pariſ.conſ. 54. & Ruin.iun.conſ. 261. num.71.
volum.3.

Tertia, ſi fuerit viſus Titius immittẽs ma-
nus in vbera, in maxillas, vel in labia Anto-
20 niæ, eam oſculando, Bald. in d. c.tua, & Ma-
ſcard.de probat.concluſ.60. in princ. Sed ta-
men non per hoc vxor poteſt dote priuari,
Couarr.lib.1.var.reſol.cap.7.2.part.de matrim.
§.6.num.3.

Quæ quidẽm præsũptiones, quando res eſt
difficilis probationis in S.C. admittuntur, &
21 per eas iudicant Domini Conſiliarij, vt te-
† ſtatur Præſ.de Franch. dec.180. & ſubſtinuit
Angel.de malef.& Addentes ad eum in rubr.de
probat.nu.8.fol.mihi 404. & plenè habetur in
d.cap. literis tua.

Rationes, quare in adulterio, & alijs car-
nalibus copulis per coniecturas probatur
ſic, quod ad iudicandum ſufficiunt. Prima
eſt, quia iſta maleficia de directo non poſsũt
probari, & proindè per præſumptiones, vt ex
Foller. pract.crim. 6.par.principali, rub.de for-
22 ma capitulorum, num.3.& Maſcard.de probat.
concluſ.57.num.10.& concl.62.num.3. Secun-
da, quia non poteſt conſtare de viſu copulæ
carnalis, ſtante quod fiunt in obſcuro, & la-
tebris, & ideò ſufficit omnis cumulata con-
iectura, & præſumptio, Idem Maſcard. concl.
57. num. 3. concluſ. 58. & 59. num. 15.
& in proprijs terminis Menóch. eximius
Doctor magnæ authoritatis ſuo gene-
23 rali labore ad Reipublicæ vtilitatem, de
præſumpt.quæſt.58.num.3. volum.1. cum Soc.
iun.conſ.32.num.13. lib. 2. ac Dec.conſ.577.
circa num.3.& num.12. Tertia, quia ſi non
admitterentur tales coniecturæ, cùm impoſ-
ſibile ſit probare delictum in actu: iudicium
contra fornicantes, vel adulterãtes eſſet elu-
ſorium, & omnis ſic poſſet ſimilia peragere,
& proindè cùm præſumptiones pro veris
admittantur ex violenta, & certa ſuſpitione,
inquiſitus debet condemnari, vt eſt text.in
24 d.cap. literis tua, & gloſa in d.cap.prætereà
de teſtibus, & dixit Maſcard.concluſ.57. n.10.

Quod amplia primò in caſu practicabili,
vt hæc ſuſpitio, & præſumptio valida ſit pro
diuortio, & derelictione mulieris à viro, d.c.
literis tua, cap. dixit Dominus 2. in ordine 32.
q.2. vbi gloſ.in verſ.ſuſpitio, Auth. Si quis ci.
25 C.ad l. Iuliam de adult. tametſi per iſtam re-
nunciationem (nota) quòd non diſſoluitur
matrimonium, cap.quanto 7.de diuortijs, &
Auth. Sed nouo iure, C.de repudijs.

Amplia ſecundò, vt talis ſuſpitio carnalis
illicitæ copulæ ſit ſufficiens ad impediẽdum
matrimoniũ contrahẽdũ; nẽpè ſi ſuſpicetur,
quòd Titius cognouit conſanguineam ſuæ
ſponſæ, cap. prætereà 12. de ſponſal.& matrim.
cap.ſuper eo 2. de conſanguinit. vel affin.cap.
ſuper eo 22. & gloſ.in pluries citato cap. præ-
terea, de teſtibus, & Maſcard.concluſ.63.per to-
26 tam. Intellige, priùſquam matrimonium
contrahatur, & ideò dixi conſanguineam
ſponſæ, dum poſt contractum nec ſuſpitio,
nec confeſſio viri, vel vxoris ſufficiunt ad il-
lud dirimendum, ſed ſufficientes requirũtur
probationes, cap. de illo 3. de eo, qui cog.
conſ.vx.ſua, vbi gloſ.cap.2.de conſang. vel af-
fin.& cap.2. eod.tit. citato de eo, qui cognouit.
Immò non dum in contracto dicta proce-
dunt, verùm etiam in iurato tantummodò,
vt ad illius diſſolutionem interueniant legi-
timæ, & veræ probationes de aliquo euentu,
proptèr quem dirimi poſſet, quia clandeſti-
næ, & præſumptæ non ſufficiunt, cap.prætereà
de ſponſal.& matrimonio ſupra relato. Ibi, niſi
iuramentum interueniſſet, vbi gloſ.notabilis,
verſ.niſi, lit. B. & ſic videmus locum habere
in ſimplici tractatu tantùm de contrahendo
matrimonium, vt poſſint ſuſpectuoſæ conie-
cturæ illud diſſoluere, dum non poteſt dici
ligatum ſine iuramento.

Equi-

Equidèm enunciata ſuperius omnia rectè
in theorica procedunt; ſecus verò in practi-
ca, quia & ſi per ſufficientes coniecturas di-
ctum ſit, poſſe puniri adulterium, tamē dum
† non probata eſt conſummatio, plectēdus eſt
pœna extraordinaria, & non ordinaria mor-
27 tis, etiam ſi in ſuppleméntum examinetur
mulier, quæ dicat eſſe conſummatum cum
ea adulterij actum à Titio, eſt optima in hoc
deciſio *gloſſ. in cap. ſollicitatores, in verb. ex-
tra ordinem, de pœn. 1. diſtinct.* quam valdè ap-
probat *Gram. deciſ. 74. num. 14.* & optima ra-
tione, quoniam ſi ſocius criminis non pro-
28 bat, nec admittitur in teſtē contra ſocium,
& admiſſus non facit probationem ad con-
demnandum, nec minus indicium ad tortu-
ram, vt habetur per *Salyc. l. fin. vlt. col. C. de
accuſ.* per *Bonif. de Vital. & Albertum de Gau-
dino de malefic. iſte in rubr. Qui accuſ. poſſint,
vel non, num. 18. & illc, num. 30. rubr. de teſt.* et
*Hipp. de Marſil. pract. crim. §. diligentèr, n. 60.
cum ſeq. vſq; ad n. 68.* & in ſimili dicimus de
mandatario, qui nec minùs aduerſus man-
29 dantem facit indicium ad torturam ſine
alijs adminiculis (vt de ſocio in crimine di-
xit *Marſil.* citato *num. 60.* quòd interueniant
alia adminicula, cum eius depoſitione ad-
uerſus conſociū, vt poſsit torqueri) ſic exa-
ctè probarunt *Clarus in pract. crim. quæſt. 21.
§. fin. num. 10. & Marſ. vbi ſupra, num. 33. &
ſeq.* A fortiori talis mulier ſocia, & amica
ſimul non probat aduerſus amaſium de con-
ſummatione actus, vt per hoc poſsit puniri,
ſed benè alijs habitis coniecturis, vt poſsit
torqueri, vel extraordinaria pęna affici,
quoniam, vt plurimum, mulieres mendaces
ſunt, & forſan de eis fatetur *Propheta Pſal. 5.*
Ibi. *Non eſt in ore eorum veritas, cor eorum
vanum eſt*, cùm loquendo literalitèr de ho-
mine, etiam literalitèr, de fœmina intelligi-
tur, ſecundùm *Grāmaticos*, quoniam homi-
nis vox vtrumq; comprehendit, & multo-
tiès ex ſexus fragilitate vnum pro altero di-
cunt, & in eis non reperitur firmamentum,
30 iuxtà illnd. *Quid volubilius fumo, flamen.
Quid flamine, ventus; Quid vento, mulier.
Quid muliere, nihil*, & ratio traditur per tex.
ſic communitèr intellectum *in cap. 1. de con-
feſſis*, quare ex confeſſione ſocij ſocius non
condemnatur.

Quandoq; etiam proptèr auaritiam, &
magnam earum verſutiam falſum proponūt,
& ideò parum, aut nil credendum eſt ipſis;
& docet, qui ſciuit magnus practicus, & ſi-
mul theoricus Doctor *Foller. ſua pract. crim.
par. 2. rub. capiat informationem, num. 21.* Lo-
31 quendo in crimine ſtupri; quod cōmittitur
propriè cum virgine, vt ex definitione *Hoſt.
ſua ſumma in tit. de adulterio, nu. 8.* ibi *ſtuprum
eſt illicita virginitatis defloratio, c. 2. de adul-
ter. & ſtupro.* Et quandoq; cum vidua ſi eſt
honeſta, vt eſt *gloſ. & text. in l. ſtuprum 34.
ff. ad l. Iul. de adult.* per quem *text.* idem de
puero ſubſtineas: Ibi *ſtuprum in vidua, vel
virgine, vel puero cōmittitur*, & dixit *Filline.
vol. 2. cap. 3. nu. 59. de ſtupro*, vnde ſi ad pro-
bationem ſtupri deferatur virgini iuramen-
tum, cui adhibetur fides pro violatione, ex
Alex. conſ. 229. lib. 6. & dicit *Viuius* cum alijs
recitatis per eum *in fine deciſ. 299.* conſulit
talis Doctor *Follerius*, ne adhibeatur fides,
niſi concurrant aliæ pręſumptiones, & tradit
32 rationem, quia cùm mulieres ſint iuriſiurā-
di contemptrices, de facili captæ amore in
perſonam Titij, vel Seij de amiſſa cum alijs
virginitate, ipſos infamant, vt habeant eos
in maritos, & dictis huius *Follerii* adhęrēdo
conſulo liberos homines, vt abſtineant à
mulierum familiaritate, nam ſi iſta probetur,
& mulier iurauerit eſſe ab eo ex continua
practica, ſiuè conſuetudine inter ſe habita
cognitam, non poterit euadere pœnam ſtu-
pri, quæ eſt, aut mulierem ſtupratam in vxo-
rem ducere, aut eam congruentèr dotare,
33 *text.* eſt *Exod. cap. 22.* confirmatus per *c. 1. de
adulter. & ſtupro*, & de modo cōſtituēdę dotis
habetur per *Oſaſc. deciſ. 107.* & hoc de iure
Canonico; ſed Cinili altera pœna corporalis
quoq; ſtupranti imponitur, vt teſtatur *Cla-
rus §. ſtuprum, num. 3. in fine*, & fuit practicata
in perſonam Frāciſci Mazocculi de Villa Sā-
† cti Archangeli, qui per ſeptennium (vltra do-
tem ſtupratæ traditam) ad Regias triremes
D fuit per M.C. condemnatus, cum confirma-
tione ſententiæ in S.R.C. per Dominos Cō-
ſiliarios, vt teſtatur *Gram. deciſ. 22.*

Ratio præfati à me traditi conſilij, vt iu-
uenes à colloquio mulierum abſtineant eſt,
nam ſicut venti, & nubes indicant tempus
corruptum, ſic talis familiaritas inducit ma-
lum carnalitatis odorem, ſecundùm carmi-
na.

*Corrumpunt bonos mores, colloquia praua
Viſus, colloquium, tactus, poſt oſcula factum.*

34 Ex his adminiculis, coniecturis, & confeſ-
ſione mulieris tuta conſcientia Iudicans po-
teſt procedere ad bonam torturam contra
† adulterum, qui ſi non confitetur, debet con-
demnari ad extraordinariam pœnam, vt di-
xi, quæ etiam per coniecturas imponitur, cū
hac animaduerſione, vt omnis tollatur diſ-
cuſsio, quòd quando Iudices dicunt, vt tor-
queatur, non ſentiant de tortura proptèr
confeſsionem ad corroborandum eius in-
quiſitionis reatum, ſed ad inquirendum
de fauctoribus, & lenone, habens ſufficientèr
eum adulterum conuictum pro extraordi-
naria adulterij punitione: quo caſu ſic pro-
deſt ſilentium, quod non poteſt præfatam
pœnam euadere, ſed ſi cōfiteatur in tali tor-
tura

tura de lenocinio probat ſuum delictum,
quia acceſſorium ſequitur naturam princi-
palis, *cap. acceſſorium 42. de reg. iur. in ſexto,*
35 vbi *gloſ. & Dynus* lariſsimè, qua habita con-
feſſione, libentèr ad mortis condẽnationẽ
procedere poterit, cum vlla ea ſit probatio
maior, *cap. at ſi clerici 4.* vbi *Abb. Sicul. de
iud. l. cùm te 5. & ſecunda huius nominis, C. de
trans. l. fin. C. de fideiuſſ.* quoniã quando par-
tes ſunt in confeſſo, Iudex debet eſſe in con-
demnando, *cap. 2. de confeſſ. & gloſſ. in c. fin.*
36 *eod. tit. l. proindè 25. in ordine, §. fin. ff. ad l.
Aquil. l. ſi confeſſus 5. ff. de cuſt. reorum, l. qui
ſententiam 16. C. de pœnis,* vbi *gloſ. l. 1. ff. de con-
feſſis, l. vnica, C. de cõfeſſ. Clar. pract. crim. §. fin.
q. 65. in princ. Borrell. sũma dec. vol. 2. tit. 3. de
confeß. n. 10. Capibl. ſuper pragm. 16. de Baron.
volum. 1. num. 85. & Menoch. de arbitr. iud.* in
fortioribus terminis, *caſu 286. num. 8.* quæ
formã procedendi in ſimilibus delictis fuit
etiam in paucis verbis indicata per *D. de
Afflict. d. Conſt. Regni Legum aſperitate, in fin.*
& adde *Foller. d. rubr. capiat informationem,
n. 21.* quẽ modum torquendi nota tu diligẽ-
tèr, quia illum inter alios docuit *Foller. p. 1.
a. par. ver. vel indurati torqueantur, n. 2. & ſeq.
de Boſſ. in var. tract. ad titul. de indicijs,
num. 130. & Giacharius ad Clarum, §. fin. q. 64.
lit. G.*

Vnde ſi confiteatur, & condemnetur ſtu-
prator, ſiuè adulter, ſtatim ſententia eſt exe-
quutioni tradenda, ſi credendum eſt addu-
37 ctis per *Borrell. d. ſumma dec. vol. 2. tit. 32. nu.
462. fol. mihi* 411. dum ait, in tali delicto poſt
condẽnationẽ non admitti appellationem
ad Iudicem ſupremum, quia adulterij crimẽ
æquiparatur crimini læſæ Maieſtatis in quo
non appellatur poſt ſententiam, ſed an non ſit
iſta doctrina vera, tuo relinquitur ponderã-
dã iudicio.

Pœna verò adulterij de iure Diuino, quo
dixi eſſe prohibitum: lapides ſunt, vſq; ad
necem, *Io: cap. 8. Deuter. c. 22. Leu. c. 20.* tàm
38 in maſculo, quàm in fœmina, vt adnotatur
in dictis iuribus, dixit *Clarus §. adulterium,
num. 7. & Men. de arbitr. caſu 419. n. 8.* De Iure
Canonico vtriq; excõmunicari poſſunt, *cap.
intelleximus 6.* vbi *gloſ. de adult.* ſi verò tãtùm
mulier eſt adultera, & maritus eam repu-
diat, debet detrudi in monaſteriũ ad perpe-
tuam pœnitentiam peragẽdam, *cap. gaudea-
mus in domino 19. de conuerſ. coniug.* & tota
eius ſubſtantia Conuentui applicatur, dum-
modò non adſint filij legitimi, & naturales,
vt aduertit *Afflict. in d. Conſtit. Legum aſperi-
tate, num. 1. & 2.* benè verùm, ſi vir ſenten-
tiam mutauit, non obſtante detruſione præ-
fata, dummodò à die ingreſſus non ſit elap-
ſum biennium, poterit eam iterum in con-
39 iugem acceptare, biennio verò elapſo, non
auditur, & mulier tondi debet, vt eſt in
hoc optima doctrina *gloſ. in d. c. gaudeamus,
verſ. in clauſtris, lit. B.* De iure ciuili maſcu-
lus ſuſpenditur, dummodò ignobilis ſit, ſi
40 nobilis decapitatur, vt teſtatur *de Franch. de-
ciſ. 240. num. 5.* ſi tamen enormiſſima crimi-
na non ſint per eum patrata, vt dixit *Gram.
voto 3. num. 8.* quæ ſententia cùm eſſet ambi-
gua, per varias diſpoſitiones de iure *digeſto-
rũ, & C.* perbellè quæſtionem hanc diſputa-
uit *Iulius Clarus d. §. adulterium. 7.* conclu-
dendo, mortis pœnam in adulterij reatu im-
poni, per *text. in l. quamuis 30. §. fin. C. ad l. Iul.
de adult.* ibi, *ſacrilegos autem nuptiarum gladio
puniri oportet*, & hæc eſt cõmunis *DD.* opi- C
nio, quam ſequitur *de Afflict. vltimo loco cita-
to num. 1. 2. & 3. Gram. deciſ. 31. num. 3. &
Vinc. de Franc. dec.* ſuperiùs citata 240. *nu. 6.*
& ſic fuiſſe obſeruatum ipſe demonſtrat *ſu-* D
pra num. 4. Quod ſecus eſt in Ciuitate Gra-
tionopolitana, vbi ex particulari priuilegio
pœna adulterij eſt centum ſolidorum, ex
traditis per *Guid. Pap. deciſ. 206. num. 2.* &
licet ex *d. §. fin.* videatur pœna mortis impo-
ſita tàm viro, quàm vxori, nullatenus prop-
ter ſexus fragilitatem, vt ait *de Afflict. d. Con-
ſtitutione Legum aſperitate, num. 3.* eſt mino-
rata in muliere, per ius *Auth. tit. 10. Vt nulli
Iudicum, §. ſi quando verò,* vbi *Bart.* & dixit
gloſſ. in d. l. quamuis, eod. §. fin. verſ. gladio, quæ
minoratio eſt, vt priùs virgis cædatur, vt vo-
luit *Clarus d. nu. 7.* & deindè in Monaſterium
immittatur, cum applicatione omnium bo-
norum Fiſco, deſcendentibus tamẽ, vel aſcẽ-
dẽtibus nõ exiſtẽtibus vt in *d. Auth. Vt nulli
Iudicum,* præcitato *§. ſi quando, in fine,* & iſta
pœna *Auth.* conformis, & concordans eſt cũ
præfata pœna iuris canonici, vt tu vides.
Et tandem de Iure Regni non eſt minorata
41 in viro pœna mortis, ſed tantùm in vxore
(vt dictum eſt ſupra per ius *Authenticorum*)
quæ fuſtigatur tantummodò, & permittitur
viro, vt ei amputet naſum, vt dixit *de Afflict.
d. Conſtitutione Legum aſperitate, nu. 3. & 8.
& Foller. in ſuis fragm. num. 197. de adulterijs,*
& aduertè, quod imponitur talis pœna di-
ſiunctim .ſ. ſi maritus animũ non habuerit
faciem vxoris deformare, per naſi mutila-
tionẽ, *Conſtitutio* præcipit, quod flagelletur,
ne error impunitus exiſtat, per hęc verba.
*Quòd ſi vir eius in eam vindictam dare nolue-
rit, nos huiuſmodi maleficium non ſinemus, ſed
ipſam præcipimus publicè flagellandam,* in qua
ſimilitèr *Conſtitutione* etiam ſtatutum eſt,
bona mulieris incorporari Fiſco, ſi filij legi-
timi non adſunt, nulla facta mentione de
aſcendẽtibus, vt dixi de iure *Authenticorum,*
verba ſunt *Conſtitutionis* iſta. *Sed rerum
ad eos pertinentium confiſcatio inducetur, ſi
filios legitimos ex eo matrimonio violato, vel*

al iq non habuerint, ad quæ adde quicquid di-
cât *Boer. deciſ. 297. num. 12. 13. & 16. & Borrell. ſumma dec. tom. 3. tit. 6. de adult. ſtupro, & inceſtu, per totum*, ac *Ricc. coll. 233.*

At circa bonorum applicationem Fiſco, ſi liberi non exiſtant, eſt aduertendum, non habere locum ſolummodò de bonis, quæ forſan extra dotem ſunt, vti aduentitia, vel
42 vltra dotem, nempè paraphernalia, ſicut eſt communis Doctorum ſententia, vt ait *Ge-*
C *rardus de Petra Sancta ſing. 48.* ſed etiam de dote vera intelligitur, quando non extant legitimi ſucceſſores à iure vocati, vt latè declarat *Boer. deciſ. 338. à num. 1. vſq; ad 6.* deſumitur iſta concluſio ex aureo *text. in cap. plerumq; 4. de donat. inter virum, & vxor. l. cõſenſu 8. vbi gloſ. & Salyc. C. de repud.* docet *Præſ. de Franch. deciſ. 184. & Boer. ead. deciſ. 338. in princ.* ſed hoc tamen non procedit quòad donationem propter nuptias, dum illa non ſpectat ad filios, ſed reuertitur ad patrem, quia ſicut dos redit ad vxorem, ita donatio ad maritum, vt eſt ſanctio *text. in cap. fin. de donat. inter virum, & vxor.* latè *Borrell. ſumma deciſ. volum. 3. tit. 8. de donat. proptèr nup. num. 25. & 26.* & ante eſt doctrina *gloſ. in d. cap. plerumq; verſ. dotalium*, quæ etiam ponit memorabilem limitationem, vt tunc donatio iſta ad liberos ſpectet, quando ex pacto, vel conſuetudine mulier dotalitiũ lucratur, & dixit *tex. in d. cap. fin.* ibi. *Niſi ex conſuetudine ſecus obtineat, vel ex pacto de lucranda dote, vel donatione proptèr nuptias.*

Quia eſt indubitatum, per adulterium dote mulierem priuari, *cap. plerumq; 4. de donat. inter vir. & vxor.* ac opiniones etiam, contrarias refutãdo cõcludit *Menoch. de arb. iudic. caſu 287. n. 23.* vltra ſuperiùs enunciata, & dixit idem *Borrell. eod. vol. 3. in tit. de adul. num. 82. 83. & ſeq. & Vrſill. ad D. de Afflict. deciſ. 61. ſupra num. 7.* qui addit, iſta procedere etiam proptèr oſculum luxurioſum. difficultas eſt, an re vera ſit talis dos applicanda Fiſco, aut Monaſterio, vt benè dictum eſt ſupra, vel marito?

Quòd viro debeatur, eſt optima doctrina *gloſ. in cap. admonere te 8. 33. q. 2. verſ. prado*, ſequitur *Dominus de Franch. deciſ.* aliàs citata 184. *& deciſ. 421.* & idem *Borrell. eod. num.* citato 83. *de adult.* & hanc ego verò exiſtimo opinionem (ad euitandam correctionem al-
43 terius;) in terminis, in quibus loquitur *Boer. ead. deciſ. 338.* ſcilicet, ſi maritus eam de adulterio accuſauerit, & probauerit, ſecùs quando alio modo adulterium fuerit detectum, nam tunc exiſtimo, eſſe Fiſco applicandam dotem vxoris adulteræ; & iſta poteſt dici bona limitatio, vt maritus excludatur à dote. Altera limitatio eſt in dicta *gloſ. cap. admonere*, nempè ſi poſt accuſationem vir ſuam mulierem occiderit, vt perdat dotem, quamuis fuerit adiectum pactum de lucrando, & tunc exiſtentibus filijs, ad eos ſpectat, *Couarr. lib. 1. variar. reſol. cap. 7. 2. par. §. 6. de matrim. num. 4.* ſed qualitèr, ſi ſunt de primo forſan, & ſecundo matrimonio,
44 debeat inter eos diuiſio fieri, recurre ad *D. Vincentium de Franch.* præcitata *dec. 421. num. 12. & ſeq.*

Alius caſus eſt, quando adulterium detegitur, & punitur ſine viri accuſatione, ſi forſan eſt notorium, & fama publicum, tunc quia fama, loco accuſationis ſuccedit, & Iu-
45 dex ex officio procedit, ita magiſtralitèr *de Afflict. in d. Cõſtitutione Legum aſperitate, n. 9.* & ſic dicimus, iſto modo eſſe bona, non marito, ſed Fiſco applicanda.

Eſt & altera pœna acrior contra mulierẽ, dum mortalis videtur .ſ. ſi maritus eã cum adultero inuenerit, poterit tutè, & ſine formidine iudicum occidere vtrumq; , ſic *Conſtitutio Regni, Si maritus, de pœna vxoris in adulterio deprehenſa*, ita diſponens, *Si maritus vxorem in ipſo actu adulterij deprehenderit, tàm adulterum, quàm vxorem occidere licebit,*
46 *nulla tamen mora protracta*, latè *de Afflict.* vbi ſupra *num. 7. Vinius in ſylua comm. opin. opinione 33. num. 7.* Et ampliat *Clarus in §. adulterium, num. 11.* vt etiam pater poſſit facere, quod marito permittitur, quando ſuã filiam inuenit adulterantem, & voluerunt iura *in l. quod ait lex 23. ff. ad l. Iuliam de adul. & l. gracchus 4. C. eod.* nuper citato *titulo*, nullatenùs non per hoc eſt immunis talis homicida à lege ciuili toleratus, à pœna peccati mortalis, ſicut à pœna corporali, quia aduerſatur *Decalogi præcepto, ne occidas*, vt docet non minus doctè, quàm ſanctè *D. Antoninus in ſua sũma, par. 2. tit. 7. cap. 8. de homicidio, verſ. ſed quæritur vtrum liceat marito fol. mihi 274. à terg.* & hanc quæſtionem, ſiue articulum diſputando exactiſsimè *Couarr. de matrimonio, part. 2. cap. 7. §. 7. à num. 8. ad finem*, plura iura per eum allegata reijciẽdo ſic de communi *DD.* ſententia concludit, à C
quà non eſt recedendum.

Quæ ſupra dicta ſunt, quòd Iudex procedat ad torturam præcedentibus inditijs, vt ex confeſsione adulterãtis poſsit cum ordinaria pœna mortis cõdẽnare, de iure cõmuni intelligũtur, ſecùs de Iure huius Regni, dũ ſufficit ꝓbatio oſculi, quòd Titius virginem, vel nuptam oſculatus fuerit ſine alia probatione de conſummatione (vt vltimo ſupplicio puniatur) actus per copulam.

47 Quia, vt dixit *Borrell.* aliàs citato *vol. 3. de donat. proptèr nuptias, num. 78. & 79.* oſcula ſunt incitamenta pro effectuali conſummatione actus venerei, quod rarò euenit, vt mulier oſculata non ſit corrupta, non minùs

enim

Digitized by Google

enim maculatur honeſtas ex oſculis, quã
ex coniunctionibus carnalibus. ſic ait
Poeta quidam

Al deſir troppo ingordo
Perdona ò Cinthia; e s'io ti ſuggo, e mordo:
Scuſa la fama ardente,
Ch'alletta al cibo ſuo l'auido dente.
Ne tu lagnar ti dei
Ch' io macch' il volto tuo co' i baci mei:
Che l'altra Cinthia ancór la Dea di Delo,
Hà pur tinte di macchie il voltò in Cielo,

& alter Muſarum amator ſic dixit

Vn bacio ſolo à tante pene crude
Vn bacio à tanta fede?
La promeſſa mercede
Non ſi paga baciando, il bacio è ſegno
Di futuro diletto,
E par che dica anch'egli io ti prometto
Con ſi ſoaue pegno.
In tanto or godi, e taci,
Che ſon d'amor mute promeſſe i baci.

Quapropter bene diſpoſuit *text. in l. ſi à*
ſponſo 16. C. de donat. ante nupt. vt donatio,
quę fit à ſponſo ſponſæ, ſi moriatur ſpon-
ſus, & oſculum interuenerit, ſit medietas
48 ſponſę, & medietas hæredum donantis;
reddit rationẽ *Borell. vbi ſupra n. 50.* quia
per oſculum, (& agitur de actu legiti-
mo à iure permiſſo) caro puellæ pro
medietate eſt corrupta, & ideo medietas
donationis debetur, & hæc ſeruantur in
Regno noſtro, ſecus in Gallia, vt dixit
49 idem *Borr. vbi ſupra nu. 70.* dum oſculari
mulieres de vrbanitate eſt; imò ſi vir
tranſeundo per vicos inueniens puel-
lam, eam non oſculatur, proditor dicitur,
& de hoc teſtimonium perhibeo, quia
commorando in Ciuitate Neapolis an-
no 1639. Procerus quidam Presbyter,
valdè humanus, & facie pulcher, dixit
hoc eſſe verum, imò in quadam Ciui-
tate, quę dicitur Aſtardam cuiatis erat,
extra Galliam etiam mos viget, vt com-
placeã amaſio de mea filia per hæc verba,
noſtro idiomate, ſi dicat Titius, *Preſtami*
Monsù Caio tua figliuola per hoggi; neceſſe
habet illi in ſeruire, & ſic vadunt Rus, vel
ad recreationis villam particularem, ibiq;
choreis, & crapulis horas pertrãſeũt hila-
ritèr, tametſi reddũt indẽnẽ puellæ pudi-
citiã, quod ſi eſt veriſimile, tuũ ſit iudiciũ,
dùm poſt oſcula oportet, vt veniant
ad factum, vt dixi, & tãtò magis cum ſint
valdè ipſi Iacci conſocij, ad quod adeſt ſẽ-
tentia *Pauli Apoſtoli ad Epheſ. cap. 5.* & op-
timi *text. in cap. & ſi Chriſtus 26. §. quadã*
de iureiur. cap. luxurioſa 3. cap. venter 5.
50 *cap. luxuriam 7. diſt. 35. Nolite inebriari vi-*
no, in quo eſt luxuria. Vnde laudabilis ma-
gis eſt noſtra conſuetudo, vt filiolæ non
inſpiciant quemquam, & tantum die
51 Paſchatis ad Eccleſias vadãt, ne viſu, col-
loquio, aut auditu corrumpantur in mo-
res, de qua conſuetudine teſtatur *Nauar.*
in ſumma cap. 21. num. 9. Sa ſuo aphoriſ. in
verb. miſſa auditio, num. 3. Bonac. tom. 1. de
Sacram. Euchar. diſput. 4. quæſt. vlt. punct.
fin. n. 27. & omnes Summiſtæ affirmantes,
talem conſuetudinem eſſe probabilem, vt
in cæteris feſtiuitatibus non peccent, Miſ-
ſas non audiendo, dummodò sẽper præ-
cluſæ exiſtant; ſecus ſi foras irent, & ad
Eccleſias poſteà introire recuſarent. Sed
mihi diſplicet, quod adeò honor iſte ſtat
præ oculis omnium; non alia excogitan-
tium, quod ipſi delabuntur ad crimina, &
ad mortis facinora; occidentes non dum
reales, ſed etiam præſumptos oſculatores,
aut inſpectatores mulierum, & præcipuè
in patria mea, in qua homines tot mea
hac tempeſtate fuerunt proptèr hoc inter-
fecti, qui numerus eſt infinitus; & quoto
anno ſaltim duo, vel tres vtriuſq; ſexus
malè occiſi vitam rerum Authori reſti-
tuunt.

Itaq; redeundo ad pœnam oſculantibus
mulieres impoſitam, quæ eſt mortis, ſecũ-
dùm *cap. Regni Regis Roberti 262. Cum ini-*
tio, vt ſine mortalis peccati, de raptor. virg.
adeſt *Pragm. Ill. Proregis D. Paraſan ſub*
nona die Martij 1563. de oſculantibus mulie-
52 *res,* aduertit *Borrell. vbi ſupra, n. 55.* dixit
Viuius in ſua ſylua opinion. opin. 1060. nu. 7. D
& ſic de obſeruantia fatur *Vincentius de*
Franch. deciſ. 333. num. 6. ac ſequitur labo-
rioſiſſimus, & doctiſſimus *Riccius* hac no-
ſtra ætate, qui omnes in ſcribendo ſupe-
rauit *collect. dec. 47. & collect. 2185.* conſulo
viris, vt eorum concupiſcentiam frænu
prudentiæ ſuperent, ne oſculi delectamen-
tum, vitæ amaritudine perſoluant.

Adulteriũ poſtea cum ſit crimen tam à
Iure Canonico, quàm Ciuili improbatũ;
eſt videre, à quo Iudice puniẽdum veniat,
à ſeculari, vel Eccleſiaſtico, & dicas, quod
cum eſt mixti fori, vterque Iudex compe-
53 tens videtur, laicus quòad punitionem,
quæ ſanguinolenta eſt, & Eccleſiaſticus,
dũ ſe in ſanguinem immiſcere prohibetur
quòad pœnam animæ, ſcilicet ad thori ſe-
parationem, ad detruſionem in Monaſte-
rium, ad pœnitendum; vel ad excommu-
nicationem: ita *Bonac. volum. 2. de contra-*
ctibus, puncto 13. num. 2. in fine, fol. mihi 732.
per Couar. & alios, quos ipſe refert, ante
voluit *Iulius Clarus pract. criminali, §. fin.* C
quæſt. 37. num. 7. vbi communem eſſe iſtam
diſtinctam ſententiam fatur, ex doctrina
Decij in conſ. 212. & omiſſis alijs concor-
dantibus Doctoribus, ſic tenet *Viuius in*

dicta ſylua communium opinionum, opin. 34. per totam.

Fuit mihi dubitatum ad huius rubricæ
complementum à Capitaneis in Patria
mea viciſſim, quod dum dignoſcebant
quaſdã mulieres adulteras, & adulteran-
tes homines, & nemo erat, qui accuſaret
de hoc crimine, an poſſent ipſi ex officio
per viam inquiſitionis procedere? dixi,
quod non, niſi præcederet mariti accuſa-
54 tio, dum alijs nõ eſt permiſſa regularitèr,
ne connubia fœdare liceret, *l. conſtante ma-
trimonio 26. ff. ad l. Iul. de adult. l. quamuis*
30. vbi *gloſ. in verſ. liceat fœdare, C. eod. tit.
de adult.* niſi in nonnullis caſibus enun-
ciatis per *Borrell. ſumma deciſ. eod. tit. de
adult. à num. 170. vſq. ad 175.* quorum vnũ
ſupra demõſtraui; docet *Gram. dec. 31. per
tot. Campan. in cap. Regni, Vt delatas 235. n.*
18. *de non procedendo ex officio, Petrus Foll.
pract. crim. 6. par. de forma capitulorum in
adulterio, in princip. de Afflict. in d. Conſtitu-
tione Regni Legum aſperitate, num. 9. Vin-
centius de Franch. deciſ.* 240. idem *de Afflict.
dec. 176. & Angel. de malef. rubr. Et Andreã
Marci lanificem, num. 3.* ampliando conclu-
ſionem iſtam, vt nec minùs inquiri poſsit
per proceſſum compilatum cum fœmina
aduerſus maſculum; & confirmat dictus
55 *de Afflict. ead. Conſtitutione Legum aſperita-
te, nu. 6.* quòd condemnata adultera, adul-
ter condemnatus dici non poteſt. Vnde
cum Gubernatores præfati vidiſſent, quod
vllo iure poterant inquirere ex officio,
cum adulteria non eſſent de caſibus appo-
ſitis per Doctores citatos, abſtinuerunt ab
inquiſitione, cum tempus erat terere con-
trarium agere, & docuit *Maia conſult. 32.
num. 15.* vbi plures citat.

De his, & alijs hic non traditis, cum nõ faciant ad rem, & prolipſitas, vt euitetur; vide *gloſſatores in d. Cõſtit. Si maritus, in Cõſtitutione Maritum, de pœna mariti, vbi adulter aufugit, in Cõſtit. Maieſtati, de adult. coercẽdis, et in Conſt. Lenas, de lenonibus, ac Proſperum Petra ad deciſ. Capyc. 44. num. 2. & 3.*

SVMMARIVM.

1 *Fraudibus, & hominum malitijs eſt occurren-dum.*
2 *Alienatio rei litigioſæ ipſo iure eſt nulla.*
3 *Alienatio prohibita, intelligitur de quibuſcunque contractibus dominium transferẽtibus.*
4 *Alienatione prohibita, qui caſus in hoc ſint excepti.*
Euictio promiſſa in contractu nullo etiam eſt valida.
5 *Litigioſæ res quæ dicantur, & quando litigioſi vitium cõtrahatur, remiſſiuè proponitur*
6 *Litigioſa res quare alienari prohibeantur.*
7 *Iuſtè poſſidet qui authore Prætore poſſidet.*
8 *Litis pendentia dicitur etiam pendente appellatione.*
9 *Sententia exequitur etiam contra tertium poſſeſſorem rei litigioſa, ſed quando, limitatur.*
10 *Venditor, & emptor ſunt correlatiua.*
11 *Diſpoſitio legis cum de vno caſu loquatur, ad præſumptum alterum minimè extenditur.*
12 *Pœnalis, & odioſa diſpoſitio debet strictè intelligi.*
13 Cõſtitutio Regni Eorũ fraudibus *quomodo intelligatur.*
14 *Ignorantia excuſat emptorem à pœna* l. cenſemus, C. de litigioſis, *& à pœna* d. Conſtit. Eorum fraudibus.
15 *Materiam hanc quis tractet abundè, de alienatione iſtarum rerum.*

ARGVMENTVM.

Alienatio rerum litigioſarum eſt tàm à iure communi, quàm à iure Regni prohibita ſub certa ſtatuta pœna.

DE ALIENATIONE RERVM IN IVDICIO DEDVCTARVM.

CONCLVS. III.

QVia malitijs hominum, & eorum
fraudibus minimè eſt indulgen-
1 dum, imò occurrendum, vt tra-
didit *Celſus Iurec. in lib. 3. dige-
ſtorum, ad text. in l. in fundo 39. §. cenſuimus,
in fine, ff. de rei vindic.* & meminit *Cardinal.
Mantic. de tac. conuent. lib. 6. tit. 2. num. 14.
volum. 1.* Dum nonnulli metuentes futura
iudicia, ſuper eorum bonis diſponunt de
illis, & alienationem faciunt in tertium,
præcepit ideò, tali fraudi occurrendo *Vl-
pianus lib. 53. ad edictum in l. quamquam 4.
§. Iulianus, ff. de aqua plu. arc.* vbi *Paul.* ſic
iudicium haberi ſuper re, alienatione non
2 obſtãte, ſicut antea poterat iudicari, nullã
alienationẽ decernendo, & notauit *Regens
Rouitus deciſ. 1. num. 19.* vbi *Zeuall. & Fa-
rinac.* refert, *Farinac. tom. 2. fragm. crimin.
in verb. litigioſa, num. 241.* & latiùs *nu. 298.*
ſequitur *Grat. diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 826.
num. 8. & Barboſ. in 7. par. l. 1. ff. ſolut. matr.
num. 46. cum ſequent.* & magis opportunè
malitijs iſtorum remedia cupiens parare
Imp.

Imp. Iuſt. in l. 4. q̃ incip. *cẽſemus, C. de litigio-
ſis*, etiã pœnã certã impoſuit rem litigioſã
alienantibus, ac emptoribus quoq; præce-
pit, vt à rebus in litigio exiſtentibus abſti-
nerent in emendo; aliàs rem emptam liti-
gioſam perderent, & concordat *Conſtitutio
Eorum fraudibus Imper. Federic. sub tit. de
alien. rerum in iudic. deductarum*, *vbi gl. Do-
minus de Affl. & cæteri Scribentes*.

Et vt omnis tollatur difficultas; quæ
de alienatione dicta ſunt, non dum habent
locum in contractu emptionis, & vendi-
tionis tantum, ſed in omnibus quibuſcũq;
3 per quos transfertur dominium, *vt in d. l.
cẽſemus, §. ſin autem*, docent *Cyn. Bal. Caſtr.
& alij in l. 1. C. com. diuid.* voluit *Menoch.
lib. 2. de præſump. præſ. vlt. num. 32. vol. 1.* fa-
ciunt notata per *Mant. lib. 22. tit. 7. nu. 2. de
tacit. conu. vol. 2. & eod. lib. tit. 22. num. 10.* &
aduertit *Gallup. par. 2. ſuæ praxis, c. 3. de li-
belli oblat. ſiuè de lite pendente. num. 28.* qui
alios refert.

Tametſi, ſunt excepti nonnulli caſus,
quos recenſet *tex. in ead. l. cenſemus, in fine.*
& per hæc verba nos illos docet. *Exceptis
videlicet huius ſanctionis diſpoſitione, ijs, qui
4 vel dotis nomine, vel ante nuptias donationis,
vel tranſactionis, aut diuiſionis rerum hære-
ditariarum factæ, vel per legati, vel fideicom-
miſſi cauſam tales res, vel actiones dederint,
vel acceperint*, & alios cumulat *de Affl. ead.
Conſtitutione Eorum fraudibus, n. 13. Maſull.
ad deciſ. Capye. 99. in fine, Campan. in cap.
Regni Conuentus, n. 6. Menoch. vbi ſupra, n.
37. & ſeq. Marius Giurba deciſ. Sicil. 62. n. 18.
& Guid. Papa dec. 96. nu. 5. 6. & 7. vbi Ad-
dentes*, ac ad ſaturitatem *Maſcar. de prob.
concluſ. 1236. vol. 3.* vnde concludendũ eſt;
Semper rei litigioſæ alienationem (excep-
tis caſibus per præfatos DD. numeratis)
nullam ipſo iure eſſe, vt ſuperius dictũ eſt;
latè firmat *de Affl. vbi ſupra, num. 10.
& Regens Tapia deciſ. 5. nu. 4.* vbi etiam fir-
mat, quod ſi in tali venditione promitti-
tur euictio, licet contractus ſit nullus; ipſa
eſt valida.

Litigioſæ verò res quæ dicantur, vide
5 *gl. magiſtr. in c. 1. verſ. litigioſa, de confirmat.
vtil. vel inut.* & in quibus actionibus liti-
gioſi vitium contrahatur, adeas *Gallup. vbi
ſupra, num. 29.* vbi perplures cumulat au-
thores.

Ratio verò, quare talis res litigioſæ ꝓ-
hibentur alienari poſt citationem, ſiuè li-
tis conteſtationem, vt in *d. Cõſtitutione Eo-
6 rum fraudibus*; & ſic lite pendente, eſt quia
fraudulenter id actum eſſe præſumitur;
vt dixit *Giurba ead. deciſ. 62. num. 5.* & ideo
fraudibus iſtis legum ſanctiones conſulen-
do; prohibitum eſt conuento rem litigio-
ſam alienare.

Euenit ad hanc materiam; quod quidam
creditor intentauit certam litem ſuper nõ-
nullis domibus; iam obtinuit in prima in-
ſtantia, & miſſus in poſſeſſionem; per Re-
gias M. C. V. prouiſiones fuit dictum, quòd
manuteneatur; conuẽtus appellauit; appel-
latione pendẽte ſine aliquo actu per reum
ad Iudicem ad quem, ſub ſilentio pertran-
ſiuit, vnde mortua per plures menſes ap-
pellatio ſtetit, ita, ꝙ lis finita iudicabatur,
creditor iſto medio tempore rem obten-
tam alienauit cauſa lucratiua, dum ma-
gis pecuniæ, quam domus ei proficiebant,
fuit quæſitum, an ſit valida venditio, & an
ſit vẽditor in pœnam *d. l. cenſemus, & præ-
fatæ Cõſtitutionis Eorum fraudibus* incurſus,
& ſic etiam emptor?

Quoad primum dico, validam eſſe ven-
ditionem attenta præfatorum iurium di-
ſpoſitione, adiuncta *gl. in d. l. cenſemus*; & al-
legatorũ Doctorum traditis vnquam in-
uenies; quod ſit actori prohibitum rem ob-
tentam in iudicio alienare, & per con-
ſequens valida venditio, tanquam facta à
7 legitimo venditore; dum iuſtè poſſidebat
authore Prætore, *l. iuſtè poſſidet 11. vbi gl. ff.
de acq. poſſ.* & clarius hoc mihi probat *tex.
in c. Reg. Carol. II. Cõuẽtus, ſub tit. de cõuen-
tis, qui alienant poſſeſſionem*: vt nulla de acto-
re intelligatur facta diſpoſitio, ſed tantum
de Reo. Ibi *Conuentus poſſeſſionem rei, vel
re ipſa quocunq; Iudicio, lite pendente conte-
ſtata, vel quaſi, poſſeſſionem alienauerit*, &
traditur ratio, quod diſpoſitio iſtius *Con-
ſtitut.* non debet extendi ad actorem;
quia ſecundum doctrinam *de Iſernia*, vt
voluit *Diomedes Maricon. in d. Cõſtitut. Eo-
rum fraudibus, in fine*, tantum intelligenda
eſt, ſecundum ſonum verborum, & nõ aliõ
modo, vnde concludere oportet, quod eſt
valida alienatio, non vt ſubſiſtere poſſit in
futurum, ſed quòd nec emptor, nec vendi-
tor in pœnã litigioſæ venditionis dicãtur
incurſi, vt inferius latè; & ſic ſi obtineat
condemnatus litem proſequendo; aliena-
tione in tertium non obſtante in appel-
latione interpoſita; in qua etiam dicitur li-
tis pendentia per tradita à *Guid. Pap. deciſ.
8 337.* etiam ſententia contra poſſeſſorem à
Iudice appellationis ſuum ſortitur effectũ;
vt exequatur, ita in *d. c. Conuentus*; Ibi *Et
ſi per multas manus poſſeſſio ambulauerit,
executio fiat cõtra poſſeſſorem, apud quem di-
cta res, vel poſſeſſio inueniatur manere*, &
9 adnotauit *de Affl. ead. Conſtit. Eorum frau-
dibus, nu. 11.* latiſſimè *Giurba d. deciſ. 62. n.
10. cum alijs præcedentibus, & Petra ad Ca-
pyc. deciſ. 128. nu. 4.* dummodò emptor non
ſit perſona Eccleſiaſtica, ſecundum *deciſ. de
Franch. 545.*

Nec

Digitized by Google

Nec obſtat ſi dicatur; quod dum actor,
D & reus ſunt correlatiua, vt de ſimili cõclu-
dit *Mantica de tacit. conu. lib. 4. tit. 3. num. 6. vol. 1.* non debent ad imparia iudicari, &
10 clarius *Menoch. de arbitr. iudic. q. 11. nu. 15.*
& per conſequens ſi incidit in pęnam reus
conuentus; debet ſub eadẽ pœna actor li-
te pendente contineri rem obtentam ad-
huc litigioſam alienando.

Etenim eſt reſponſio; legis diſpoſitionẽ
21 ſimpliciter loquentem in vno caſu, ad al-
terum præſumptum minimè extendi, per
tex. in l. 3. §. hac verba, vbi Bar. ff. de negot.
geſtis, & l. 1. §. hoc interdictum de Ciſterna,
ff. de fonte; vnde cum iurium diſpoſitio in
hac materia tantũ prohibeat cõuento: ad
agẽtẽ vllo iure poteſt fieri illatio, vt in ter-
minis *Camp. in præludio Capitulorũ, n. 39.*

Quoad ſecundum clarum eſt; quod nec
actor vendendo, nec emptor emendo, ad
præſens ſunt pœna *d. l. cenſemus, & Conſti-*
tutionis Eorum fraudibus plectendi.

22 In quantum ad actorem iam dictum eſt,
quod non comprehenditur ſub diſpoſitio-
ne de reo; & tanto magis, quod cum talis
prouiſio ſit pœnalis; debet ſtrictè interpe-
trari, per *regulam odia 15. vbi gl. de reg. iur.*
in 6.

Deinde, quia alienatio non eſt facta ſe-
cundum mentem *dictæ Cõſtitutionis Eorum*
fraudibus, & eius rationem, ceſſat ceſſante
ratione effectus; quia donec alienatio non
eſt facta in potentiorem viribus, ęre, & pri-
uilegijs, pœna ſtatuta non habet locum;
dato etiam creditor comprehẽderetur ſub
Conſtitut. prædicta, patet veritas ex ver-
bis *Conſtitut. præfatæ*. Ibi. *Quomodolibet*
potentiorem transtulerit, & ibi gloſſatores, &
de Affl. habetur apud *Camp. eod. cap.* Con-
uentus: dixit *Pract. Papienſ. de forma libelli*
in actione reali, num. 62. f. 35. & perbellè de-
23 clarat relictis alijs ad oſtentationem eui-
tandam *Mantica de tac. & ambigu. conu. lib.*
22. tit. 21. nu. 39. vol. 2. quapropter conclu-
dendum eſt; quod in caſu noſtro nõ poteſt
talem actorem, qui vendidit in non priui-
legiatum, & imbecilliorẽ in omnibus pœ-
na tertiæ partis rei venditæ aliquo ratio-
nabili modo ligare; ad quod adde *Rãcbin.*
ad decis. Guid. Papa 337.

Circa emptorem, nec minus poteſt pœ-
na *d. l. cenſemus*, & allegatæ *Conſtitut.* pu-
niri: dum nõ ſcienter, ſed ignoranter emit,
quæ ignorantia admittitur, & excuſatur
tam per *Imp. Iuſtinianum in d. §. ſin autem*
ignorantia, quam per *Imp. Feder. in dicta*
24 *Conſtitut. Eorum fraudibus*. Ibi, *ſi autem*
ſciens emptor probari non poſſit, cum præſu-
matur ignorans: propter bonam fidem ſuam,
pretium recuperare volumus, quod exoluit,
at quia modò; non tantum eſt ignorantia
præſumpta, ſed probata, ex ſimplicitate
perſonæ emptricis, quæ eſt idiota, ex mi-
noritate potentię, & ex commoditate do-
muum emptarum, dum erat congruus, ha-
bens tantum animum ad bonum eius, &
non ad defatigationem partis aduerſæ, op-
timam in hoc fidem tenendo; quapropter
debet concludi, quod ſtantibus iſtis ratio-
nibus ſi res empta euincatur, in ſecunda
inſtantia reus ſuam appellationem proſe-
quendo, non impeditur quin pretiũ à ven-
ditore non recuperet, & hæc de veritate
ſentio, ſalua tamen aliorum ſententia, ma-
gis forſan firma.

15 De reliquis verò hanc materiam cõcer-
nentibus remitto lectores ad *Galluppum*
alias citato *cap. 3. à nu. 28. vſq; ad 35.*

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo nõnullarum Prouinciarum cir-*
ca apocham publicam indicatur.
2 *Verificatio apodixarum debet fieri citata*
parte, qua ſi non compareat, poteſt pro-
cedi in contumaciam ad verificationem
prædictam.
3 *Reus aduerſus apocham cum fide non audi-*
tur, niſi in vinculis, vel facto depoſito ex
quotidiana obſeruantia.
4 *Verificatio apodixæ quomodò fieri debeat*
remiſſiuè.
5 *Fides debet ab omnibus obſeruari: & in*
hac obſeruantia manent Principes in Hi-
ſpania.
6 *Fides idem eſt ac iuramentum: & ſic puni-*
tur qui frangit fidem, ſicut qui aduerſus
iuramentum venit.
7 *Apocha de iure communi ſine fide, ſed tan-*
tum notata trino teſte ſtatimatq; quod ve-
rificata eſt, habet executionem.
8 *Cancellatio inſtrumenti inducit ſolutionem*
ſecundum vnam opinionem.
9 *Cancellatio facta à non habente poteſtatem*
cancellandi eſt nulla, & per conſequẽs nul-
lum producit effectum.
10 *Cancellatio non inducit liberationem debi-*
toris, ſi non probetur, quod ſit facta ex cau-
ſa ſolutionis.
11 *Cancellatio vt inducat probationem ſolutio-*
nis, ad modum crucis debet fieri.
Cancellatio inſtrumenti qualitèr peragẽda.
Sollemnitates quæ interueniunt in cõtracti-
bus, debent etiã in diſtractibus interuenire.
12 *Linea appoſita in ſcriptura, nõ impedit, quin*
debitum non appareat ineſſe.
13 *Linea appoſita in ſcriptura non inducit ſo-*
lutionem.
Cancellatio non inducit ſolutionem debiti
ſecundum veram opinionem.

Cautela, vt debitores petant ſcripturam declaratoriam à creditore, qui eſt de tali debito, ſiue credito ſatisfactus, cùm cancellatio non ſufficiat, proponitur.

14 *Cancellatio quando inducit liberationem debitoris.*

15 *Cancellatio præſumit ſolutionẽ, ſed eſt adeo leuis præſumptio, quod nec minus patitur, vt deferatur debitori iuramentum ſuppletorium.*

16 *Cancellatio actorum quando pro vera ſententia habeatur.*

17 *Cancellatio reddit ſcripturam ſuſpectam.*

Apocha cancellata non retinet viam executiuam, & num. 22.

18 *Apocha cancellata retinet viam executiuam, cum optima declaratione.*

19 *Executio poteſt fieri aduerſus correum, licèt ex ſolutione vnius ſecundum ratam cancellata condemnatio reperiatur, dum non eſt integrè ſatisfactum creditum.*

20 *Bannitum cancellatum à banno offendens quando puniatur.*

21 DD. *opiniones concordari debent, vt varietates tollantur.*

22 Marius Giurba, *qui indiſtinctè loquitur, quod cancellatio viam executiuam abſtulit, qualitèr eſt intelligendus.*

23 *Cancellatio ſyngrapha probat debitum præceſſiſſe.*

24 *Probandi onus cui incumbat, quod ex cancellatione, eſt, vel non eſt debitum ſolutum, actori, vel reo?*

25 *Præſumptionis natura eſt, vt admittat probationem in contrarium.*

Notorium probationis vincit notorium præſumptionis.

26 *Iudex quomodo procedere habeat, quando præſentatur inſtrumentum cancellatum.*

Præſumptio ſolutionis, quæ ex cancellatione oritur, non ſufficit pro liberatione debitoris.

27 *Conſuetudo, et ſtylus ab omnibus debet ſeruari, et ſignãtèr à Capitaneis.*

Iudex delegatus etiam ſtylum ſeruare tenetur.

Conſuetudo, & ſtylus pro lege habentur.

28 *Sententia contra caſum legis eſt nulla; ſic etiam contra ſtylum.*

ARGVMENTVM.

Apoca cancellata, an inducat debiti ſolutionem? & ſi non inducit, an perdat ſaltim viam executiuam, cum noua praxi in hoc ad Iudicis inſtructionem.

DE APOCHIS CONCLVS. IV.

1 NOnnullis in huius Regni locis, & ſignantèr Prouinciarum Baſilicatæ, & Principatus Citra viget inueterata conſuetudo, ſiuè ſtylus in Curijs Terrarum, vt partes contrahentes in materia commodati, & aliorum contractuum, conficiant ad crediti ſecuritatẽ, antapocham trino teſte ſubſcriptam, & tempore confectionis ſcripturæ ad inuicẽ fidem interponunt, per hæc verba; *Et à cautela ſe ne danno la fede, conforme l'vſo di queſta Terra.*

Quæ ſyngrapha elapſo ſolutionis tempore in illa adiecto, ſtatim, quod præſentatur in Curijs, in quibus obſeruãtia præfata ſeruatur, facta verificatione, & citatione ad partem debitricem, vt interueniat in verificatione prædicta, quæ ſi comparere recuſauerit, in contumaciam eius ad 2 verificandum procedi poteſt, vt fuit deciſum apud Dominum de *Franch. deciſ.* 502. vbi *Addentes,* expediuntur litteræ executoriales realitèr, & perſonalitèr, quibus expeditis, reus minimè deindè auditur, niſi in vinculis, vel facto depoſito in ſecunda inſtantia, & ſic etiã in prima, poſtquã fuit verificata ſcriptura, quæ ſucceſſit in locũ liquidationis, quæ fieri ſolet in inſtrumentis iuratis, ſecundùm *Regni Conſtitutionẽ Inſtrumentorum robur*, & in hac viridi obſeruantia Domini Iudices M.C.V. prouiſionale reſcriptum expediunt, vt non audiatur aduerſus antapocham verificatam 3 conuentus, niſi in vinculis, vel facto depoſito, executione minimè retardata, vt obſeruaui me patrocinãte in cauſa inter Lucretiam Pauone creditricem, & Honofrium Hertico debitorem, qui cum appellaſſet, per prouiſiones M. C. appellatione non obſtante fuit executum aduerſus eum, & non poſſe audiri præceperunt ipſæ litteræ, niſi facto depoſito, vel in vinculis; ſed qualitèr debeat verificatio in iſta materia fieri, & quomodo debeant teſtes ſubſcripti in 4 chyrographo deponere; vide *Dominum de Afflict. dec.* 85. *& dec.* 104.

Horum quidem vſus locorum mihi videtur valde bonus; quoniam dilationes euitantur, & partes tutiores ſunt in contrahendo; vltra quod fidei obſeruantia laudabilis res eſt, & præcipuè inter magnos Principes, & apud Hyſpanos ſic pro5 mittitur, quando obſeruãdi animũ habent, pollicem digitũ extẽdendo, *à fè de Ydalgo;* ac *Poeta* ſic fatur.

La

La fede vnqua non deue eſſer corrotta,
O data à vn ſolo, ò data inſieme à mille,
E coſi in ſelua, come in vna grotta,
Lontan da le Cittadi, e da le ville
Come dinanzi à tribunali in ſlotta,
Di teſtimon, de ſcritti, ò di poſtille,
Senza giurar, ò ſegno altro più eſpreſſo,
Baſta vna volta, che s'habbia promeſſo,

& ſecundū iſtos verſus ſcripſit *Bal. in l. pa-*
ctum, quod bona fide 17. C. de pact.

Procedit ſtylus iſte cū magna ratione; dū
ſi inſtrumentum guatentigiatū habet vim
omnibus non ignotam, ex iuramenti in-
terpoſitione, non māchā debet habere vir-
tutem ſyngrapha cum fide, vt verificata
viam executiuam paratam retineat, ete-
nim fides iuramento æquiparatur, & idem
eſt ac iuramentum, *c. 3. §. 1. de ijs, quæ vi, me-*
6 *tuſuè cauſa fiūt*, & ita fuiſſe deciſū in *S. R. C.*
D teſtatur *de Affl. deciſ.* 389. vbi latiſſimè
Vrſillus exornat, & ſententiæ veritatem
comprobat ex rei ſimilitudine; dum am-
pliādo cōcludit; ſic periurij pœna eſſe ple-
ctendum periurum, ſicut fidei inobſerua-
torem; vltra quod omnis apocha trino te-
ſte firmata de iure cōmuni, & ſi fides non
interueniat, ſtatim quòd verificata eſt, exe-
7 cutionem promptā aduerſus debitorem
retinet, ita ex *Boer. dec. 295. nu. 15. ex Vrſill.*
ad Affl. deciſ. 85. nu. 4. ſequitur *Capibl. de*
Baron. ſuper prag. 16. nu. 86. vol. 1.

In terminis quæſtionis euenit, quod
duo creditores aduerſus vnum debitorem
vnà ſimul inſolidum retinebant antapo-
cham ducatorum cētum; debitor ipſe me-
dietatem ſummæ, ſcilicèt quinquaginta
dedit vni cōcreditori: qui penès ſe retine-
bat chyrographum, & ſtatim recepta dicta
pecuniarum quantitate, incautè traxit
ſuper ſcripturam de directo lineam vnam,
qua vix tracta recordatus, dixit erraui; de-
bitor non integrè ſatisfecit.

Creditor, cui reliqua quantitas non fuit
ſoluta; habito chyrographo à cōcreditore,
ipſam ſcripturam incuſauit pro ſūma du-
catorum quinquaginta aduerſus obligatū;
qui ſtatim oppoſuit exceptionem perem-
ptoriam ſatisfactionis, ex cancellatione fa-
cta in antapocha; nō obſtāte declaratione
facta à cōcreditore, quod errore tractum
pennæ appoſuit, cum integra non ſit facta
ſolutio, ſed tantùm ducatorum quinqua-
ginta. Si vera ſunt ſuperiùs enunciata iura
non poterat debitor audiri, niſi facto de-
poſito, vel in vinculis: at quia adhuc ſcrip-
tura non erat verificata, ceſſat hoc; ſed Iu-
dex non poterat de facto viam executiuā
auferre per cancellationē, cum iſto decre-
to, *Suſpenſa via executiua, ordinariè agatur.*
dum debitor, aut erat liberandus, ſi cancel-
latio inducit veram ſolutionem; aut ſi non
inducit, ſcripturæ vis non poterat declina-
ri; vnde cum eſſet appellatum à tali iniu-
ſto decreto ad Iudicem ad quem. Diſcep-
tātur tres ad præſens articuli, pro veritatis
dilucidatione.

Primus eſt, an cancellatio ſcripturæ in-
ducat ſatisfactionem?

Secundus, an cancellatio auferat chyro-
grapho viam executiuam?

Tertius; an tale decretum poſſit nullum
declarari; dum abſtulit viam executiuam
ſcripturæ, & per conſequens dicatur con-
tra Curiæ loci ſtylum?

Quòad primum ex cancellatione ſcrip-
turæ induci ſolutionem, voluerunt iura
in l. Barbarius 3. vbi *Bald. col. 10. verſ. item*
ſcias, ff. de officio Prætoris, & in l. qui tabulas
27. vbi gl. & Bar. ff. de furtis, hac argumen-
8 tatiua ratione, ſicut priuatio præſupponit
habitū, ſic cancellatio præſupponit ſolu-
tionem, dum antapocha priuata videtur
eius forma primæua, *Surd. conſ. 16. num. 3.*
& 4.

Attamen veritas eſt in contrariū non
obſtantibus allegatis, & firmatur ex pluri-
bus ad caſum noſtrum.

Primò, non officit talis cancellatio, cum
ſit facta à perſona non legitima, quę can-
cellandi non habebat poteſtatē quòad par-
tem cōcreditoris, & p cōſequēs nulla, nul-
lumque producit effectum aduerſus reale
debitum, ita *Menoch. de arb. iud q. 90. n. 24.*
9 vbi plura congerit; & dato poſſit dici, quod
habebat poteſtatē ex *clauſula inſolidū* ap-
poſita in obligatione; quia pcedit in præ-
iudicium tertij, ſcilicèt concreditoris, cui
ſua quinquaginta minimè ſoluta fuerunt,
cancellatio non poteſt dici valida, ex do-
ctrina *Ioſephi Maſc. de probat. concluſ.* 256.
in fine, vol. 1.

Secundò, cancellatio vnquam abſolutio-
nē ab obligatione inducit, niſi probetur,
10 eſſe factam ex cauſa ſolutionis, quæ eſt
eſſentialis probanda, *l. cancellauerat 2. vbi*
Bar. & gl. de his, quæ in teſtamento delentur.
Viu. in deciſ. 45. nu. 2. Io: Petr. Surd. conſ. 16.
nu. 12. & Galt. de inſtr. liquid. parte 2. 1. partis
rub. vel reaſſumptum, n. 44. fol. mihi in nouis
34. ſed ſic eſt, quod à debitore non proba-
tur cācellatio ex cauſa ſatisfactionis, & pa-
tet pro creditore, quod illa linea in ſcrip-
tura fuit errore appoſita, ad hoc debet
reſtringi, & iudicari, cum pro altera cauſa
pro non facta habeatur, idem *Surd.* ita *vbi*
ſup. n. 15. fol. 63. perbellè, & *Maſc. d. concluſ.*
256. nu. 4.

Tertiò, cancellatio eſt inualida, non
dum ex cauſa non poteſtatis, & erroris, vt
dictum fuit, at etiam ex cauſa formæ, dum

can-

cancellatio, vt valida ſit loquendo de his
ſcripturis dum in inſtrumẽtis publicis re-
quiritur ſollemnitas maior, ſcilicet, vt fiat
11 per Notariũ in imargine prothocolli, cũ
Iudice, & teſtibus eodẽ numero, dũ vnum-
quodque ſoluitur eodem modo, quo liga-
tum eſt, & quæ circumſtantiæ in contracti-
bus interuenerunt, in diſtractibus ſimiliter
interuenire debeant, ad hoc vt validus ſit
actus; ſic *Viuius ead. deciſ. 45. nu. 3.)* debet
fieri ad modum crucis per *Bartol. in d. l.
cancellauerat, n. 3. Surd. in princ. d. conſil. 16.
Maſc. vbi ſupra num. 2.* vbi alios cumulat,
itaque cum vix vna tantum linea de dire-
cto, & in principio paginæ appareat, verã
cancellationem nõ declarat, vt ex ea poſ-
ſet ſolutio præſumi; quapropter antapo-
cha in caſu noſtro, licèt cum linea reperia-
tur, probat quantitatem in ea contentam,
vt prius, ſine linea; quod quidẽ eſt memo-
riæ tenendum, vt dixit *Hipp. de Marſ. conſ.
38. num. 9. vol. 1. & vol. 2. conſ. 120. nu. 12.*
Antea voluit *Abb. conſ. 7. vol. 3. col. 3. verſ.
12 ex hoc capite, Cepolla conſ. 34. num. 8. vol. 1.
& vol. 2. conſ. 131. num. 29. Idem Marſ. ſua
pract. crim. §. aggredior, nu. 8.* hac ratione;
quia indebitè cancellata apodixa pro nõ
cancellata reputatur, vt relatus *Cepolla* ſic
docet citato *conſ. 131. nu. 30.*

Citra adducta magis exactè probatur
ex ſequentibus, per præſumptam cancella-
tionis lineam, vllo modo poſſe ſolutionẽ
induci, ità habetur in *leg. teſtium 17. C. de
teſt. l. noſtram prouiſionem 30. C. de teſtam. l.
1. C. de fide Inſtrum. §. licet,* vbi *Bar. col. 4.
auth. de teſtibus, Auth. ad hoc, §. illa etiam, vbi
Salyc. C. de latin. lib. toll.* vndè hic traditur
cautela, quod dum non ſufficit cancella-
13 tio, quamuis vera ſit; vt debitor tempore
ſolutionis fieri ſibi procuret cõtrariã ſcri-
pturam de recepto, comprobant conclu-
ſionem iſtam *tex.* etiam in *leg. pecuniæ ſolu-
ta 14. cum l. ſeq. C. de ſolut. leg. poſt pignus 3.*
& hic notabilis *gl.* conſulens ſimiliter de-
bitoribus; vt petant ſcripturam à credito-
ribus de ſolutione obligationis, *ff. de pactis*
quoniam multoties reſtituitur apodixa
crediti, vel cancellatur, aut laceratur, quæ
ſecundùm tradita per *Viu. ead. deciſ. 45.
num. 6.* præſumit liberationem à debitoꝗ &
non eſt ſufficiens ad probandam ſatisfa-
ctionem, ſed altiorem requirit indaginem;
vt eſt *tex. litteralis in leg. ſi chyrographum
24. ff. de probat.* vnde tu ſcias conſulere cli-
enti; vt non ſtet cancellationi, ſed pro
eius ſecuritate petat ſcripturam, quæ can-
tet ſolutionem, & declaret caſſam, & nul-
lam illam, quæ creditum continebat; cum
ſatis probatum ſit in præſenti articulo hu-
jus rubricæ, non induci ſatisfactionem ex
tractu, ſiuè virgula in ſcriptura reperta ſi-
nę contradictore.

Solutio iuribus (vt deciſus remaneat ar-
ticulus) adductis in cõtrariũ hæc eſt, vt tũc
ſatisfactio ex cancellatione inducatur,
quando eſt vera, & legitimè facta ob cau-
ſam ſolutionis, cum declarationibus ad
14 hoc opportunis: vt ſupra firmatũ eſt, & pro-
bat *Viu. ead. deciſ. 45. num. 2.* nam alias non
poteſt dici verè, & abſolutè debitor libe-
ratus; ſed præſumptiuè, vt in *d. leg. ſi chiro-
graphum.* Ibi *licet præſumptione; debitor li-
beratus videatur,* & declarat *Maſc. de Pro-
bat. vol. 3. concluſ. 1221. num. 3.* & hæc præ-
ſumptio quamuis iuris ſit; tamen non eſt
etiam de iure, vt adeſſet aliqua diſpoſitio,
ne debitor ſtante cancellatione vexetur,
immo moleſtari præcipit *d. l. ſi chirogra-
phum;* proinde admittit probationem in
cõtrariũ ſunt hæc verba præcitati tex. *In
eam tamen quantitatem, quam manifeſtis
probationibus creditor adhuc ſibi deberi pro-
bauerit, debitor legitimè conuenitur,* & ait
Surdus eod. conſ. 16. num. 21. quod iſta præ-
ſumptio ſolutionis per cancellationem
adeo eſt leuis; vt nec minus poſſit ad ſup-
plementum probationum ſatisfactionis
15 iuramentum debitori deferri ad affirmã-
dum ſoluiſſe creditori; & quod propterea
ſyngrapha reperitur cãcellata; & ſic pro-
inde eſt laudabilis *gl.* cautela, vt ad hoc
euitãdũ fiat à creditore abſolutoria decla-
ratio, quam nos ad noſtrum ſenſum nun-
cupamus lacerationẽ, ſiuè cõtra apochã.
16 Et de ſimili dixit *de Marſ. in l. qui ſine
accuſatoribus, num. 24. ff. de quæſtionibus, &
conſ. 120. nu. 11.* vt tunc actorum cancella-
tio pro vera ſententia habeatur, quando
Iudex cancellationis cauſã expreſſit, & nõ
quando ſimpliciter facta reperitur, vnde
his reiectis, firmior remanet concluſio fir-
mata ſuperius, per cancellationem vllam
ſolutionem induci.

Quoad ſecundum, quia per cancella-
tionem inſtrumentum, ſiuè ſcriptura red-
ditur ſuſpecta, ſecundùm *Cepoll. conſ. 38.
17 vol. 1. num. 5.* immò & vitiata, non retinens
in ſe formam primęuã rectitudinis, vllo
modo viam executiuam retinere poteſt,
licèt prius eam habuiſſet, ſic *Caſtr. in leg.
fin. C. de edicto D. A. toll. Surd. eod. conſ.
16. nu. 2. Giurb. in deciſ. Sicil. 79. n. 24. & 25.
Marant. 6. parte ſui ſpeculi, Rubr. & produ-
cantur ſcriptura, num. 11. & Galli de liquid.
loco* alias citato *n. 60.*

Verum quia ſupra dictum eſt, cancella-
tionem regulari ſecundùm cauſam, per
quam fuerit facta, iſta ad præſens probata
18 ex ore cõcreditoris, nempè chirographum
eſſe errore cancellatum non impeditur,

24 *l.ſi chirographũ*, per quã diſponitur, pro-
bationem creditori ſpectare. Ibi, *tu can ta-
men quantitatem, quam creditor legitimis
probationibus adhuc ſibi deberi probauerit,
&c.* Bene uerum eſt, quod non ſic de pla-
no procedit *tex.* diſpoſitio, vt dicatur cau-
ſa finita in fauorem debitoris; ſed habet
caudã; dum ſolutio per cancellationẽ nõ
dicitur vera, ſed præſumpta ex his verbis
*d.leg. ſi chirographum, licet præſumptione
debitor liberatus videatur*, & dixi ſupra per
Surd. eod. conſ.16.nu.21. vnde debitori de-
bet incumbere, ſatisfactionem probare.

Ego quidem hac ſum in ſententia; vt
actor faciat conſtare, cancellationem non
eſſe factam ex cauſa ſolutionis; ſed ex er-
rore, vt in caſu noſtro, vel alia cauſa; dum
habet, vt dixi, pro ſe probationem debiti,
ex ſcriptura etiam cancellata; & cum tali
probatione, rei præſumptionem ſuperat
de ſatisfactione; dum præſumptionis na-
25 tura eſt, vt probationem in contrarium
patiatur, qua probatione facta: reijcit ſo-
lutionẽ prẽſumptam; notorium enim pro-
bationis, præſumptionis nototium vige-
re tradidit *Surd. vbi ſupra, nu.23.*

Ideo bonus Iudex priuſquam ad vlte-
riora procedat, ſtatim præſentato cancel-
laro inſtrumento; ſi opponatur per partem
ſolutio ex cancellatione; concedat breuẽ
26 terminum, nempè dierum quatuor vtriq;
parti ad eorum probandam intentionem;
nam actor debet probare, ſibi non eſſe
ſatisſactum per cancellationem; quia ex
errore in inſtrumento reperitur forſan,
vel alia cauſa, vt dixi; & debitor probare
veram ſolutionem, & quod ideo fuit in-
ſtrumentum cancellatum; vt qui pinguius
probet, obtineat, ſi debitor liberatur, dum
præſumptio, quæ oritur ex cancellatione
pro liberatione non ſufficit, vt latè dixit
Surd. alias cit. *conſ.16.nu.22.* Si actor, vt au-
diatur in iuribus ſuis cum via executiua
aduerſus conuenctum, quod eſt memoriæ
tenendum, cum ſæpè contingere poſſit.

Quantum ad tertium Articulum: ſi con-
ſuetudinem, & ſtylum omnes ſeruare te-
nentur, vt ait *Mar.3.par.ſui ſpeculi nu.111.*
27 *fol.36. & Carau. ſuper ritu 79.num.9.* à for-
tiori ad hoc Officialis tenetur, dũ ſic iu-
rat ingreſſus tempore; immò etiam dele-
gatus ad cauſas particulares ad obſeruan-
tiam ſtylus curiæ, cui degit cauſæ delega-
tiò eſt obligatus, ita *Gulielm. de Ludo ſing.
37. fol. mihi* 348. inter ſingularia aliorum
DD. vnde ſi Gubernatores ſtylum non
ſeruant cõtra iuramentum ab eis præſti-
tum, periuri dicuntur, & dum ſtylus, &
conſuetudo pro lege habentur, *Guid. Papa
deciſ.198.num.2. & 292. in fine, de Affl. de-
ciſ. 79. ad vltimum*; poſſumus dicere ex
his ad nullitatem decreti (quod ſuſpenſa
via executiua ordinariè agitur) quod ſi
28 ſẽtentia contra legis caſum eſt nulla, per
*tex. in leg. certa ratione 5. Cod. quando prou.
nõ eſt neceſ.* ex eo quia ſecundum iura de-
bet proferri, *cap.1. de ſent. & re iudic.* quod
firmat *Borr. ſumma deciſ. de ſent. & decret.
interloc. num.* 6. eſt etiam nulla contra ſty-
lum, qui habetur pro lege; & in proprijs
terminis nullum eſſe decretum contra
ſtylum prolatum, affirmarunt *Guid. Papa
ead. deciſ. 292. num. 2. Giurba deciſ.68. nu.4.
Carau. ſuper ritu 1. num. 26. & Vantius de
Nullit. num.86. fol. mihi* 238. vnde cum ap-
pellaſſet creditor ad Iudicem ad quem de
decreto, quod abſtulit viã executiuã ratio-
ne cancellationis; fuit illud nullũ declara-
tum, & facta probatione, quod errore erat
linea in apodixa appoſita, fuit debitor
condemnatus ad reliquam ducarorum
quantitatem quinquaginta, & executum
aduerſus eum per prouiſiones M. C. ap-
pellatione non obſtante interpoſita per
reum condemnatum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ligat manus Iudicis, ne ſuam exequatur ſententiam; ſed de qua ſententia intelligatur, & intra quod tempus appelletur?*

Praxis quando appellatur ab interlocutorijs.

2 *Apoſtoli infra quod tempus poſt appellationem ſunt præſentandi?*

Appellatio infra ſpatium quanti temporis ſit proſequenda, ne dicatur deſerta?

3 *Non dicitur veniſſe qui non ſtetit.*

4 *Sententia quando tranſeat in rem iudicatam?*

5 *Nullitates intra quod tempus proponantur, & quando dicantur oppoſita per viã actionis, & quando per viam exceptionis.*

Reus in ſuis exceptionibus etiam actor dicitur.

6 *Nullitates principalitèr oppoſita per viam actionis impediunt executionem ſententia.*

Nullitates ſimul propoſitæ cum appellatione quomodo dicantur adductæ; principalitèr, vel incidentèr.

7 *Sententia quando fecit tranſitum in rem iudicatam, non eſt neceſſaria actorum productio; cum proceſſus præſumatur rectè factus, tam circa ordinem iudicij; quam quoad caput iuſtitiæ.*

8 *Clericus non poteſt recognoſci à laico Iudice.*

Habitus non facit Monachum.

9 *Degradatio poteſt fieri propter delicta.*

Clericus vt gaudeat Eccleſiaſticis beneficijs quid debeat probare?

Clericatus probatio per ſolam Bullæ præſentationem non poteſt fieri.

10 *Clericus tribitur ad iudicium ſeculare per duos alios laicos cum eo ſimul loquentes.*

11 *Sententia lata contra plures, ſi aduerſus omnes non poteſt exequi, ſi erit diuiſibilis, exequitur aduerſus quos poteſt.*

12 *Iudex ex ſuo officio ante omnia debet prouidere ſuper deſertione cauſæ.*

Sententia tranſacta in rem iudicatam, eſt exequenda ſine reuiſione ex iiſdem actis.

13 *Sententiam reuidere ex iiſdem actis S. C. tantùm poteſt; ſed an hodie talem habeat prærogatiuam?*

14 *Scripturæ priuatæ ſi producantur poſt ſententiam latam, eam non retractant.*

15 *Sententia lata per Idiotam ſine conſilio doctoris, non tenet.*

Sententia lata à Iudice poſt eius reuocationem non valet.

ARGVMENTVM.

Appellatio non proſecuta intra legitima tempora dicitur deſerta, & proinde exequi debet ob tranſitum in rem iudicatam.

DE APPELLATIONIBVS. CONCLVS. V.

INter cætera, quæ per leges litigantibus conceduntur beneficia, principale eſt illud appellationis; dum condemnatus; vel quia Iudex malè ſentijt aduerſus eum, vel quia ad ſua porrigendum iura fuit negligens; habet reſpiraculum vitæ ad confugiendum ad Superiores, integra cauſa per appellationem remanente, condemnatione non obſtante; dummodo infra dies decem appellatio interponatur, & hoc ſiue agatur de ſententia definitiua,
1 ſiue interlocutoria; iſta tametſi inter vnã, & alterã differentia conſtituta; nam ſufficit, quando à definitiuis appellatur; ſi per condemnatum dicatur appello, vt Iudici ligentur manus, ad hoc, ne ſuam ſententiam ad vlteriora protrahere valeat; ſed quando appellatio interponitur ab interlocutorijs, eſt neceſſe, vt præſententur prouiſiones inhibitoriales in forma vltra appellationem interpoſitam; nam aliàs ſemper Iudex ad vlteriora procedere poterit; Theorica eſt *Innocētij IV. ad conc. Lugdun. in cap. non ſolum 7. §. illa vero, de Appell. in 6.* & Practica *Roberti Mar. 6. parte ſui speculi, ver. & quandoque appellatur, num. 172.* confirmata per *Reg. Rou. in Rubr. de Appellat. num. 12.* cui omnes aſcribuntur ſcribentes ſimiliter; & cum mihi nonnulla in contingentia facti ſub hac materia perquirenda occurrant, proficui non minus, quam practicabiles cenſeri debent ſubſcripti labores.

Verum eſt, maximum dici appellationis beneficium, ſed oportet, vt quis eo legitimè vtatur; nam alias nil vtilitatis producere poterit; & ideo non ſolum condemnatus debet infra dierum decem ſpatium appellare, verum etiam, & appellationis copiam infra alios quinquaginta
2 præſentare, vt in *prag. 1. vbi Rou. de Appellat.* nec minus hoc ſufficit, quoniã opus eſt poſt illius præſentationem proſequi appellationis cauſam, intra annum, vel cum cauſa biennium, ſecundùm *tex. in Auth. ei, qui, C. de Tempor. & reparationibus appellat.* cui poteſt etiã addi *tex. in l. properandũ 13. C. de iudicijs*, & concordat *cap. cum ſit romana 5.* de *Appellat. & Conſtit. Regni Appellationum tempora, vbi gloſ. ver. non inſtanter inſtet etiam, Rubr. de Appellat.* vel attenta diſpoſitione canonica, ſi impotentia concurrat in appellante, ſecundùm declarationem *gloſ. in cap. ex ratione infra cit. littera G.* ad plus intra triennium ipſe appellans litem finire debet, *cap. ei, qui appellat 41. in ordine 2. qu. 6. cap. ex ratione 8. & vtrobique gl. de Appellat.* tamen tanti temporis ſpatium non admittitur, ſed ſolũ ſeruatur per omnes Practicos, quod ſi intra biennium iam dictum non inſteterit appellans pro cauſæ terminatione, vt ait *Dominus de Affl. in d. Conſtitutione Appellationum tempora, num. 25.* & habetur apud *Gram. deciſ. 13. ſup. nu. 2. & ſeq.* amplius non auditur; ſed appellatio dicitur deſerta; quapropter prima ſententia exequenda venit, quaſi vnquam appellans ad Iudicem ſuperiorem recurſum habuiſſet;
3 dum non dicitur veniſſe qui non ſtetit, *gl. in fine præcitatæ Conſtitutionis Appellationum tempora, verſ. appellauerit*, prout in terminis docuit *Rou. ſuper prag. 1. ead. Rubr. de appellat. num. 1. & ſeq.* & ante eum *Mara. d. verſ. quandoque appellatur, nu. 410.* & nouiſſimè *Gallup. in ſua pract. S. R. C. part. 3. cap. 4. Rub. de Remed. appell. n. 49. & 50.* à quorum quidem dictis nemo diſcedere videtur, nam optima ratione talis opinio ſolidatur; & eſt, quia ſententia, à
4 qua fuit appellatum, per non factam proſecutionem dicitur tranſire in rem iudicatam, *cap. licet 14. de ſentent. excommun. in 6.* & clarius probatur *in Clem. ſi appella-*

tionum

tionum 6. vbi Cardin. Zabar. & gl. de Appellat. ac apertiſſimè voluit *Bal. in d. Auth. ei, qui, & Reuer. Ricc. Coll.* 645. immò ſecundum *Gram. deciſ.* nuper adducta 13. *nu.* 1. habetur per curſum fatalium æque ac ſi non eſſet appellatum; & quod plus, non poterit appellans aliqua legitima occaſione excuſari; quia cum diuerſas congerat *Theſ. deciſ.* 10. nulla prodeſſe videtur ſubſcriptis appellantibus, videlicet.

Cum quidam de Cupulo de terra Sancti Angeli à Fractis eſſent condemnati in prima inſtantia anno 1623. & in ſecunda anno 1627. appellando ad R. Audientiam Salerni, in qua apparet actorum præſentatio, licet non inueniatur proceſſus, non curarunt. vſque ad hunc diem vltimam Octobris 1642. appellationem eorum proſequi; vnde appellatus de Mancino comparuit, & petijt in eius fauorem latæ ſententiæ executionem, ex capite deſertionis.

Et cùm res eſſet expedita circa articulum principalem, ſtante quod cauſa ex traditis apparet deſertiſſima, Magnificus Aduocatus circa caput propoſitarum nullitatum cum appellatione dixit, adhuc litem viuere.

Quæ oppoſitio ſic fuit reſoluta; quod ſtante lapſu annorum 14. à die appellationis, adhuc circa nullitatum caput eſt minimè audiendus; dum per *prag.* 4. *num.* 21. *de dilat.* eſt reſtrictus terminus præfixus
5 annorum 30. ad nullitates proponendas ad decennium; & quamuis hoc intelligatur procedere per viam actionis; *vt in eod. nu. 21. prę allegata prag.* 4. non poterit obijci, quin id non procedat in caſu noſtro; nam probatur in terminis ex ſubtili theorica, & optima praxi *Ber. Muſcat. lib. 2. p. 2. gl. nullitatis, nu.* 34. aientis; quod tunc proceditur per viam actionis, quando reus condemnatus pręueniendo actorem coram Iudice ad quem cõparet per appellationis remedium, petens, ſtante appellatione interpoſita vna cum nullitatibus mãdari Iudici à quo, ne ad ulteriora procedat; & ſuſpendat executionem; ac innouata ad priſtinum reducantur; & ex his apparet ex reo factus actor; dum reus etiã actor nuncupatur in exceptionibus ſuis, ſicut actor in actionibus ex *l. 1. ff. de Exceptionibus.* Per viam verò exceptionis, tunc dicuntur diſcuti nullitates; quando poſt quàm victor obtinuit fauorabilem ſententiam comparet coram Superiore; & inſtat, mandari Iudici inferiori, vt ſuam exequatur ſententiam, contra conuentum latam; vt pluries ego vidi practicatum; & docet idem *Muſc. ibid. d. loc.* citato; & victus deinde vadit, & opponit, & excipit ſententiam impediri, tamquam nullitèr prolatam, vel illã moderari, vt apertè etiam colligitur ex *Domino de Affl. dec.* 283. *nu.* 2. & ſic cum præueniſſe videantur tales de Cupulo ad R. A. non ſemel, ſed pluries, poſt eorum condemnationem appellando, & nullitates proponendo, certũ eſt, quod per viam actionis dicuntur agere, vnde decurſo decennij prædicti tempore; non debent audiri, nec minus quòad caput nullitatum, prout ex pluribus exemplis firmatur per authoritatem *Vantij de Nullit. verſ. quot, & quibus modis, &c. num. 20. fol. mihi* 48. *at.*

Vnde tam ſi nullitates dicantur in præſenti cauſa oppoſitæ incidentèr ſimul cũ appellatione (licèt impediant executionẽ ſententiæ, durante tamen cauſa appellationis: nam ſi illa deſereat, caput nullitatum, quod ſupereſt non retardat iudicati executionem, ſecundùm *Vant. vbi ſupra num.* 35. *& Rou.* in alias adducta *prag.* 1. *de*
6 *Appell. num.* 20.) quam principalitèr per viam actionis, prout proceditur in præſentiarum ex ſuperius traditis; eſt concludendum, quod non impediunt ſentẽtiam, quin exequatur; ita notabilitèr in hoc *Muſc. in d. gl. nullitatis, nu.* 54. ad quem adde *Vant. de Null. vbi ſupra* pro ampliationibus, & limitatiónibus *num.* 31. quem volue *at. nu.* 9. quod ait, nullitates ſimul cum appellatione propoſitas principalitèr dici adductas; quod ſecus quidem eſſet, ſi per viam exceptionis fuiſſent allegatæ: nam tunc impediretur ſententiæ executio, ita *Vant. eod. ver. quot, & quibus modis, nu.* 32. vnde cum in caſu noſtro appareat iam nullitates fuiſſe propoſitas per viã actionis; tum quia ſimul cum appellatione fuerunt allegatæ, & tum etiam, quod iſti de Cupulo condemnati præueniendo actorẽ, & appellando petierunt mandari Iudici à quo, vt ſtante propoſitarum nullitatum diſcuſſione ſuperſederet in ſuam exequẽdo ſententiam; vnde iterum hi appellantes ex hoc capite non poſſunt audiri.

Nec minus poterunt iuſtitię præſentia cauſæ aliquo modo officere oppoſita per iſtos appellantes: quod dum ſcilicet acta non inueniuntur, ſententia, à qua fuit per eos appellatum, non eſt executioni demandanda: quoniam eis imputatur, quare non ſunt appellationem proſecuti: nam ipſis incumbebat, & per cõſequens quando eſſet præiudicialis proceſſus non præſentatio, appellato non debet nocere: quia cauſæ expeditionem perquirere ad eum non ſpectabat: vt cum ſimus in terminis, quod ſententia fecit per appellantium

7 tium motam, & incuriam (ſecundum ſen-
tentiam *Gram. voto* 31. *num.* 13) in rem iu-
dicatam tranſitum, & eius executio peti-
tur, non eſt neceſſaria actorum productio;
dum non ſolum ritè, & rectum iudicium
eſſe interpoſitum dicatur ſecũdum ordi-
nem iuſtitiæ per præſumptionem iuris, &
de iure per *ſingul. Ant. Corſ. in verbo ſentẽ-
tia* 12. *fol. mihi* 176. *col.* 1. *& in verbo ſen-
tentia* 7. *fol.* 170. *at.* ſed etiam ſecundum
ordinem proceſſus; & ſic eius rectitudo
præſumitur ſine aliqua præſentatione per
memorabilem doctrinam *Grammat. decis.*
24. *num.* 8. quæ auctoratur per *prag.* vulgo
dictam *delli* 28. *capi, nu.* 17. *ſub rubr. de di-
lat.* vnde cum præſumatur iuſta ſententia
lata, & rectè fabricatus proceſſus, dum ap-
pellatio fecit tranſitum in rem iudicatam;
reiecta præſenti oppoſitione, omninò de-
cretum aduerſus appellantes exequi de-
ber.

Sicut ſimiliter fuit reſoluta oppoſitio
Iudicis incompetentiæ; nam dixit pars;
quod tempore latæ ſententiæ vnus con-
uenctorum erat clericus, vnde non pote-
8 rat recognoſci, & condemnari à Iudice
ſeculari, per *tex. in cap. ſi diligenti* 12. *de fo-
ro competenti*; quapropter ſententia dici-
tur inualida; & ullo modo per conſequẽs
exequenda; quoniam habito pro vero,
quod habitus non facit Monachum, *c. fin.*
41. *diſt.* non poteſt quis clericus noncupa-
ri per ſolam veſtis delationem; nec cleri-
catus Bulla obſtat; quia prima tonſura nõ
eſt ordo; vt ego late probaui per ſententiã
D. Anton. 3. *part. ſuæ ſummæ, infra in Rubr.
de ſent. Excomm. num.* 4. & dato ordo dica-
tur, vt ibidem firmatum eſt, non dicitur
ità impreſſus, quin ei non poſſit renuncia-
ri; quandocũque ordinato placebit; vti ex-
perientia docet; quod vnus hodie poteſt eſ-
ſe clericus, & poſtridiè ſecularis; vt ſecus
diceretur; quãdo eſſet characteris impreſ-
ſio. vti in ſacerdotibus, & in alijs in ſacris
cõſtitutis: in quibus cadit ſententia; ſcili-
cet quod ſemel aſſumpſit, amplius non di-
mittet; dummodò propter delicta non
fiat iuſta degradatio, *cap. nouimus* 27. *de*
9 *verb. oblig.* vnde litteræ primæ tonſuræ
aliud non poſſunt probare, niſi habitus
aſſumptionem tempore ordinationis; ſed
non quod tempore litis erat clericus, eſt
etenim neceſſe, vt id probetur poſtea ſe-
cundum formam traditam in S. *C. Trid.
ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 6. ad hoc, vt dato cle-
ricus quis ſit ordinatus, priuilegijs valeat
Eccleſiaſticis gaudere, vt benè notarunt
D. de Affl. in Conſtitut. Apoſtatantes, nu. 10.
& ſeq & Ren. Rice. Coll. 729. quamuis cor-
ruptè legatur; quod Imprimentium vitio
tribuendum eſt; iuxta illud.

Se per fortuna à qualche errore inciampa
Danne la colpa al correttor di ſtampa.

itaque poſſumus affirmare, clericatum nõ
probari per coniecturas, vel per præſum-
ptiones; ſed requirit altiorem indaginem,
ad quod non fruſtra eſt videndus *Viu. in
decis.* 312. *per tot.* & propriè *num.* 18. vbi
Menoch. Carau. Clar. & alios cumulat ſcri-
bentes, dum tractatur de beneficijs pluri-
bus, quibus ipſe iuuatur, & ſignanter ſu-
per declinatoria fori, & oppoſitione Iudi-
cis incõpetentiæ: quapropter dixit *Gram.
decis.* 81. *num.* 2. 3. *&* 4. ullo modo poſſe
clericatum probari per ſolam Bullæ præ-
ſentationẽ; dato quod p S. P. in illa ſit etiã
beneficium conceſſum; itaq; iſtius clerica-
tus oppoſitio non probata aliquo modo
officere non poterit; & tanto magis; quod
ipſe conuenctus præſumptus clericus con-
ſenſum præſtitit, vti ſecularis laico Iudi-
ci, non ſolum in prima, at etiam in ſecun-
da inſtantia; dum decretum latum à Iudi-
ce primarum fuit confirmatum à Iudice
ſecundarum, & ab iſta confirmatione re-
peritur per ipſorum condemnatorum ap-
pellationẽ cauſa in hanc R. Audientiã in-
troducta; & per Iudicantes vti ſecularis
ſemper fuit condemnatus.

Attamen dato, ſed non conceſſo fuiſſe
clericum Marcum Antonium, vnum de
reis conuenctis; duo alij litis conſortes,
nempè Iulius, & Ioannes Baptiſta omnes
hæredes illius, qui ad debitum tenebatur
erant ſeculares; & ideo iure poterant con-
10 ueniri coram Iudice laico; nam ipſi duo
vincunt vnum quoad forum; & conſe-
quenter valida dicitur prolata ſententia,
ità in terminis examinato articulo ſingu-
lariter firmauit *Maran. ſingularibus ſuis
poſt praxim in ver. creditor habens, fol. mi-
hi* 16. *col.* 2.

Et tandem ad conuincendum cunctas
obiectiones circa hoc fuit dictum; quod
dum cauſa diuiſibilis erat, & quilibet di-
ctorum hæredum ſtante hæreditatis diui-
11 ſione inter eos facta, ſi ipſe non potuiſſet
recognoſci, decretum eſt firmum cenſen-
dum quoad ſeculares; & ſic tranſactum in
rem Iudicatam aduerſus eos exequẽdum,
per doctrinam eruditiſſimi *Couar. var. re-
ſolut vol.* 2. *lib. vnico, cap.* 34. *ſup. num.* 3. qui
Hippol. in ſingular. 180. confutauit, con-
trarium exiſtimantem; & corroborant ſo-
lida dicta *Gizzarelli in decis.* 12. *nu.* 5.

Fuerunt ſimiliter productæ per dictos
de Cupulo appellantes nonnullæ ſcriptu-
ræ priuatæ, nempe ſimplices reuelationes
ad fulminationem excommunicationis
factæ, quæ præſumebantur releuare ad iu-
ſtitiam

Digitized by Google

ſtitiani cauſæ, & ſic impedire executionem
dictæ ſententiæ tranſactæ in rem iudicatã,
ſed ſic fuit reſponſum ex pluribus.

Primo, quod dum reuelationes aderant
priuſquam eſſet prolata ſententia, à qua
per ipſos de Cupulo fuit appellatum,
debebant produci coram illo Iudice;
& per eas inſtare pro abſolutione ab
impetitis actoris; & nõ præſentari in Re-
gia Audientia, in qua proceditur tantum-
modo circa executionem iudicij: & non
circa ordinem iuſtitiæ pro nunc: nam ſuo
tempore poſtmodum poterunt adduci;
vltra quod iſtæ tendunt etiam ad fauorem
actoris, vt apparet ex earum lectura; & hoc
12 comprobatur per doctrinam *Reg. Rou. ſu-
per prag. 1. nu. 10. de appell.* qui ait, per Iu-
dicem eſſe ex ſuo officio procedendum
etiam parte non inſtante ante omnia ſu-
per deſertione cauſæ; & nunc tãto magis;
quod dum appellatus oppoſuit, cauſam eſ-
ſe declarandam deſertam, non poterit iu-
dicari ſuper iuſtitia rei; nec ſententia re-
uideri ex iiſdem actis, per notabilem do-
ctrinam eiuſdem *Rou.* & aliorum per eum
allegatorum *in prag. 1. de Inſt. cauſæ non
reſtituenda, nu. 8.* vnde omninò debet exe-
qui ſententia, ſaluis tamen iuribus appel-
lantibus in termino probatorio producẽ-
dis; quoniam reuidere ſententiam ex ijſ-
dem actis, eſt tantum prærogatiua S.R.C.
quæ obſeruabatur tempore *D. de Affl.* vt
per eum tradita *deciſ. 78. n. 6. & deciſ. 243.
num. 5.* ſi tamen proceſſus erat præſenta-
tus in d. *S.R.C.* priuſquam fuiſſet appella-
tio declarata deſerta, vt in d. *deciſ. 243. eod.
n. 5.* et per *Mar. 6. parte ſui ſpeculi, verſ. quã-
doque appellatur, nu. 411.* ſed poſtmodum
13 fuit etiam d. S. Conſil. ſublata poſt captam
informationem de tali ſtylo per particu-
larem terminationem ipſius S. Conſilij,
conſulto prius Excellentiſſimo D. Petro
de Toleto anno 1539. tempore *Gram.* vt
ipſe ait *ad finem deciſ. 13.* attamen certio-
ratus per Dominos meos *Hodierna*, & de
Thoro de vera obſeruãtia, dixerunt, quod
hodie S.C. ex æquitate reuidet ſententiam
ex ijſdem actis, vt ipſi pluries obſeruarũt,
quorum dictis tamquam ab Authoribus
magnæ authoritatis non minus, quam
doctrinę eſſe credendum puto, vnde
Regia Audientia ſimpliciter debet pro-
uidere, ſententiam latam exequendam
eſſe ſtante cauſæ deſertione; & non illam
reuidere ex ijſdem actis, vt in punctis agi-
tata cauſa inter Dominam Lucretiã Gen-
tilcore de Salerno pro cauſa reſtitutionis
antephati, & D. Clericum Gaſparem Gril-
lum, cum eſſet ipſe D. Gaſpar condemna-
tus per Archiepiſcopalem Salernitanam
Curiã, appellauit anno 1634. & Iudex ap-
pellationis fuit Illuſtriſſimus Epiſcopus
D. Stephanus de Solis in Ciuitate Sarni,
qui inſtante D. Io. Angelo de Vicarijs
filio, & hærede affatæ D. Lucretiæ, pro pe-
remptione appellationis, credo de menſe
Iunij 1642. fecit optimam prouiſionem,
appellationem eſſe deſertam, & proinde
ſententia exequatur.

Secundo, ad hoc vt poſſent releuare ta-
les ſcripturæ productę, foret neceſſe, vt eſ-
ſent publicæ, & approbatę, clarè iuſtitiam
cauſæ demonſtrantes; ita quod ſi fuiſſent
productæ ante ſententiam, non eſſet ſe-
quuta condemnatio, prout in minoribus
terminis, quando ſententia non fecit trã-
ſitum in rem iudicatam, vti in caſu no-
ſtro, ſed tantum quando petitur reuoca-
14 tio ſententiæ ex prætextu ſcripturarum
nouiter repertarũ, firmauit *Gallup. 3. par.
ſuæ pract. cap. 5. num. 18.* per diuerſa iura, &
per nouam S.R.C. deciſionem, vt ibi apud
eum eſt videre, vnde cum iſtæ ſint cartulæ
priuatæ, non poterunt impedire, ne iſta
ſententia ob appellationem deſertam exe-
quatur.

Demum fuit reiectum fundamentum
per partes effuſum hoc modo, quod pri-
ma ſententia fuit lata anno 1623. & per
eam videntur condemnati conuencti; &
ante ſecundam ſententiam apud Iudicem
ſecundarum latam anno 1627. quæ primã
confirmat, reperitur aliud decretum, per
quod fuerunt cõuecti abſoluti; & ideo de-
bet attendi abſolutoria; & non condem-
natoria prouiſio; Quoniam dum appella-
tio eſt introducta in Regia Audientia à
ſententia lata contra reos; non eſt haben-
da ratio de alia; dum fuit inualida; prout
deſumitur clarè; nam alias condemnati
non conſentijſſent Iudici, qui contra eos
decreuit; nec non ſi fuiſſet valida; ab ea
quidem appellaſſet ipſe Mancinus, quod
optima veriſimilitudine ſolidatur; nam
cum eſſet Iudex delegatus ille, qui decre-
uit anno 1623. ante decretum Iudicis or-
dinarij ſecundarum in 1627. de facili po-
tuit remoueri ex aliqua forſan rationa-
bili cauſa; quæ hic patet; & non eſt mẽdi-
cata; nempe quod non erat doctor; & con-
ſequenter non habens poteſtatem ius di-
cendi litigantibus, fuit remotus à iudicio:
vt patet ex ſcripturis præſentatis, vbi con-
ſtat, quod erat tantum legum profeſſor; &
facta decretatione, dato tendat in fauorẽ
15 ipſorum de Cupulo, nullius eſt momẽti ſi-
ne Aſſeſſoris voto, ſiue conſilio, per *Capibl.
de Baron. 2. tomo, qu. 17.* vnde cum præſu-
matur legitimè fuiſſe Iudicem reuoca-
tum; immo ſic conſtat in quadam ſuppli-
catione

Digitized by Google

catione Baroni loci porrecta, decretum per ipſum latum ex hoc capite validum non ſuſtinetur, per optimam iuris ſanctionem *in cap. quarto, §. fin. vbi gl. ſupra, littera A. de reſt. ſpol.* & notarunt DD. recollecti per *Maſul. ad deciſ.* Capicij *16. num. 11.* His omnibus demonſtratis ſi Regia Audientia nunc alias decernere voluerit, tuum ſit iudicium inſpicere, ſi valida, vel non futura illius erit prouiſio; cum omninò ſine aliqua rationum inſpectione eſt appellatio declaranda deſerta.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ criminales infra biennium, & ciuiles infra triennium terminari debent, & quare non ſic ſeruetur, nu. 2.*

2 Galeni *ſentẽtia adducitur circa litium immortalitatem.*

3 Calumnia *eſt delictum de per ſe.*

4 *Iuramentum de calumnia quare introductum, & quando præſtetur.*

5 *Litis conteſtatio quid ſit, & quando in Regno dicatur.*

6 *Iuramentum de calumnia in quacunq; parte iudicij exigi poteſt.*

Cauſæ omnes in Regno ſunt ſummariæ, & etiã ab articulis poſſunt habere principiũ, dum non eſt neceſſarius libellus, cum ſufficiat talis, qualis petitio.

7 *Iuramentum de calumnia tam ab actore, quam à reo exigitur.*

8 *Bellum iudiciarium conſimilatur cum bello armorum.*

9 *Procurator poteſt iurare de calumnia, ſed quomodo.*

10 *Iuramentum de calumnia etiam in ſecunda inſtantia poteſt præſtari tam in cauſis ciuilibus, quam criminalibus.*

11 *Iudex poteſt compellere partes ad iurandum de calumnia.*

Iuramentum de calumnia ſi denegatur ab actore, cadit à iure ſuo, ſi à reo, ſtatim debet condemnari, cum habeatur pro confeſſo.

12 Iuramenti *de calumnia forma quæ ſit; hoc eſt, quid promittat actor, & quid reus per tale iuramentum.*

13 *Clerici an teneantur iurare de calumnia, & num. 18.*

Cõſulit Author, *vt Aduocati, & Procuratores petant in iudicijs ſecularium, ſi ibi compareant clerici, ſecularem conſtitui procuratorem; qui poſſit iurare; vt facilius agant, vel excipiant.*

14 *Æconomi, & Sindici an teneantur iurare de calumnia, remiſſiuè ponitur.*

15 *Contendunt* Mar. & Muſc. *circa iuramentum de calumnia: dum iſte ſuſtinet, vt non ſit pars ſubſtantialis iudicij, & ille contrarium putet.*

16 *Procuratores in litem potius iurant de committenda, quam euitanda calumnia.*

17 *Iuramentum de calumnia eſt introductum à iure propter publicum commodum.*

Iuramentum de calumnia eſt de obſeruantia antiquarum legum.

18 *Iuramentum de calumnia non poteſt tolli per conſuetudinem, quod ampliatur de iure Regni.*

19 *Iuramentum de calumnia etiam in compromiſſis debet præſtari.*

20 *Sollemnitas à iure introducta, ſi omittatur, vitiat actum.*

21 *Iuramentum de calumnia eſt actus ſubſtantialis iudicij, ita & taliter; quod per partes remitti expreſſè non poteſt, & num. 22.*

Iuramentum de calumnia poteſt tacitè omitti, ſecus expreſſè.

Multa permittuntur tacitè; quæ expreſſè prohibentur.

22 *Iuramento de calumnia, quare non poſſit expreſſè renunciari.*

23 Marantę *opinio cõtra* Muſc. *ſuſtinẽda eſt.*

Muſcatelli *opinio concordatur cum* Maranta, *vt eius honor ſaluetur.*

24 *Ordo iudiciarius omiſſus vitiat actum, & reddit nullum proceſſum.*

25 *Iudex ordinarius poteſt corrigere ſuam ſententiam nullam, ex defectu iuramenti de calumnia non præſtiti.*

26 *Iudex delegatus non poteſt corrigere ſententiam nullam ex defectu iuramenti de calumnia non exhibiti.*

27 *Sententia Iudicis delegati, & Arbitri exequitur per Iudicem ordinarium; & quare.*

28 *Iudex delegatus alienam exercere videtur iuriſdictionem.*

29 *Iudex delegatus à Principe poteſt ſuam exequi ſententiam, ſecus ſi delegatus ſit ab inferiore.*

30 *Citatio ad teſtes; & ad uidendum eorum iuramentum, eſt neceſſaria.*

31 *Repulſa teſtium non poteſt opponi poſt publicationem, ſi in proceſſu non eſt præſtitum iuramentum de calumnia, dum cauilloſa præſumitur.*

32 *Calumnia denotat omne malum, & verſutium in detrimentum alterius.*

33 *Periurij poena extraordinaria eſt, & nu. 58.*

34 *Poena periurij remittitur in arbitrium Iudicis.*

35 *Periurus Deum habet vltorem.*

36 *Periurus efficitur infamis.*

37 *Periurus ſine aliqua denunciatione poteſt ex officio puniri.*

38 *Iuramentum de calumnia quid ſit.*

Deus eſt via, veritas, & vita, qui non fallit, neque fallitur.

Deus

Deus vleiſcitur contra periuros.

39 Deus non vult mortem peccatoris,ſed ut magis conuertatur,& viuat.

Ira Dei deſcendit in populos propter crimen periurij.

40 Iuramentum de calumnia debet præſtari tactis ſcripturis manibus; non autem alio membro corporis.

41 Procurator tēpore approbationis ad Regia Tribunalia debet iurare tactis Euangelijs.

Scholares tempore doctoratus debent iurare tactis ore Euangelijs.

42 Teſtes non ſunt recipiendi, niſi iurent, de veritate dicenda.

Iuramentum teſtis quando examinatur,quomodo præſtari debeat.

43 Pœna periurij committendo calumnias contra iuramentum præſtitum de calumnia, quando quis non puniatur.

Fraus nemini prodeſt.

44 Iuramentum calumniæ excuſat à tacita,ſed non ab expreſſa,& euidenti calumnia.

45 Appellans ab interlocutorio debet condemnari ad expenſas,ſi à Iudice ad quem prouidebitur, benè prouiſum,& malè appellatum,ex dec.S.R.C.

Temerè litigans debet ad expenſas condemnari.

Iuramentum de calumnia non excuſat à condemnatione expenſarum,& nu. 48.

46 Pertinacia litigantium demonſtratur in eorum detrimentum.

47 Iuſta cauſa litigandi excuſat ab expenſis.

49 Iuſta cauſa in litigando quando dicatur, & in arbitrium Iudicis remittitur.

50 Iuſtæ cauſæ litigandi enunciantur caſus.

51 Expilatio hæreditatis aufert beneficium repudiationis;quod eſt valdè notabile.

52 S.R.C.partes ad expenſas non condemnat.

53 Iudex ad quem; quando eſt à definitiuo appellatum,poteſt omnia grauamina ipſe cognoſcere,& reuocare.

Condemnari ad expenſas in ſecunda inſtantia quilibet debet ſecundùm doctrinam Rouiti,ſed de inobſeruantia hic conqueritur.

54 Abſolutus ab expenſis,an cenſeatur abſolutus ab ijs, quæ à iure actionis proueniunt, remiſſiuè.

55 Calumnia quando dicatur probata,& in quibus caſibus.

Termino petito ad examinãdū; ſi deinde teſtes minimè examinentur, nec termino renunciatur,debet condemnari ad pœnam 12.ducatorum pars, vel procurator, qui talem terminū petijt,& ſic obſeruatur in S. R. C.

56 Cauillosſus dicitur qui retinens penes ſe publicam ſcripturam, illam in iudicio non præſentat;& ideo debet ad expenſas condēnari;& Author teſtatur de hac calumnia.

57 Periurij crimen eſt mixtum,ſiuè cōmune,vt tam à Iudice ſeculari; quam Eccleſiaſtico puniri poſſit diuerſimodè.

58 Periuria multipliciter committuntur.

59 Periurus eſt qui cum iuramento promittit ad certum tempus aliquid ſoluere, & non ſoluit,vel qui abſolutionem à iuramento non petere promiſit,& contrauenit.

Periurus propter iuramentum de calumnia, periurij pœna eſt puniendus,& ampliatur, etiam ſi per procuratorem incidatur in periurium.

60 Calumniæ præſumptio ceſſat in hominibus bonæ famæ,& vitæ.

Senectus honoranda eſt.

Conſilium Auctoris litigātibus circa electionem Aduocatorum.

61 Memoria hominum labilis eſt.

Memoriam de præteritis habere,donū Dei eſt.

62 Mala electio eſt in culpa.

Damnum,quod quis ex ſe ſentit, ſibi,& non alijs debet imputare.

63 Appellans in ſecunda inſtantia non debet audiri;niſi refectis expenſis; ſi in prima nil poſuit,vel probauit.

64 Temerè appellantes poſſunt arbitrariè puniri.

Arbitrium Iudicis vſque ad quod extendatur,remiſſiuè.

Temerè appellare quando quis dicatur,remiſſiuè.

65 Sententia arbitraria neminem grauat.

66 Calumniatores à Deo puniuntur.

Calumniantium lingua aſſimilatur gladio.

Pœnitentia datur ſecundum peccata, & imponitur membro peccanti.

DD. calumnioſi decedūt ſine lingua,& n.68.

Lazarus quare cruciatur inferis in lingua? cum ſimilibus.

Menſura menſiemur,qua menſi fuerimus.

67 Amantes terrenæ pulchritudinis qualiter cruciantur ad tartara.

Amor à Iecore cauſatur.

69 Calumniator etiam in cauſa ciuili: ea finita poteſt criminaliter accuſari.

70 Creditor ſi plures habeat inſolidum obligatos,quem conueniat.

Debitor correus inſolidum obligatus,quæ hodie habeat beneficia.

Beneficium diuiſionis quando correo non prodeſt.

Tex.in leg.3.ff. de duobus reis, & leg.primæ,C.eod.non eſt in vſu.

71 Clauſula,in ſolidum,appoſita in cōtractibus quid operetur.

Correus quando in ſolidum teneatur ſine aliqua diſcuſſione.

Sententia ſimpliciter prolata,contra hæredes correi, defuncti exequitur pro rata, ſed quando.

72 Sententia lata ſimpliciter contra correos

Digitized by Google

debitores intelligitur pro rata, & non pro ſolido obligationis.

73 *Sententia lata cum dictione*, in ſolidum; *pro tota quantitate contra quemlibet obligatorum exequitur.*

74 *Calumniantes ſi plures ſint, & condemnentur ad expenſas, omnes inſolidum tenentur, ſed vno ſoluente cæteri liberantur quoad intereſſe.*

75 *Delinquentes ſimul; ſi vnus conueniatur, ſiuè puniatur, cæteri quoad eorum pœnam non liberantur, ſed tenetur quilibet pænitentiam pati.*

76 *Calumniatores, qui alios falsè accuſant qualiter puniantur, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Calumniatores qualitèr puniantur, quomodò cognoſcatur calumnia, & quæ remedia ſint ad eam euitandam.

DE CALVMNIATORIBVS CONCLVS. VI.

PRæcepit Imperator, & iura ſic volunt, vt criminales cauſæ infra biennium, ciuiles verò intra triennium expedi-
1 rentur, vt in *leg. fin. C. vt intra certum tempus*, vbi *Bal. & l. properandum* 13. *C. de Iudicijs*; & diſpoſitionibus his non obſtantibus, immortales ſiunt; & potius litigans, & ſucceſſores deſcendentes ad quartam vſq; generationem decedunt, quam lis terminetur, vnde ad hoc adduci debet *Galeni* sẽtentia *in ſuo primo Aphoriſmo. Vita breuis;*
2 *ars longa, tempus acutum: experimentum fallax: iudicium difficile*; & euenit propter contrariorum calumnias; quibus cum ſit obuiandum, vt leges ſtatuerunt tam ciuiles, quam canonicæ in particularibus *tit. de Calumnijs*; vt eorum non moriatur facinus, immo potius in eo erubeſcant, voſui in præſenti rubrica de Calumniatoribus tractare; forſan mea iſta optima intentio aduerſus tales errantes à Cœlo, & Mundo, aliquem producit effectum, ad quod Deum optimum maximum humiliter exoro.

3 Calumnia igitur vt dignoſcatur euitanda, eſt delictum de per ſe, ſic *Regens Rou. in prag.* 1 *nu.* 68. *de ſind. offic.* docet per *tex. in l.* 1. *in principio, ff. ad Turpillianum.*

Quæ cum inconſideratè, & ſic de facili abſque vlla formidine vtriuſq; iuſtitiæ in iudicijs manifeſtetur; legũ conditores in-
4 troduxerunt ad eam euitandam de calumnia ſacramentum; vt ritè, & rectè agant, & calumnioſè non procedant, ſtatim poſt litem conteſtatam: ſecundùm *gl. in cap.* 2. *de iuramento cal. in* 6. *verſ. iuramentum, & Maran. ſuo ſpeculo* 6. *parte, de iuramento cal. in princ.* ſed in contrarium eſt *tex. vbi Io. Andr. in cap.* 1 *eod. tit. de Iur. cal. in* 6. vt non ſit decẽtia, quod præſtetur poſt litis conteſtationẽ, ſed ſufficit vt exhibeatur in quacunque parte iudicij, quod ego verum puto, dummodò lis non ſit in fine; tunc enim parum prodeſt ſi iuretur, hac ratione,

Ch'è gionta la candela inſino al verde.

& ſic ſi hactènus calumnioſè fuit actum, deinde ſpondere ad agendum ritè abſurdum eſt, ad quæ addo *tex. in l. rem non nouam* 14. *cum auth.* ibi poſita, *C. de Iud.*

Litis verò conteſtatio; vt omnia tangam ſecundùm *gl. in cap. dudum, el.* 2. *huius nominis, in ordine* 54. *§. dicet autem, verſ. reſpõſionem, de electione*, & dixit *Iulianus in l.* ſupra citata *rem non nouam, §. patroni*, eſt hinc
5 inde apud Iudicem facta narratio, quod de iure cõmuni intelligitur. De iure verò Regni tunc dicitur litis conteſtatio, quando terminus ad probandum à Iudicante ſtatuitur, *Muſc. parte* 1. *gl. petitur, n.* 43. & procedit, & ſi in contumacia prædictus terminus cõcedatur, vt in *prag.* 3. *de ordine iudic. vbi Ron. nu.* 10. qui ſic concludit, quamuis alios in contrarium alleget, & meminit *Gallup.* 2. *parte ſua praxis, cap.* 16. *nu.* 3.

Concordant cum dictis iuribus, nempè *tex. in cap.* 1. *de Iur. calumnia, in* 6. *& auth. hodie, C. de Iudicijs* diſponentibus, poſſe in quacunque iudicij parte iuramentum de calũnia exigi, dicta Domini de *Affl. in Cõſtitutione Regni Litè legitimè conteſtata, de proceſſu iudicij*; dũ ſecundũ dictũ *Bal.* etiã poſt concluſum in cauſa præſtari poteſt in *l.* 1. *circa finem, C. de Iur. cal.* & mentionem fecit *Mara. vbi ſup. n.* 3. & dum apud omnes
6 eſt in confeſſo, quod cauſæ in Regno ſunt sũmariæ, vt exactè firmat *Muſc. p.* 1. *gl. libellus, n.* 4. ità, & talitèr, quod etiã ab articulis poſſunt habere principiũ, vt *d. Muſ.* firmauit *ead. p.* 1. *gl. petitur, n.* 42. cũ libellus nõ ſit neceſſarius; ſed ſufficit talis qualis petitio; vt idem *Author* in nuper citata *gl.* dixit *n.* 4. faciunt doctrinæ *Borr.* ad cõcordantiã *de Affl. vbi ſup. in tit. de Iur. cal. sũma deciſ. n.* 47. *&* 48. *& Squill. de priuil. cler. c.* 76. *nu.* 21. vbi firmant, in sũmarijs Iudicijs ad partis petitionem etiã poſt cõcluſum in cauſa poſſe iurari de calumnia, & hæc opinio mihi placet, dummodo, vt dixi, lis non ſit in fine, quod tantũ monitio ad dicendũ ſit peragẽda eſt ratio, nã tũc ſi iuramentũ exhibeatur, nõ retrotrahitur ad præterita, vt calumnioſè non ſint peracta, & ad hæc adde *Squill. de Priu. cler. cap.* 26. *nu.* 21.

Sacra-

Sacramentum deindè tale, tã ab actore;
7 quam à reo exigitur, §. *ecce enim*, *&* §. *item actoris, de pœna temerè litig.* & comprobat *D. de Affl. in d. Conſtitutione Lite legitimè conteſtata*, hoc ordine; vt prius ab actore; & deinde à reo præſtetur, eſt ratio; nam ille armatus comparet, & ad certamen in Campo iudicij conuocat reum; & iſte non ſic accinctus armis, dum impenſatè vocatur, tempus habet ad prouiſionem peragendam; vt poſſit exceptionis clypeo; & rationis enſe ſe legitimè tueri; non minus etenim bellum dicitur iudicij, quam bellum armorum, poſsét hic demonſtrari omnes bellantes, qui ſint, nempè aduocati, partes, & procuratores, at quia mirificè hæc, & alia ad verum bellum conſimilia
8 poſuit *Muſc. parte 1. gl. contendere*; ideo ad eũ recurras; cui adde *tex. in l. aduocati 14. C. de aduoc. diuerſ. Iud. Alber. de Roſat. in l. fin. ff. de poſtulando, Gram. deciſ. 80. in princ. Guid. Papa deciſ. 388. & Addentes ad eum deciſ. 88. Borrell. ſumma deciſ. tit. 64. de Aduocatorum officio, num. 21. & Gallup. ſua praxi 3. par. cap. 1. de ſententia, num. 2.*

Procurator, etiam ſi per principalem
9 non fuerit præſtitum de calumnia iuramentum, poteſt ipſe iurare: tam ſi habeat à Domino ad hoc mandatum ſpeciale; quam non: ſi mandatum retinet pro anima Domini iurabit, *cap. 2. §. procuratores, vbi gl. littera H. &c. fin. de iur. cal. in 6. Borr. ſumma deciſ. eod. tit. de iur. cal. num. 16. & 19. Azo in ſumma*, C. *lib. 3. de Iureiurando propter cal. fol. mihi 155. in non.* ſi mãdatum nõ exiſtit, ſuam grauabit animã,
C vt declararũt *Bart.* & communiter *DD. in l. 2. §. fin. C. de Iureiurando propter cal. Specul. eod. tit. §. reſtat*: quicquid in contrariũ dicat Co*uar. var. reſol. tomo 1. §. 5. prima partis, num. 8. de pactis, fol. 312.* & deſumitur *ex tex. in d. l. 2. C. de Iureiurãdo propter cal.* ſed *Bar.* doctrina eſt verior; vt firmat idem *Bar. in leg. ſi quis opus, §. ſi quis alieno, ff. de damno infecto*, & firmant *Addentes ad* Ca*pellam Thol. deciſ. 225. nu. 3.*

Quod ſi in prima inſtantia non eſt præſtitum, vt in cauſa appellationis exigi poſſit, omnes confitentur, *cap. appellationis*
10 *2. de iur. cal. in 6. vbi gl. verſ. iuramentum Io. Andr. in addit. ad Specul.* quem refert *Affl. d.* Co*nſtitut. Lite legitimè conteſtata, nu. 7. Mara. eod. tit. de iur. cal. n. 9. Squill. de Priuil.* C*ler. cap. 16. num. 21.* quod procedit tã in ciuilibus, quam in criminalibus, *Clar. §. fin. qu. 8. Bald.* ante eum in *d. l. 2.* C. *de Iure Iur. Borr. eod. tit. de iur. cal. nu. 34. 35. & 36.* & faciunt dicta *Oinot. in §. item actoris, n. 9. de pœna tem. lit.*

Et ſi partes iurare recuſabunt, poſſunt à Iudice ad iurandum compelli, ſecundũ DD. relatos per *Borr. vbi ſup. num. 15.* ſed
11 hoc non eſt de eſſentia; cum vltra iſtum coactiuum actum, eſt graui pœna puniendus tam actor, quam reus, Actor cadit ab actione, & reus ab impetitis abſoluitur, *Mar. vbi ſup. nu. 6. de Affl. in d.* C*onſtit. Lite legitimè conteſtata, nu. 5.* Reus pro confeſſo ſtatim habetur, & debet condemnari ad quantitatem per actorem petitam, *tex.* eſt *in auth. principales*, C*od. de Iur. Iur. propter cal. §. quod ſi actorum*, *&* §. *ſin autem reus; vbi gl.* ſic monet in praxi *Affl. d. n. 5.* cui adde *Specul. eod. tit. de Iure Iur. § ſupereſt, in princ. & Matth. Mateſ. ſing. 65.* vbi *Addẽtes*, quod vtinam etiam eſſet in obſeruãtia; nam forſan nemo præcipitanter litigaret, & docet *Oinot. vbi ſup. nu. 11.*

12 Forma verò iuramenti datur per *tex. in d. leg. 2.* C. *de Iure Iur.* Ibi *Et actor quidem iuret, non calumniandi animo litem ſe mouiſſe, ſed exiſtimando bonam cauſam habere, reus autem nõ aliter ſuis allegationibus vtatur, niſi prius & ipſe iurauerit; quod putans ſe bona inſtantia vti, ad reluctandum peruenerit*, adde *tex. in cap. cæterum 5. de iur. cal. Spec. d. §. reſtat, Borr. vbi ſupra, nu. 7.* ex authoritate *Ioannis Barberij in* Viatorio *Iuris par. 4. tit. 2. nu. 150. de Affl. d.* Co*nſt. præcitata eod. n. 5. & Squill. de Priuileg.* C*ler. eod. cap. 16. nu. 21.* qui hæc carmina poſuerunt.

Illud iuretur, quod lis tibi iuſta videtur.
Et ſi quæratur verum non inficietur.
Nil promittetur, nec falſa probatio detur,
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.

Ac Adde etiam *Muſc. par. 3. gl. dilatorias nu. 8. & 9.* & hoc intellige de ſecularibus, nam clericos vllo iure ad iuramẽtum tale
13 teneri ſcripſit *Squill. vbi ſup. n. 2.* quod ego intelligo, ſi in ſecularium iudicijs comparent; ſed ſi in iudicijs Eccleſiaſticis, eodem modo ibi teneri puto, ſicut ſeculares in ſecularibus; ratio enim, quæ ponitur per *Squillantem* eſt, quod non poſſunt ſe obligare coram Iudice laico, nec obligatio tenet; ſed ſic eſt, quod ceſſat talis ratio in Iudice competenti, ergo iurare de calumnia tenentur, nam eadem militat diſpoſitio in clericis, ac laicis; ſic poſſunt calumnioſam cauſam proponere, vel excipere iſti, ſicut illi; conſulo ego in hoc procuratoribus, & aduocatis; vt ſtatim petãt procuratorem ſecularem conſtituendum in ſeculariũ iudicio, quãdo Eccleſiaſticæ perſonæ comparent in eo; vt ille eorum parte iuret, & ſpondeat, calumnioſè non agere, ad quæ vide dictum *Squill. cap. 20.*

De Æconomis; & Sindicis ſi ad hoc
14 tenentur, vel non, ſcripſit *Azo* alias citato *loco de iure iur. propter cal.* ad quem re-

curte,ſi caſus eueniat.
Altercatio magna eſt inter Practicos
Venuſinum, qui ait, eſſe de ſubſtantia in
15 lite tale iuramentum,& *Muſcatellum*,qui
dicit contrarium, videre hic eſt, quis eo-
rum ſententiam ſubſtineat veriorem.
Et vt ordine retrogrado procedatur;
Muſcatellus his duabus rationibus ſuam
ſuſtinet opinionem.
Prima; iſta ſollemnitas iuramenti cum
ſit iuris ciuiſis; non reſpicit ſubſtantiam,
& negotij veritatem.
Secunda quod dum eſt in arbitrium Iu-
dicis malitioſè exceptiones oppoſitas; ac
dilationes omnes,ſua prudentia ſuperare,
facto ipſo tamen certiore de plena verita-
te,& cum tale iuramentum non producat
vtilitatem aliquam præter iudicij dilatio-
nem,non eſt de eſſentia,vt per partes præ-
ſtetur;& tãto magis quod ipſi principales;
aduocati; & procuratores eorum potius
16 de committenda, quam euitanda calum-
nia iuramẽtum ſuſcipiunt, vt optimè do-
cuit temeritatem iſtam, & Dei paruam
formidinem *Mara.eod.tit.de iur.cal.nu.*11.
& ante *Bal.*dixit in *l. ſi poſt* 24.*C.de Enict.*
quod in hoc facti ſumus contemptores
Diuinæ bonitatis, & religionis eius,& cõ-
currere videtur etiam *Mar. ead. rub. de*
Iuramento,num. 12. vbi dicit, quod poteſt
omitti, & præteriri tale iuramentum in
iudicio, vt periuria tollantur, & meminit
in *principio tituli de Iur.calu.*
Robertus Mar. ſic ſuam opinionem fir-
mat, non obſtãte, quod dixerit,poſſe iura-
mentum omitti; quia ad euitandum per-
iurij malum conſuluit tali modo; & non
quod de ſubſtantia non eſſet, & iſta cenſe-
C tur DD. communis opinio;dum propter
publicam vtilitatem eſt introductum, vt
in *auth.principales,C. de iuramento propter*
17 *cal.* voluit *Borr.ſupr.citatus eod.tit.nu.*2.&
ante firmauit *Affl.in d. Conſtitutione Lite*
*legitimè conteſtata, num.*5. *&* 6. vbi dicit
etiam hoc ſacramentum fuiſſe obſeruatũ
Iuriſconſultorum tempore, vt præcepit
*Paulus lib.*6. *ad Sabinum in l.inter cohære-*
des 45.§.*qui familia, ff. fam. erciſcundæ*,per
hæc verba. *Qui familiæ erciſcundę, & com-*
muni diuidundo,& finium regundorũ agũt,
& actores, & rei, & ideo iurare debent, non
calumniæ cauſa litem intendere, & non ca-
lumniæ cauſa inficias ire;eadẽ obſeruantia
ſequitur de Iure Codicis,vt in *l.*2. pluries
recitata *de Iur. prop.cal.*De Iure canonico
vt in *cap.*1.2.*&* 3.*de iur.cal.in* 6.& tandem
de Iure Regni, vt in *Conſtitutione Lite le-*
gitimè conteſtata, de proceſſu Iudicij. Ibi
lite legitimè conteſtata, ſacramentum de ca-
lumnia volumus ab vtraque parte præſtari
iuxta diuales veterum Principũ ſanctiones.
Quæ iura adeo ſunt vera in obſeruan-
tia;quod nõ admittant conſuetudinem in
18 contrarium,per *tex. in cap. cæterum* 5.*de*
*iur.calum.*qui ſic in ſummario firmat, *Cle-*
rici, etiam in eorum cauſis iurent de calum-
nia,contraria conſuetudine non obſtante, vo-
luit *Innoc.&* Io. *Andr.in cap.Romana* §.*nec*
etiam de foro comp.in 6.*Borr. vbi ſup. num.*
12.& aliàs ſi fiat;declarant proceſſum nul-
lum,vt dixerunt *Matth.Mateſ.ſing.* 65. *&*
*Menoch.de Arbitr.Iud.qu.*20.*nu.*4.
Et hoc amplia etiam in Regno iſto per
eius iura,ita *Ioannes de Arnono epit.* 23. ex
doctrina *Rom.ſigul.*425. ſed apud me 428.
quod incipit, *tu habes*, & *Borr. vbi ſupra*
*num.*33.
Similiter amplia in compromiſſis, vt
19 compromiſſarius tale ſacramentum exi-
gi petat, *d.auth.principales,*§.*ſed quia ve-*
remur,Io. Baptiſta Peruſin. in tract. de Ar-
*bitris,lib.*10. *caſu* 12.*& Menoch.de Arbitr.*
*qu.*20.
Datur ratio de affirmatis, quod dum
ſollemnitas videtur de iure introducta, vt
probatum eſt, & probabitur, ſi omittatur,
20 vitiat actum,Abb. *Siculus in cap. quoniam*
frequenter ſup. gl. in verbo non valeat, ex-
tra vt lite non conteſtata, vbi Felyn. col.
5. *de Affl. in* Conſtitutione *In cauſa depoſiti*
lib. 2. *de cauſa depoſiti,num.* 2. *&* Vant. *de*
*null. tit.de null. proceſſus,nu.*29.
Confirmatur ſupra firmata ſententia,
vt iuramentum ſit de ſubſtantia iudicij,
per *tex.in l.*1.*ff. ſi mulier ventris nomine*
in poſſeſſione calumniæ cauſa eſſe dicatur;
nam iurans mulier excuſatur à calum-
nia,vt commentat *Bar. ibi, & gl. magna,*&
Iure Diuino id etiam eſſe firmatum de-
monſtrat *tex. Exod.* 22.& probatur, quod
adeo actus iſte ſubſtantialis eſt, quod ex-
21 preſsè per partes remitti minimè poteſt,
*Squill.de priu.Cler.cap.*16.*nu.*21. *Mar.eod.*
tit.de Iur. cal. attamen tacitè ſi omittatur
hoc ſacramentum;ſuffertur,per *Borr. eod.*
*tit.de Iur.cal.num.*11. & modo intelligitur
tex. in cap. 1.§. *propter,de* Iur. *cal. in* 6.Ibi
Propter omiſſum quoque tacitè in tota cauſa
calumniæ iuramentum; iudicialis proceſſus
aliàs factus legitimè non eſt nullus, nec etiam
annullandus,& ita putarũt *Iſer.& Affl.in d.*
*Conſt.Lite legitimè conteſtata,n.*6.*& Meno-*
*ch.d.qu.*20.*in fine.*& ex his notamus,quod
multa prohibentur expreſsè, quæ tacite
conceduntur.
Nec eſt pro confirmatione dictorum
mendicata ratio; quod iuramentum de
calumnia expreſse remitti non poſſit,ſed
22 in promptu patet; quia cum ſit intro-
ductum in publicam vtilitatem, *d. Auth.*
princi-

Digitized by Google

principales, §. *ſed quia veremur*. Ibi *Non
pro commodo priuato,ſed pro communi vtili-
tate præſentem legem poſuimus*, nō poſſunt
partes illo expreſsè renunciare, *l. ius pu-
blicum 39.ff. de pact.l. nemo poteſt 58. ff. de
lèg.1.cap. requiſiſti 15.§. ſed conſiderandum
in medio,de teſtam.* cũ alijs allegatis *in præ-
ludio Conſtitutionum,qu.9. nu.6. & 7.& gl.*
aurea *in cap.tuis 39.de teſt.*

Opinio *Marantæ* mihi vera videtur, &
ab ea minimè diſcedendum eſſe conſulo,
& vt magis eluceſceret, reſpondere cogi-
23 taueram rationibus *Muſc.* at quia ex ſu-
pra benè allegatis reſponſiones de per ſe
videntur;ideo exoſum reputaui dicta alias
repetere,attamē adde pro nũc *Pract.Pap.
forma libelli in actione reali,ver. ſacr.n.7.*

At cum *Muſc.* hac noſtra tempeſtate
ſit magnæ authoritatis practicus, non eſt
ſic increpandus; ſed benè ſaluandus in
23 eius opinione, quæ poteſt concordari cũ
aliorum firmatis hoc modo; quod forſan
loqui voluit de ſacramento iſto tacitè per
partes omiſſo; vt in iſto caſu non ſit de
ſubſtantialibus iudicij,quod omiſſum, nō
vitiet actum,nec proceſſum reddat nullũ,
& ſic poſſunt intelligi dicta ipſius *in gl.
contendere,parte 1.ſuæ praxis,à nu.15. vſq;
ad* 20. & non de iuramento ſimpliciter,
quod ſolet ſēper per partes peti, vt ego in
dies obſeruaui; & concordant eius dicta:
eum dixit quod ſublata praxi de iuramē-
to calumniæ in forma ſpecifica, ſeruatur
tamen per æquipollens; dum principalis
depoſitio ſit cum iuramento; vnde paret,
quod fatetur ipſe etiam, iuramentum eſſe
de ſubſtantia iudicij.

Nam alias iuramentum hoc, dato non
eſſet ſubſtantialis actus;ſed tantum de or-
dine proceſſus; ſi concordantia iſtorum
DD.non demonſtrata fuiſſet, etiam per-
deret *Muſc.* & malam cauſam ſubſtineret;
dum etiam ordo omiſſus vitiat actum, &
24 proceſſum annullat; atque ſententiam,
*cap.veritatis 8.de dolo, & contumacia,cap.
cum dilecta 22.§. dictum inſuper,de reſcrip.
cap.ad petitionem 22.§.fin. de Accuſationi-
bus,l.prolatam 4.C.de ſent.& interloc.omn.
Iud.l.1.C. de executione rei iud.* Angel. *de
Maleſic.rub.de inquiſ.num.16. Speculat. in
tit.de ſent.§.nunc videndum, in prin.& Pa-
normitan.* tenet in *cap. cum olim,col. pen.
verſ. ſed in contrarium, eod.* præcit.*tit. de
ſent. & re iud.* & firmat etiam *Anch. conſ.*
249. dicens, quod magis inficiat iniuſti-
tia ex ordine non ſeruato; quam ex cauſa
non legitima,& cūm ſimus in claris,quod
iuramentum de calumnia eſt actus ſub-
ſtantialis, ſi omittatur, nulla datur diffi-
cultas, quin non reddat proceſſum nul-
lum,vt per plures deciſiones firmat *Aloyſ.
Ricc. coll.1231.& 2847.*

Vnde ſi ſententia reperiatur nulla, vt
dixit Capel.*Thol.* infra citanda, quia for-
ſan vnus litigantium inſtitit pro iura-
mento calumniæ; & in actis non fuerit iu-
ratum, idem Iudex, qui nullam pro-
tulit ſententiam ex defectu huius ſacra-
menti, poterit, dummodò ſit ordinarius
25 priuſquam ab altero corrigatur, ſuũ cor-
rigere ipſe iudiciũ, ex eodē proceſſu;dum
iſta nullitas iuramenti de calumnia om-
nia acta reſpicit, ita *Innoc.in cap.in litteris,
de offic. deleg.*& per eum ſic decreuit *Cap-* D,
*pella Tholoſ.deciſ.*114.

Delegatus verò ſi præcipitantèr, tale
iuramento omiſſo ſententiam proferat,
quia fũctus ſtatim videtur ſuo officio:ad-
uerſus eam venire non poteſt, ſecundùm
*Addentes ad dictam Capell. Thol. vbi ſu-
pra,num.*2.& colligitur ex *tex. & ibi gl.in
26 l.ſi vt proponis* 4.*Cod. quomodo; & quando
Iud.*

Hinc videmus;quod ſtatim prolata ſen-
tentia à delegato,quoniã illuc vſque eius
extenditur authoritas; ad hoc ne redda-
tur eluſoria, dum executioni ab eo man-
dari non poteſt; ordinarius eam exequi-
27 tur,*l.à diuo pio 15.vbi gl. ff.de re iudicata*,
quod quidē ſeruatur etiam circa Arbitro-
rum ſanctionem,vt *in d.l.à diuo Pio, & ibi
Pau.Caſtr.*& eſt ratio; nam ideo prohibe-
tur ſententiam ſuam exequi delegatus,
quia iudicando,alienam,& non propriam
iuriſdictionem exercet, lex eſt *in l.1.§.qui
28 mandatam;& l.& ſi prętor 3.ff.de offic.eius,
cui mand.eſt iur.l.ſolet 16. ff. de Iuriſd.omn.
Iud.& leg.& quia 6.ff.eod.* ac docuit *Mar.
in Speculo aureo 4. parte,ver. an ſit iud. ord.
vel del.*

At hæc intelligas de delegato ab infe-
riori, quam à Principe; delegatus Iudex
29 etenim ab eo; etiam ſuam poteſt ſenten-
tiam exequi,ita *Alex in d.l.à diuo pio,Abb.
in cap.ſi quis contra clericum,col.pen. & fin.
de foro compet. Fran. Marc.q. delphin.*284.
& eſt communis opinio ſecundùm *Caſſad.* C
deciſ.13.num.4.de Reſcr.& ſimiliter ſic fir-
mat per *tex.in cap. ſignificaſti 7.de officio,&
poteſt. Iud. del. Pract. Pap. in forma libelli
de Actione reali,gl. executioni,ſol. mihi* 53.
ſequitur *Viuius in Sylua com.opin,opi.407.
num.* 4. vbi etiam commune eſſe fatetur C
DD. animi iudicium, etiam deciſum re-
fert articulum hunc *Guid. Papa deciſ.* 60. D
vbi Addentes omnes, & meminit *Dominus
Ricc.Collect.*1076.vbi alios refert, nec non
ad ſaturitatem de hoc diſputando *Me-
noch.qu.74.nu.48. de Arbitr. Iudicum* ſimi-
liter à ſupra dictis non diſcedit.

Effectus

Effectus maior inſpicitur ex hoc calum-
niæ ſacramento, & memorabilis eſt;quod
dum in proceſſu inter cetera requiſita ;
quando ſumus in actu probationis expe-
diuntur citationes ad teſtes; & pars ad-
uerſa monitur ad uidendum iuramenta
30 deponentium,vt fatetur *Borr. vbi ſup. nu.*
56. qui actus eſt valde neceſſarius; & ſub-
ſtãtialis, vt eſt in ore omnium Practicorũ
30 quibus relictis, recentiſſimè inter ipſos
*Gallup.*ſic affirmat *par.2.ſuæ praxis,c.2.de
citatione, in princ.* Si contrarius ipſe cita-
tus non comparet ad excipiendum, &
proteſtandum,iuxta comunem practicam
aduerſus teſtes,& eorum perſonas, dicta,
& dicenda per eos, & fiat poſt depoſitio-
nem illorum publicatio; ſi voluerit pars
31 ipſa opponere repulſam aduerſus eos,
non debet audiri, cum iniuſta, & calum-
nioſa impugnatio cenſeatur, ſi iuramen-
tum de calumnia non eſt ante præſtitum;
at ſi fuerit exhibitum; dum à præſumpta
calumnia excuſat,ſecundum *Oin. eod.* §.
item actoris, ſupra num. 12. *de pœna temerè
litig.* & hanc ſententiam approbat *Borr.*
cum alijs per eum allegatis *eod. tit.de iur.*
D *cal. nu.*57.& ſic deciſum refert *Dominus de
Affl.in S.R.C.deciſ.*351.*nu.*8.

Aduertant itaque diligenter partes;ad-
uocati,& eorum procuratores, ne in ca-
lumniæ crimen incidant, dum calumniæ
nomen, verſutiam omnem, fraudem, &
32 malitiam denotat,in alterius detrimen-
tum,& damnum, *Cic. lib.2. de Republ. &
lib.1. offic.* propter quod non dum decli-
naretur,ſi,& in quantum bona cõditio;
ſed in totum eſſent infames,vt infra, & in
periurij crimen laberentur, nam ſi iurant
calumnioſè non agere, & iuramento ad-
uerſantur, periurij pœna debent puniri,
33 quæ extraordinaria eſt, vt voluit *Rom.ſin-
gul.*425.*nu.*2.*& Troyſ.* ad *Ritum M.C.*79.
*num.*3. adde latiſſimè *Addentes ad Capel.
Thol.deciſ.*17.*nu.*2.*& Guid.Pap.deciſ.*178.
*num.*4. & ſic eſt ſublata pœna *Conſtitut.
Regni Eos, qui ſcientèr, de periurijs*, vt di-
ctus *Troyſ.vbi ſupra*,aduertit,& ſẽtit *Affl.
in Conſtit.Statuimus, de off.Magiſtri Iuſtitię
num.*53. quicquid dicat *Scaglion. ſuper ri-
tu* 265.qui etiam demonſtrat *nu.*5. quan-
do periurus à periurio excuſetur; & præ-
cipuè eſt,quando iuramentum contra bo-
nos mores eſt præſtitum; tunc enim obli-
gatorium non eſt,*cap. non eſt obligatorium*
58. *de reg. iur. in 6.Addentibus in ritu* 79.
& iam ad huius ſententiæ confirmationẽ
additur *gl.in d.Conſtitutione Eos,qui ſcien-
ter,in principio*, quod periurij pęna eſt ex-
traordinaria, dum ait,poſſe manum redi-
mi ꝑ ſolutionẽ vnius libræ auri puriſſimi,
pluraſque ad hoc authoritates cumulans.

Et *Carau. ſuper ritu* 175. firmat, eſ-
ſe in Iudicis arbitrium remiſſam periurij
pœnam:vnde ſublatus eſt Domini de *Affl.*
34 labor in nuper citata *Conſtitut.* vbi aie-
bat; quod difficultas erat, ſi periurus de-
bebat perdere manum:ſi vnam habebat.

Habet etiam vltra temporale iudicium
35 periurus Dei ſententiam aduerſus eum;
ait etenim *Troyſ. d. Ritu* 79. vbi etiam
Conſtantinus Papa, quod Deum habet
vltorem.

Vt indicaui ſimiliter vltra præfata;per-
iurus,infamis efficitur, ꝙ eſt valdè turpe,
& iniurioſum mortalibus, *Couar. de pactis*
§.7.*primę partis,nu.*4.iuxta illud.

Meglio e'l morir, ch'à viuer con vergogna
36 probatur hoc in *l. ſi quis maior,la pen. &
ibi ſedes DD. C. de tranſ.* & hoc duplici
ratione,& propter calumniam,& propter
periurium,dum iurantes ritè agere;cauil-
loſè procedendo veniunt contra iuramẽ-
tum;*tex.*eſt aureus *in cap.*17.*infames* 6.*qu.*
1.Ibi *infames eſſe eas perſonas*(& ſequitur)
homicidas:periuras;(ac infra)*& qui fratres
calumniantur,aut accuſant, & non probant;*
confirmat *Bal.in leg.*1.*Cod.de fideicom.lib.
leg.2.C.de rebus cred.* & in *auth. ſi dicatur,
vl.col.C.de teſt.Lanſrancus in cap.quoniam
contra, verſ. teſtes,de probat. Rom. d.ſing.*
425.*& Guid.Papa ead. deciſ.*178.etiam *nu.*
4.cum *S.Ant.* infra citand.

Nec ſufficit punitio iſta; ſed augetur
periurij crimen, vt poſſit ex officio ſine
37 aliqua denunciatione per Officialem pu-
niri, vt in *cap. Regni Ad audientiam no-
ſtram,Rubr.quod ſit licitum accuſatori, &c.
vbi Campagna num.* 11. & voluerunt *DD.
in d. Conſtitutione Eos, qui ſcienter periu-
rant, de Periur.nu.*30.*col.*2.

Dum de calumnia iuratur in lites;iura-
mentum iſtud, aliud non eſt, quam aſſer-
38 tio,vel negatio de aliquo licito,poſſibili,
vel honeſto ſacræ rei atteſtatione firmata,
*Hoſt. ſua ſumma,in tit. de iure iurando, &
Archid.in cap.*1. 22. *qu.* 1. itaque terrere
omnes debet,nę id violent,& paruifaciãt.
tamen definitio iſta;quæ demõſtrat, quod
Deus atteſtatur,qui non fallit,neque falli-
tur,quia eſt via,veritas,& vita,ex *Foll.par.
1.ſua praxis,nu.*39.& ſemper quod ipſe de-
cipitur quoad homines; non quod decipi
poſſit, cum deceptione non ſit capax, be-
ne contra decipientes vlciſcitur, *leg.* 2.
*vbi gl.& Bald.C. de IureIur.gl. in leg.*1.*in
fine,C.ad leg.Iuliam Maieſt.*quamuis miſe-
39 ricordiarum pater dicatur, qui non vult
mortem peccatoris, ſed vt magis conuer-
tatur, & viuat, vt *in auth. non luxurientur
contra natur.* ait enim *Borrel. ſumma deciſ.*

de

*de periur.n.8.*quod ira Dei ob tale peccatũ
in populos deſcendit ex ſententia *Ioſue*
*cap.9.circa finem.*Ibi *Iurauimus ei in nomine*
Domini Dei Iſrael, & idcirco non poſſumus
eos contingere. Sed hoc faciemus eis, Reſer-
uentur quidem, vt viuant, ne contra nos ira
Domini concitetur, ſi ſpeierauerimus, S. Ant.
2.parte ſua ſum.tit.10.cap.7.§.4.
Cùmque hoc iuramentum, vt eſt viſum;
ex legis præcepto deferri debeat, iudicialé
eſt, & præſtatur in iudicio à parte parti; Iu-
dice approbante, *Pract. Papienſ. forma Iura-*
40 *menti; quod præſtatur à parte parti, ver: quo-*
niam maximum, nu.3. & praxis eſt, vt tactis
ſcripturis exhibeatur; ex *Theſ.in deciſ. Pe-*
dem.47.nu.4. ac aduertit idem *nu.16.*quod
manibus tangi debent ſcripturæ, non au-
tem ore, aut capite, & ibi plures recitat; nõ-
nulla alia enim iuramenta præſtantur ta-
ctis Euãgelijs; & ſignãter in approbatione
procuratorum ad Regia Tribunalia, vt
ego obſeruaui in me, licet *in prag.78.nu.3.*
Ill. Ducis de Alcalà, ſub 10. *Decembris* 1629.
41 *de officio S.R.*C. vlla mentio appareat de
iuramento ſuper Euangelijs. Ibi *quali pro-*
curatori habbiano da dare il giuramento,
&c. & ſic in ſcholarium doctoratu ſecun-
dum formam Conſtitutionum Pontif. Pij
IV. idibus Nouemb. 1564. anno 4. eius Põ-
tificatus; & ſub die 9. Decembris anno 5.
eiuſdem Pij Pontificatus; vbi traditur mo-
dus, quando ſcholares profitentur, & præ-
cipit, vt iurent ore, & manibus ità, *ſic me*
Deus adiuuet, & hęc Sancta Dei Euange-
lia.
Quam praxim extende etiam ad teſtium
depoſitionem; quod dum præuio iuramen-
to debent examinari; nam aliàs non ſunt
recipiendi, *cap.tuis 39. & cap.nuper 51. ex-*
tra de teſtibus, cap. presbiter 5.2.qu.4. cap.
42 *teſtes, l'vltimo, §.ne iuris iurandi, vbi gl.4.q.*
2. & 3. l.iuris iurandi 9. & l.ſi quando 18.C.
de teſtibus, Iaſ.in l.admonẽdi, n.189.ff. de Iur.
Iur. & in conſ.72.n.3. vol.1. Roman.cõſ.482.
num.1. Hyppol. de Marſ. ſingul.214. Andr.
Gayll. pract.obſer.lib.1.obſeru.101.n.1. Cot-
ta in memor.in verbo teſti non iurato, Franci-
ſc. Marc. deciſ. Delph.629. & Maranta ſua
pract.actu 6.nu.12. tenentur ſimilitèr, tactis
ſcripturis coram Iudice ſacramenta præ-
ſtare; ad hoc vt atteſtatio valeat; immo ſe-
cundùm *tex.in cap.hortamur 20.3.q.9.* etiã
tactis Euãgelijs, Ibi *tactis ſacroſanctis Euã-*
gelijs, præbito etiam legaliter ſacramento.
Nota hic congruentèr; quòd licèt di-
ctum ſit, eſſe puniendum periurij pœna, qui
aduerſus ſacramentum calumniæ venit, ca-
uilloſè procedendo in cauſa; poteſt euade-
re; & euaditur pœna iſta ex animi ſinceri-
tate; quod quamuis dederit fidem de ritè
agendo, ſi aliquis actus calumnioſus inſpi-
43 ciatur, ſi dolus non cõcurrit, mulcta peri-
urij minimè punitur qui iurauerit: dicta
Conſtitutione Eos, qui ſcientèr, argumento
tex.in l.qui iuraſſe 26.ff. de Iureiur. gl. in c.
breui 17. de Iure Iur. gl. in cap.1. de delict.
puerorum, ſecus autem ſi malitioſè calum-
niæ proponuntur, nam tunc fraus nemini
prodeſt, *l.1.§.ideo, ff.de doli mali, & metus*
exceptione.
Ratio eſt; nam licet iuramentum excu-
ſet à calumnia tacita, non excuſat à mali-
tioſa expreſſa, & euidenti, quin in periu-
44 rium; & calumniæ mulctam nõ incidat iu-
rans; ita *Alex. in l. ait prætor, in principio, ff.*
de Iureiurando, Mar. de Iur. cal.6.parte, num.
12. & cum eſſem ego aduocatus in quadam
modica cauſa, quæ ſolet occurrere inter
pauperes forenſes, pluries petij; vt de ca-
lumnia aduerſarius exhiberet iuramentũ;
& non fuit poſſibile; vnde fatigatus ex
eius duritia, tandem acquieui, citra preiu-
dicium aliquod: dum ſatis erat petitio ad
iuramenti exhibitionem. Et cum malam
foueret cauſam Conuencti patrocinator, à
quodam interlocutorio decreto appella-
uit, tranſmiſſis actis ad Iudicem ad quem,
erat in voto remittendi cauſam, per *tex. in*
cap. vt debitus honor 59. de appell. & prius-
quam decreuiſſet; aduerſarius idem expe-
diuit prouiſionem *M.C.V.* figurando in
petitione cauſæ remiſſionem; ante re-
miſſionis actum; appellando à grauamini-
bus; ꝙ non dixit cauſa remaneat; ego quia
ſemper ſum functus ſimplicitatis officio
obſtupui audiens tantam hominum perti-
naciam, perſonarum malitiam; & patroci-
nantium audaciam in calumniando: atta-
men prudentèr obtinui veras ab eadem
M.C. in contrarium prouiſiones; dum ſur-
repritiæ erant illæ ab aduerſario expeditæ
& ſic procuraui veram cauſę remiſſionem,
& dum erat, non dum ex traditis occulta
calumnia, ſed etiam manifeſta propter ap-
pellationem ab interlocutorio, ſecundum
gl.in leg.2.verſ. cauſa, Cod. de Epiſc. aud.
45 *Reg. Rou.ſuper prag.1. num.16. de Appellat.*
fuit optimè etiã cõdemnatus ad expenſas,
per *tex.in d.cap.vt debitus honor*; & adeſt *de-*
*ciſ.S.R.*C. apud *Dominum de Affl.* 42. vbi D
Addentes omnes; & meritò per *tex.in leg.*
eum, quem temerè 79. vbi gl. ff.de Iudicijs, l.
non ignoratis 4. vbi Bald. & Salic. Cod. de
fruct. & lit. expenſ. prag. 1. eod.tit. de Ex-
*penſ. de Affl.*iterum *in Conſtit. Regni Diuorũ*
principum, de Expenſ. quæ fiunt in litibus
per tot. & propriè *nu.3.* vbi ex cõmuni opi- C
nione cõcludit ad hãc materiam; quod ab
expenſarum condemnatione non excuſat
de calumnia iuramentum, adde *Caran. in*

Ritu

Ritu 175.Guid.Pap.decis.173.de Frãchis de-
eiſ.162.num.7.& Muſc.in 3.parte,gl. refor-
mando,ad finem.

Vnde expertus ſum in tali cauſa *Cara-*
uita veritatem;dum pro modica quantita-
te infra ſummã *Ritus* 115. & clarius *Ritus*
131.quod pertinax litigãs fuit ad expenſas
46 condẽnatus in duplum ſortis principalis;
vt in dicto *Ritu* 131.citatus *Auctor* demon-
ſtrat: quod quidem vnquã crediḋiſſem;niſi
manibus tetigiſſem, & fari poſſum,mali-
tia,& prauitate eorum plenam eſſe terrã.

Nec potuit in tali condemnatione ex-
penſarum iuſta allegari cauſa in litigan-
47 do,quæ ab expenſis excuſat,per *tex.in l.qui*
ſolidum 80.§.*etiam reſpublica; ff.de leg.2.de*
Affl. in Conſtitutione Sancimus, de iure con-
grui,num.23.fol.mihi 39.Guid.Papa ead.de-
ciſ. 173. *d.Conſtitutio Regni Diuorum, ead.*
prag.1.de Expenſ. Ibi, *vel ex iuſta cauſa ab-*
ſoluendum, vbi *Regens Rou.num.3. & 4.Ca-*
*rau.ſuper Ritibus 197.& 298.col.13.*vbi be-
nè de hoc diſputat, & declarat; dum talis
conuenctus non ſolum toties appellauit
de vno ad alterum ſuperiorem;ſed calum-
nioſè proceſſit ad omnes actus, quod vllũ
rationabile in excipiendo, & defendendo
fundamentum habebat;& ideo nimirum
videatur,ſi fuit condemnatus, dum poteſt
dicere.

Et io de l'error mio miniſtro fui.

Similitèr nõ potuit euitare expenſarum
condemnationem iſte temerarius litigans,
ob ſacramenti de calumnia inexhibitio-
nem, quoniam,vt dixi,vnquam voluit in
iudicio,(malitioſè) iurare; & dato, quod
eſset præſtitum tale iuramentũ,nec minus
iſtud excuſat ab expenſarum condemna-
tione, propter euidentes calumnias; vt de-
monſtraui ſupra per *D.de Affl.* in communi
ni opinione *DD.* ad allegat. *Conſtit. Diuo-*
rum, quod cõfirmatur ex *Alex.in l.properã-*
48 *dum,§.ſin autem adultera,num.21.* vbi *Iaſon*
ſimili modo *num.11. C. de iudicijs,Menoch.*
de præſumpt.lib.5.præſumptione 25.n.4. Pa-
nor.conſ.64.num.3. vol.2. Fulgoſ. *conſ.158.*
Anchar.in cap.finem litibus,de dolo, & con-
tumacia,nu.18.Seraph.de Seraph. de priuil.
iuramenti,priuil.34.n.6. faciunt dicta *Mar.*
ſuo ſpeculo,eod.tit.de iuramento,in fine,& de
C communi teſtatur *Paul.Granut.in Theore-*
mate 10.nu.12.

49 Iuſta deinde cauſa in litigando cogno-
ſci regularitèr non poteſt, ſed in Iudicis
arbitrium hoc remittitur, *Ruin. conſ.1.nu.*
24.lib.3.de Affl.in cap.1.num.21. ex quibus
*cauſis feud. amittatur,*congerit *Menoch. de*
Arbitr.Iud.caſu 177.lib.2.centur.2. num.2.
Cagnol.in l.qui alterius,de Reg. Iur. in fine,
Regen. Rou. ead. prag.1.num.5.de Expenſis,
& Muſc.in gl.reformando, num.54.par.3.2.
libri.

50 *Menoch.* verò vbi ſupra decem certos
connumerat caſus iuſtæ cauſæ in litigan-
do;vt poteris videre;quibus vnum ego ad-
do,& ſic ego iudicaui in quadam lite ver-
tente inter nonnullos ciues Pulcinenſes in
ſecunda inſtàntia delegatus Iudex per Ill.
Dominum meum colendiſſimum Ducem
Martinæ; conuenctum abſoluendo ab ex-
penſis,ad quas fuit condemnatus à Iudice
à quo;dum vlla cauillosa dilatio, aut ex-
ceptio fuit per eum propoſita; intendebat
enim non ſoluere creditum à creditore
petitum, quia paternam repudiauerat hæ-
reditatem,& propterea ad patris debitum
non teneri aiebat filius iſte in iudicio vo-
catus;at quia per actorẽ fuit probata hære-
ditatis paternæ expilatio, priuſquam eam
repudiaſſet; ſuccubuit in cauſa: dum re-
pudiandi amiſerat beneficium, & propte-
51 rea tenebatur, per *tex.* ſingularem *in l. ſi*
*ſeruum quis 70.*vbi *Bar.§. prætor ait, cum*
§.ſeq. ff. de acq. vel amitt. hæreditate, &
ità fuit à me deinde obſeruatum;nam ſem-
per, quod in proceſſu dilationes reuera
cauilloſè non fuerunt oppoſitę; quamuis
fuiſſet reus in prima inſtantia condemna-
tus,in cauſa appellationis fuit à me ab ex-
penſarũ cõdẽnatione abſolutus; prout do-
cet obſeruantia Dominorum de S.R.C.ſe-
cundum tradita per *Viſcont. ſuis iuris con-*
cluſionibus, verbo victus victori,fol.288. &
teſtatur *Iulius Cæſar Gallup. 3. parte ſuæ*
praxis,cap 1.ad finem.

Et hoc iure permittitur; nam ſi integrã
cauſam poteſt Iudex in ſecunda inſtantia
ipſe cognoſcere, quando à definitiuis eſt
53 appellatum; omnia grauamina illata in
actis reuocare tenetur, & ſi *Rouitus ſuper*
*dictam prag.primam,de Expenſis,nu.6.*indi-
ſtinctè dicat; quod in ſecũda inſtantia om-
nes debent condemnari ad expenſas, qui
ſuccumbunt, & non abſolui,ſi condemna-
ti reperiantur,at vtinam; & huius tanti vi-
ri ſententia eſſer in obſeruantia; quod for-
ſan omnes lites in primo iudicio ob talem
metum finem haberent.

Sed an abſolutus ab expenſis; ab ijs cen-
ſeatur immunis, quæ ex iure actionis pro-
54 ueniunt: remitto de hoc curioſos lecto-
res; & de alijs ad eundem *Rouitum vbi ſu-*
pra,à nu.4.vſque ad nu.7.

Calumniæ verò probatio; vt per eam
55 poſſit ad expenſas,& ad alias pœnas dam-
nari calumniator; tunc præcipuè poteſt di-
ci;quando quis,ſiuè in agendo, ſiuè in ex-
cipiendo perit in quacunque inſtantia,im-
partiri terminum ad probandum,& eo cõ-
ceſſo, vel non examinat poſt factam ele-
ctio-

Digitized by Google

ctionem examinatoris;vel non renunciat,
vel teſtes propter dilationem iudicij nil
deponãt,vt in *prag.59.ſub die 1.menſis Decembris* 1557.*de officio S.R.C.& prag. prima* Cardin. *Granuela vltimo Martij* 1574.
de Procurator. & hoc modo euidentiſſimè probata eſt calũnia, vt per plures DD.
docet *Maſcard.de probat.concl.*253.*in prin.*
& anteà voluit *tex. in l. athletas* 4.§. *calumniator,ff. de his, qui notantur infamia*,
vnde obſeruaui in *S.*R.C.in propria cauſa,
quod dũm quidã procurator perijt terminum ad repulſam teſtium, & illi non renũciauit,ſed facta electione examinatoris,
penitùs examinauit; hoc indicaui ſpectabili,ac Viro eruditiſſimo,ſimulq; integerrimo Præſidenti D.olim Petro Vrſino;qui
compelli mandauit procuratorem illum cauilloſum ad ſoluẽdum pœnam ducatorum duodecim,ſecundum ſanctionem adductarum *pragmaticarum*, & iure; dum
ſi non habebat bonam cauſam, non debebat iudicium ſuſcipere ad calumniãdum,
& ſi fuiſſet in vſu expenſarum condemnatio in d.S.R.C.etiam condemnatus fuiſſet
tempore ſententiæ prolatæ in mei fauorem.

Probatur ſimilitèr calumnia ex iſto memorabili modo in agendo ad lites; ſi quis
conuenctus ſuper aliqua re, quauis actione; & retinens publicam ſcripturam cantantem pro eius auxilio, quod ea præſen-
56 tata ſtatim cauſa terminatur,ſi non curauit eam demoſtrare; ſed voluit delectamẽtum habere in omnibus exceptionibus dilatorijs, declinatorijs, aut mixtis;& non
peremptorijs propter ſcripturas, quas habet;incipiendo à copia libelli,& opponendo carentiam actionis, & notorium defectum iuris agendi; ſed fatigatus etiam ipſe ſuis dilationibus in fine; poſt monitionem ad dicendum, facta concluſione, &
compilato proceſſu per teſtes à parte examinatos,ſuam publicam præſentat ſcripturam,de qua non potuit habere notitiam
actor;debet in iſto caſu tanquam cauilloſus excipiens ad expenſas condemnari; ita
*Cynus in l.1.C.vt quę deſunt Aduocat. Bald. in cap. exceptionem,circa princ. de Except. Dec.conſ.*240.& *Ber.Muſc.*qui hos,& alios
refert *in 3.parte,gl.appellari,nu.47.*

Et forſan ne tempeſtate mea hanc non
vidi practicatã doctrinam? certè, quod ſic
in cauſa inter nonnullos de Gambino Caianẽſes, & de *S*atalia; qui conuenctus iure aſſiſtẽdi ſuper quadàm poſſeſſione,reus
cartuloſum compilari fecit proceſſum, dũ
erat etiam ipſe profeſſor in iure; & inſtrumentum ſibi fauorabile de emptione,non
dum præſentare voluit in fine iudicij; ſed
nec minus curauit oſtendere illud:tali modo;quod fuit condẽnatus in petitorio, &
poſſeſſorio;& contra eum executa ſententia. Et hoc in anno 1638. quæ lis adhuc
durat per remedium appellationis in M.
C.V.nam cum eſſem ego Iudex delegatus
in ſecunda inſtantia per Excellentiſſimum
Principem Dominum Venuſinum famà
præclarum;ob caput ſuſpicionis in perſonã Magnifici V.I.D. Didaci Dãte;non potui ad aliquem actum deuenire; adeo ipſius
M.C. V. prouiſiones fuerunt promptæ ad
ligandas manus in procedendo.

Cumque dictum ſit, quod iurans de calumnia, iuramentum ſi non ſeruat incidit
in pœnam periurij,& quod ex officio poſſit puniri,eſt quærendum hic, quis nam de
hoc reatu compètens Iudex eſſe dicatur,
*Romanus conſ.*511.*& ſingul.*126. decreuit,
vt ſit Iudex ſecularis, ſi periurus ſit ſecularis; ſed ſi eſt clericus,certum eſt, quod debet puniri à ſuo Eccleſiaſtico ſuperiore,ſecundũ *Guid.Papa* etiam *deciſ.*178.*in princ.*
57 Ego namque puto, vt dato ſecularis periurij maleficium committat, vterque ſit
Iudex competens, quia *e*ſt commune crimen,& ab vtroque poteſt puniri,à ſeculari
quoad pœnam corporalem,ab Eccleſiaſtico quoad pœnam ſpiritualem, ſecundum
ſententiam *Sancti Antonini ſua ſumma* 2.
par. tit. 10. *cap.7.§.4.* & latiſſimè *Didacus* Couar.*pract.quæſt.cap.6.2.partis,num.*20.*de matrimonio,vol.*1.*& §.7.prima partis,in tit. de pactis,nu.4.* per *tex.in l. ſi quis maior* 41.
C.*de tranſactio.& in cap.infames,*alias citato 17.*in ordine 6.qu.*1. ac idem Rom. *ſing.*
426.

De pœna verò periurij,quæ ſit; dictũ eſt
ſupra, quod eſt extraordinaria; adde hic,
quod fit multiplicitèr, vt deſumitur ex
Menoch.de Arbitr Iud.caſu 319.*nu.9.Cam-*
58 *pagna in præludio capitulorum Regni,num.*
37.*& Proſpero Petra ad deciſ.Antonij Capycii* 75.*ad finem*,& ratio eſt,quod dũ multiplicitèr ſunt periuria,vt dicit idem *S.Antoninus eod.cap.7. ver.vno modo*: ideo ſecundum eius qualitatem, & grauitatem
imponitur pœna.

Nec officit,ſi opponatur, quod pœna
periurij non eſt impoſita calumniatoribus
ex iuramento non ſeruato propter dilungationes, & ſubterfugia in iudicijs oppoſita; ſed alijs grauiora periuria committentibus,v3. ſi aliquis promittat cum iuramento ſoluere ad certum tempus, & nõ
59 ſoluit:vel ſi iurauit iuramenti initi minimè abſolutionem petere, vt dixit de *Affl. deciſ.30.num.5.& 6.& ibi Vrſillus*,iſte incidit in periurij mulctam:ſic demonſtrare
quidem elaborauit Couarr.d.§.7.*de pactis,*

num.7. verſ.bis verò; ſed non valens talem
ſubſtinere opinionem *in fine* eiuſdem *n.7.*
firmanie, fore etiam puniendum periuriũ
procedens ex iuramento calumniæ; quan-
do per euidentem probationem conſtat
calumniç maleficium contra iuramentum
exhibitum, & hoc.per *tex. in c. cum poſitio-
nibus, il finale*, vbi *Ioannes Andr. de Excep-
tionibus in 6.* quod habet locum etiam ſi
per procuratorem aduerſus Sacramentum
calumniæ dilationes porrigantur, vt in
eod.tex. ibi. *Idem fiet ſi (te expreſsè mandãte,
vel etiam ex poſt facto ſciente; ac ratum ha-
bente, ſeu non reuocante) poſitiones, aut reſpõ-
ſiones huiuſmodi cõtrarias tuo nomine tuus fe-
cerit procurator*; quæ quidem ſententia non
minus timenda, quam memoriæ mandan-
da eſt; & ea inuencta multũ ipſe obſtupui.

Itaq; ſtante iſta veritate, non poſſumus
eam negare, at ſaltim limitare ſic.ſ. quod
ſemper, quod non conſtat, nec eſt euidens
calumnia; ſed præſumpta; nõ habet locum
dict. *c. cum poſitionibus* diſpoſitio; & iſta
prçſumptio non prçſumitur, ſi aduocatus,
60 procurator, vel pars ſit bonæ conditionis,
& auctoritatis, vt notarunt *Alex. in d. l. pro-
perandum 13. §. ſin autem alterutra, C. de Iud.
Anton. de Butr. & Abb. in cap. poſtremò, de
Appellat. & Decius conſ. 175. vol. 1. in cauſa
falſitatis, 5. columna.* Et ex hoc conſulo ad
præſens mortalibus, clientibus, ac litigan-
tibus, vt ſtudeant, quem debeant in patro-
num eligere; & ſic Doctorẽ virũ probum,
diuitem, & non pauperẽ, ſapientem, & non
ignarum, liberalem, & non auarum, veridi-
cum, & non cauilloſum; iuuenem potius,
quàm ſenem, licèt ſemper ſit honoranda
ſenectus, & multis bonis cauſis, & prçci-
puè, quod memoriam prçteritorũ retinet,
vt per *Io: Franciſcum de Leonardis in tract.
de Magiſt. præfationibus operis, n. 13.* nullate-
nus eſt iuuenis magis, quam ſenex laborio
ſus; & ad honoris laudem conquirendam
plus vigilat, labori non parcit, & ſtudio li-
bentius vacat; & ideo veritatem facti po-
tius de recenti cartarum volutione habet;
quam ætate doctor grauatus, qui cum non
poſſit adeo elaborare ſemper, nonnulla
omittit, & memoriæ antiquæ lectionis cõ-
61 ſilus incidit in dictum, *labilis memoria ho-
minum, quæ ſemper decipitur*, per *tex. in l.
peregrè 44. ff. de acq. vel amitt. poßeſſione*; vn-
de ſi quis ſecundam habet mentẽ, vt omniũ
prçteritorũ recordetur, non humanæ natu-
ræ; ſed Diuinæ prouidentiæ eſſe tribuen-
dum, dixit *Imperator Iuſtinianus in l. 1. ad
finem, C. de veteri iure enucleando, Hipp. de
Marſ. conſ. 78. num. 30. & Matth. de Affl. in
Conſtit. Cultus iuſtitiæ, rub. 31. de cultu Iuſti-
tiæ, nu. 7. vol. 1.* Sint igitur oculati litigan-
tes in electione prædicta; nam vltra quod
agitur de toto aſſe cauſæ; etiam de facili
poſſunt in aliquam pœnam incidere ob
patrocinantium incuriam, aut malitiam,
ad non veritatem fatendã, ſed ad iudicium
ſubterfugiendum; nec aliquo poterũt opi-
62 tulati iure, cum mala electio ſit in culpa,
per *tex. in l. vel per literas 2. ff. ſi menſor falsũ
modum dixerit*, & voluit *de Nigris in c. Re-
gni Caſtellanos, nu. 17. de caſtellanis, & ſer-
uientibus*; vnde ſibi ipſis, & non alijs eam
debent imputare, *l. ſi opera 6. ff. doli mali ex-
cept. Vincentius de Franch. dec. 536. num. 10.*
& ſic, vt viſum eſt, ipſi principales ex male-
ficio periurij ob iuramentum de calum-
nia benè tenentur.

Pœna altera eſt cauilloſarum perſona-
rum, quæ tantum per dilatorias exceptio-
nes, & aereas præſumptiones, nõ iuſtitiam;
ſed eius finem inuigilant euitare; ſi iſti da-
to termino ad probandum in prima inſtã-
63 tia, non probant, & de ſubſtantia ponant,
cum nil probare poſſint, ſi tandem compi-
latis actis, veniant condemnati ad ſortem
principalem petitam, & expenſas, appel-
lando in ſecũda inſtantia nõ audiuntur, ni-
ſi prius erogatas reficiant expenſas, vt
per *Regiam Prag. 2. de Expenſ. vbi Rouitus*;
lariſſimè, *Borr. ſumma dec. volum. 2. tit. 39. de
Expenſis, & Riccium*, qui ſufficit pro mille
collect. deciſ. 116. vbi alios cumulat ad ſatu-
ritatem.

Et vltra hoc, dùm temerè appellarunt,
quia caput aliquod rationabile nõ retinẽt,
nam illud propoſuiſſent in primo iudicio
vltra mulctam de reficiendis expenſis;
64 etiam Iudicis arbitrio poſſunt puniri, ita
Io: *Ferrarius lib. 2. de appel. cap. 2. Rou. ſuper
Pragm. prima, num. 29. eod. tit. de Appell.* &
pœna iſta arbitraria poteſt extendi ad mo-
dum, quem docuit doctiſſimus *Menoch. de
Arbitr. Iud. lib. 2. cent. 5. caſu 445. num. 2. &
de Affl. deciſ. 276. n. 7.* vbi etiam demonſtrat
temerè appellantem, quando ſic appellare
is dicatur *n. 9. & caſu 194. n. 29.* & quod pe-
ius à tali arbitraria condemnatione non
poteſt dici, vt ſit grauatus, vt releuetur per
recurſum ad ſuperiorẽ poteſtatẽ, quia quã-
do Iudex facit, vel non facit quod eſt in
eius arbitrium, nemo videtur grauatus, cũ
65 iuſta, & rationabili cauſa ad id motus cen-
ſeatur, ita *Innoc. in cap. fin. n. 5. ver. item di-
xit, extra de ferijs*, & congerit alios, & latè
hoc explicat *Rouitus vbi ſupra, num. 25. 26.
& ſeq.*

Puniuntur ſimilitèr tales calumnia-
tores non dum ab humana, ac etiam
66 à Diuina Iuſtitia, de qua nemo po-
teſt conqueri; dum iuxta laborem
tribuit mercedem, iuxta peccata
pœniten-

pœnitentiam imponit, reddens vnicuique
ſecundùm opera eius, & ſic ſi peccant lin-
gua calumnioſi Doctores, hinc inde con-
tra ueritatem opponendo; ſicut ait *Regius
Proph.pſ.56.* & lingua eorũ quaſi gladius
acutus; eodẽ modo puniũtur dũ in extre-
mo iudicio eorum os obturatur, & enſe di-
uinæ Iuſtitiæ lingua calumnioſa obtrunca-
tur, vt fari nõ poſſit ante Dei conſpectũ in
ſupremo Tribunali quæ ad eius defenſio-
nẽ forẽt. Ait enim Dominus apud *Luc. 6.*
Eâdem quippè menſura; qua mẽſi fueritis;
remetietur vobis. Si igitur lingua ſuper-
fluis verbis, & calumnioſis dilationibus
cõtra proximũ ſe oppoſuit, illa innodabi-
tur, & cruciabitur ad inferos. Diues quoq;
qui lingua peccauit pauperem expellẽdo
Luc.16. panis micã, & aquæ guttam dene-
gando, exclamat nunc ad tartara, Pater
Abraham mitte Lazarum; vt intingat ex-
tremũ digiti ſui in aqua; vt refrigeret me
aliquantulũ; quia crucior in hac flamma;
& nota, quod loquitur in ſingulari nume-
ro, *flamma*, quæ denotat pœnam ſitis; dum
eduxi abatur in gutture; & optima ratione;
Nam quæ ſunt oblectamenta homini pec-
canti; ſunt inſtrumenta Deo punienti.
Similiter legitur apud *Alph.Vigliega in
vita Præcurſoris*; quod illa puella, quę pro-
pter choreas optauit, Sanctum Prophe-
tam decapitari, & eius caput in donum
petijt; fuit vita orbata quadam die in
aquis ſummerſa, illarum glacies quaſi
mucro ceruicem ipſius decapitando, ſi er-
go fuit ipſa occaſio, vt Ioannis decidere-
tur caput; eodem modo capite ipſa Diui-
na prouidentia debebat eſſe priuata, reli-
ctis alijs exemplis.
Et ſi attendamus quæ refert *Aeneas 6.*
67 *Aeneidos*, quandò ductus ad tenebrarum
prouinciam diuerſa inſpiciendo; deſignat
qualiter amantes crucientur ibi; per hæc
carmina.

*Nec non, & Tityon terra omniparentis
alumnum,*
*Cernere erat: p tota nouẽ cui iugera corpus
Porrigitur: roſtroq; immanis vultur abũco
Immortale iecur tundens; fecundaq; pœnis
Viſcera, rimaturq; epulis, habitatq; ſub alto
Pectore; nec fibris requies datur vlla rena-
tis.*

eſt confitendum; quod pœna datur parti
corporis, quæ deliquit, amantes igitur
amando iecore peccant. ſecũdum carmẽ.
*Splendidere facit, cogit amare iecur; in ie-
core punitur.*
Nec hyperbolæ ſunt quæ loquor ego;
68 dum permultos DD. ſine loquela mor-
tuos in eorum infirmitatibus vidi; & quod
illa ſit pœna talium calumniatorum, dicit
*gl.in §.item ſurdus, Inſt. Quibus non eſt per-
miſſum facere teſt.* meminit *Gallup.in præ-
ludio 3.partis ſuæ praxis, ſupra nu. 21.* & te-
ſtatur *Fr.Vincẽtius Ferrinus Dominicanus
in lima 208.vniuerſali omniũ vitiorũ, p. 1.*
Poteſt etiam cauilloſus patrocinator
finita calũnia criminaliter accuſari, ſecũ-
69 dũ tradita per magiſtralẽ *gl.in l.& in pri-
ma: is 3.ff. ad Turpill. Oinot.* alias citato *§.
item actoris, ſupra nu. 12.* vbi cæteri *Scriben-
tes Inſt. de pœna temerè litig.* & dixit *Mara.
ſua prax.eod.tit.de iur.cal.in fine*; & hoc pa-
ter, dũ ſupra diximus *in princ.huius rubr.*
per doctrinã *Rom.* quod calumnia eſt deli-
ctum, & ideo pro tali crimine etiam poteſt
criminalitèr puniri cauilloſus: vnde nota;
quod ſi duo ſint rei cõuencti, vt in *tit.Inſt.
de duob.reis, §.duo, pluresq. rei, vbi DD.* &
ambo calumnioſè aduerſus creditorẽ ex-
cipiunt, vt lis fiat immortalis; ſentẽtia, quę
poſt longeuũ tẽporis curſum ſequitur, ad-
uerſus omnes ſuũ ſortitur effectũ, & ſi vnus
illorũ eſt ſoluẽdo, aduerſus eũ exequitur,
cedens actor eidẽ cõuencto aduerſus cor-
reum repetẽdi actionẽ, ſecundũ opinionẽ,
quę poteſt colligi ex doctrina *Bar.in l.Mo-
deſtinus, ff. de ſolut.* At ego contrariũ puto
firmiori, ac magis rationabili fũdamẽto,
vt exequatur aduerſus omnes cõuẽctos, &
70 condemnatos, dũ hodiè correus quatuor
habet beneficia, vt à creditoris eximeatur
manibus, nempè exceptionẽ diuiſionis; vt
in *Auth.hoc ita, C.de duobus reis, de Franch.
deciſ.417.nu.13.* & colligitur ex *D.de Affl.
deciſ.142.* Quãuis diuiſionis beneficiũ hoc
non ſẽper prodeſſe videatur excipienti; &
tunc maximè, quando correus non eſt ſol-
uendo, vel eſt abſens, vel renunciauit tem-
pore obligationis beneficio huic, ac in
nonnullis alijs caſibus traditis per *gl. &
DD.in d.auth.hoc ita, Anton. Gom. var. re-
ſol.to.2.c.12.de duobus reis, per totum*, habet
etiam correus beneficium excuſſionis; be-
neficium cedendarum actionum; & bene-
ficiũ alterum, quod dicitur vtilis actio, ſe-
cundum DD. nuper citatos; & ideo eſt ob-
ſeruantia ſublata antiquæ *legis 3.§.1. ff. de
duob.reis, & l.1.C.eod.tit.* quoniam erat in
arbitrio actoris; quem de inſolidum obli-
garis conuenire volebat.
Et ſic Tabellionũ ſtilus, ſiuè clauſula,
quę ſolet in obligationibus apponi; *inſoli-
dũ*; non operatur, vt ab vno creditũ exiga-
71 tur, ſed facta antea diſcuſſione prędicta,
totum ab altero, qui eſt ſoluendo deinde
petatur: tametſi quando correus eſt ab-
ſens, vel alias impeditus, vt poſſit ab
eo peti rata obligationis, vt ſupra di-
ctum eſt per doctrinam *gl. in d. auth.
hoc ita*, ſine aliqua diſcuſſione; creditor
poteſt

poteſt totum creditum ab eo tecuperare,
ex clauſula, *inſolidum*; & ſi defunctus
eſt vnus correorum in obligatione per-
ſonali, cum actiones actiuæ, & paſſiuę trã-
ſeant ad hæredes, ſi conueniantur, & ſen-
tentia fuerit ſimpliciter prolata; quia eſt
extincta perſonalis actio; realis, quæ rema-
net; non obſtante de ſolido pactum, intel-
ligitur tantum pro rata defuncti ipſa ſen-
tentia ſimpliciter prolata, cum lex ſic in-
terpetretur obligationem eorum, ſecun-
dum doctrinã *Iaſ. in l. ſtipulationum 2. §. ex
his, nu. 6. ff. de verb. oblig. Scaccia de ſentent.
gl. 14. qu. 22. in princ. ver. confirmatur*, ſed ſi
obligatio defuncti nõ perſonalis, ſed rea-
lis fuerit indiuidua, vti obligatio itineris
præſtandi, hæredes tenentur inſolidum,
vt in *d. §. ex his, vbi Bar.*

Quod quidem habet locum non dum in
hærede correi; ſed etiam in ipſis principa-
72 libus inſolidum obligatis: vt quando ſen-
tentia ſimpliciter promulgetur, vnuſquiſ-
que pro rata teneatur, nõ ad omnem obli-
gationis quantitatem, *l. paulus, la 2. & 43.
in ordine, ff. de re iud. l. ſi quis ſeparatim 10.
§. quoties, ff. de Appell. & vtrobique DD.* &
præcipuè *Bar.* & *Caſtr.* ità *Scribẽtes* omnes
*in l. 1. C. ſi plures vnica ſent. Scaccia vbi ſu-
pra, Surd. conſ. 150. nu. 35. lib. 1. Boer. deciſ.
310. num. 4. 5. 6. & ſeq. de Affl. deciſ. 215. in
princ. Gizzarell. deciſ. 12. nu. 2. & Giurba
deciſ. Sicil. 46. nu. 1.*

Secùs autem ſi ſententia fuerit lata per
hæc verba, *Condemnamus inſolidum*;
nam tunc quilibet condemnatorum pro
73 ſolido tenebitur, *Gizzar. eod. nu. 2. & Do-
minus Ricc. collect. deciſ. 246.*

Et redeundo ad calumniatores iudicij
finem dilatantes; ſi plures conuenti ad
ſortem principalem, & propter euidentem
eorum calumniam condemnatio fiat de
expenſis, tam ſi ſimpliciter ſit prolata ſen-
tẽtia; quam cum clauſula, *inſolidum*, ſem-
per pro ſolido exequitur pro expenſis prę-
dictis aduerſus quemlibet correorum,
quod quidem eſt memoria dignum, cum
74 procedat ex doctrina pręclariſſimi viri
*Scipionis Rouiti ſuper prag. prima, de Sin-
dic. nu. 68.* ſed vno ſoluente, debent mini-
mè cæteri moleſtari, *tex.* eſt aureus *in l. 1.
§. ſi plures*, vbi *Bar. ff. de eo per quem factum
erit*; & declarat optimè ibi *gl. in verſ. poe-
nam; & l. ſi plures 18.* ſecũdum *gloſæ* expli-
cationem, *ff. de dolo malo.*

Attamen, ſi actor vellet conuenire, ſiuè
accuſare reos de calumnia, quia delictum
eſt: omnes inſolidum tenentur, & vno ſol-
uente cęteri non liberantur à maleficio,
cum quilibet puniendus veniat; ita præ-
75 cepit *Vlp. in l. item mela 11. §. ſed ſi plu-
res*, vbi *Bal.* & in *l. ita vulneratus 52. §. æſti-
matio, cum ſimil. ff. ad l. Aquil. l. vulgaris 21.
§. ſi duo, ff. de furtis, l. ſi quis id 7. §. in ſeruos,
& l. ſequenti, ff. de iuriſd. omn. Iud.* & confir-
matur per *Imperatores Diocletianum, &
Maximianum in l. 1. C. de conditione furti-
ua, gl. ſeq. in medio in cap. Abbas 2. de ijs, quæ
ui, metuſue cauſa fiunt, Bonifacium de Ma-
leſ. ſub rub. de Iniur. nu. 40. & rub. de dam-
no dato, n. 75. & Boer. ead. deciſ. 310. in prin.*
cum coronide *tex. in l. 1. C. ſi reus.*

76 Et hæc dicta ſufficiãt ꝓ Reipublicę vti-
litate ad calumniãtiũ materiã, nã de reli-
quis calumniatoribus, qui iniuſtè alios de
crimine inculpant, & de illorum pœna
adeas *Menoch. de Arbitr. Iud. caſu 322.*

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitiam miniſtrantes quandoque delin-
quere videntur.*
2 *Concuſſio quid.*
3 *Concuſſionis crimine qui teneantur.*
4 *Concuſſionis crimine tenetur officialis fi-
nito officio, etiam criminaliter.*
5 *Concuſſionis crimen an publicum ſit.*
Leges debent concordari.
6 *Crimina quomodocunque ſint, publica cen-
ſentur de iure canonico.*
7 *Actiones duæ ex quocunque maleficio ori-
untur ciuilis, & criminalis, ſed quando hoc
non procedat.*
8 *Ceſſante ratione legis, ceſſat etiam legis diſ-
poſitio.*
*Actiones ciuiles, & criminales, quæ oriuntur
ex maleficio ſunt coniunctiue, vt vna ele-
cta, altera non tollatur.*
9 *Concuſſionis crimen quot modis poſſit pa-
trari, remiſſiue.*
10 *Concuſſor qualitèr puniatur, eſt magna quæ-
ſtio.*
11 *Arbitraria poena, & Iudicis arbitrium tunc
dicitur, quando à iure non eſt expreſſum
aliquid ſuper re: de qua agitur.*
12 *Concuſſionis poena quæ ſit.*
13 *Poena quadrupli in crimine concuſſionis di-
uiditur inter Fiſcum, & perſonam concuſ-
ſam, ac intereſſe paſſam.*
14 Menoch. & Vital. *laudantur, ſed quomodo
eorum opinio ſaluetur, dum dicunt, poenam
concuſſionis eſſe arbitrariam.*
15 *Officiales quomodo debeant eſſe, & ſe habe-
re in officio.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Concuſſionis crimen qualitèr, & à quibus committatur, & quomodò puniatur.

DE CONCVSSIONE

CONCLVS. VII.

QVoniam, & ad iuſtitiam miniſtrandam electi quandoque delinquere ſolent, vt *Vlpian. ad Edict. lib. 1.* dixit *in l. 1. ff. de Concuſſionibus*; & delictum inter cętera, quę poſſunt patrari, minarum eſt ex officij authoritate; vt de-
1 monſtrat *gl. in cap. 2. verſ. concuſſeritis 23. qu. 1.* ideo leges condendi poteſtatem habentes aliquam terminationem ſuper hoc facinore reliquere ſcriptam, vt videre eſt in præſenti rubrica.

Concuſſionis itaque crimen, ſiuè concutere, aliud nō eſt, quam metu dignitatis,
2 qua quis fungitur aliquem ad aliquid agēdum opprimere, per *tex. in d. l. 1. ff. de concuſſion. & gl.* in relato *c. 2. eod. verſ. concuſſeritis*, ſicut meminit *Campagna in cap. Regni Vulgaris 260. de ſindic. offic. nu. 13.*

Et ad hoc tenentur omnes, qui propter officium, quod retinent metū inferunt ad aliquid peragendum, vel non, vt in allegatis iuribus probatur; adiuncto *tex. in l. iu-*
3 *bemus 4. C. ad l. Iuliam repetundarum, & l. quoties 17. C. de dignit. lib. 12.* & vt digito demonſtrentur qui verè ſint iſti, qui poſſunt præuaricare in hoc; propriè ſunt ij, qui prætoris retinent dignitatem, & clarius loquendo capitanei dicuntur, telijs alijs quomodocunque, & quomodolibet alia officia miniſtrantibus, extendenda à maioribus Conſiliarijs, ad baiulorum Iudices materiam hanc, vt *in d. l. 1. & 2. ff. de Concuſſ.* & plenè per *Vitalinum de maleſ. in rubr. De Crimine concuſſionis, num. 2. fol. mihi 456.* & meritò hac pœna puniuntur; dum magis ipſi delinquere videntur, quā delicta per eos punita; quoniā potius veniunt ad iuſtitiam opprimendam, quam ad eam miniſtrandā; & ſic metu, quod iniuſtum eſt permittunt perfici, vel euitari;
4 vndè finito officio, in ſindicatu criminalitèr veniunt puniendi, ex *Foll. practicrim. prima parte, rub. ſtudeat ſe ornare; nu. 18.*

Difficultatur de duobus; an hoc crimē ſit publicum; & an pœna arbitraria puniendum?

5 Quoad primum adducitur *tex.* litteralis *in d. l. 2. ff. de concuſſ.* Ibi *Concuſſionis iudicium, publicum non eſt*, & hoc pro parte negatiua, pro affirmatiua verò affertur *tex.* in alias citata *l. Iubemus, C. ad leg. Iul. repet.* vbi *Bal. Salyc. & ceteri.* Ibi *vel poſt adminiſtrationem depoſitam, in publicum prodeat.*

At cum non patiatur per *DD.* legum contrarietas; nec earum correctio, ſed modis omnibus eſt earum concordantia attendenda; vt docuit *Imperator Conſtantinus in l. vnica, C. de inoffic. dotibus*; debemus *tex.* iſtos allegatos concordare rationabili concordia, ſcilicet vt crimen concuſſionis ſit priuatum; ſi reſpiciamus perſonam priuatam, cui eſt facta concuſſio; dummodò perſona ſit priuata, & non publica; vti Sindicus, ſi verò conſideramus concuſſionem in perſonam concutientis, & ſic Officialis, qui metum, & concuſſionem intulit dum in officio deliquit; publicū dicitur crimē, & ſic, cuilibet de vniuerſitate, ſiuè prouinciæ competit accuſatio, ita elegantèr non minus, quam eruditè habetur apud *Angel.* etiam in *tract. de malefic. verbo, & ad querelam Titij infraſcripti, nu. 46. fol. 28. at. Menoch. de Arbitr. Iudicum, caſu 342. nu. 11.* ſic etiam poteſt eſſe publicum; quando Officialis ex concuſſione pecuniam accepit, *l. 2. ff. de concuſſ.* vbi *gloſa* notabilis, & hæc omnia de iure ciuili ad ciuilium ſanctionum intelligentiam;
6 cum iure canonico indifferentèr omnia crimina publica cenſeantur, & omnia infament: propter peccatum mortale, *cap. omnes 2. & cap. ſeq. cum gl.* ſingulari in *cap. infames 17. ibi. fures 6. q. 1. Innoc. c. 2. de collus. detegenda, & Io. Fab. §. fin. Inſt. de poena temere litig.*

Sit crimen quomodocunque iſtud cōcuſſionis, ſiuè publicum, ſiuè priuatum; nā actio, quæ ex eo oritur duplex eſt, (vt de
7 omnibus maleficijs ſolet) vna ad cōmodum perſonæ, quæ paſſa fuit concuſſionē, & dicitur ciuilis; & altera criminalis nuncupata; ad vtilitatē Fiſci, pro pœna ſtatuta, *tex.* eſt *in leg. meminiſſe, leg. vltima, cum gl. ff. de furtis, & gl. Accurſii in leg. fin. ff. de priuat. delictis*; benè *Paris de ſind. verſ. ſindicantur officiales, nu. 2. fol. mihi 40. at.*

Limitatur tamen, quando perſona priuata damnum paſſa non accuſat; ſed cum actio ſit publica, alter forſan de populo denunciat, nunc etenim, & iſto caſu, tantum criminalis actio attenditur pro pœna Fiſci, cum ciuilis ceſſet; dum non adeſt ſubiectum, cui damnum reficietur, nam ceſ-
8 ſante ratione enunciatæ *legis meminiſſe de furtis*, ceſſat & illius diſpoſitio, *l. quod edictum 33. ff. de pactis, l. adigere 6. §. quamuis nulla, ff. de iure patron.* & ferè in terminis *Dominus de Franch. deciſ. 536. num. 6.* ſi

ergo

ergo ſecundùm adducta permittitur ciui-
lis actio pro refectione damni ad certam
perſonam,& criminalis quoad ius Fiſci;ac
coniunctiuè procedunt,nam vna electa,al-
tera non tollitur, ſecundùm *Aug.eod.verſ.*
*& ad querelam Titij,num.*10.ſi ceſſat perſo-
na priuata,cui eſſet reficiendum damnum,
ceſſat pęna ciuilis, & licèt alter accuſet,ne
delicta remaneant impunita ; quando pu-
blicum eſt crimen, attenditur tantum ius
Fiſci quoad criminalem actionem;dum ci-
uilis non eſt attendenda ſine priuata per
ſona damnum,& intereſſe paſſa.

Quòad ſecundum quando Officialis in
crimen concuſſionis cadit per modos po-
9 ſitos à *Carrabba de Sindic.offic.2.parte in fi-
ne,rub. Querelæ concuſſionis,fol.*186.*à Pariſ-
de de ſindic.eod. ver. Sindicantur etiam offi-
ciales,nu.*2.*&* 3.*& de Vitalinis de malefic.hoc
tit.noſtro*, qui multa dicit,& ſignantèr,quod
debet puniri ad reſtitutionem quadrupli,
quod extorſit: pœna *l. Iuliæ repetundarum,*
pœna falſi; pœna calumniatoris; & alijs, vt
eſt videre apud ipſum *à num.*3. *vſque ad fi-
nem,ead.rubr. de crimine concuſſionis.*Nulla-
tenus;*in fine num.*2. ait,quod pro tale faci-
nore officialis extraordinariè punitur ad
10 arbitrium Iudicantis, & portat *tex. in l.
quod euitandi* 3.*C.de condictione ob turp.cau.*
vbi altera littera non legitur, niſi iſta.
*Qui memor cenſuræ publicæ poſt reſtitutionẽ
pecuniæ, etiam concuſſionis crimen inultum
eſſe non patietur*, concordare videtur *gl.in
d.l.* 1. *ff.de concuſſ.verſ.coercet,*& tenet *Me-
noch. de Arbitrar. Iudicum dicto caſu* 342.
*eod.num.*11.

Sed ſalua eorum pace firmare hic contra
eos contrariũ cogor, hac ratione. Tunc.n.
pœna in arbitriũ Iudicis erogãda remitti-
11 tur,quando à iure ſpecificè non eſt ſtatuta,
*l.*1.*§.expilatores,ff.de Effractoribus.*Ibi.*Qui-
bus nulla ſpecialis pœna reſcriptis principali-
bus impoſita eſt.Idcirco cauſa cognita liberum
erit arbitriũ ſtatuendi ei, qui cognoſcit,l.hodie*
13.vbi *gl.ff. de pœnis,l.ſeruus la prima §.fin.ff.
de iure delib.l.ſanctio legũ* 41.*eod.tit.de pœn.*
*Alber.de Gandino in tract. de maleſ. rub. de
queſt. & torm.n.*14.*& Viu.in ſilua commun.
opin.opinione* 417. *in princ.* cum igitur in
crimine concuſſionis certa pœna cenſea-
tur ſtatuta,ceſſat Iudicis arbitrium circa
eius terminationem.

Pœna etenim eſt reſtitutio rei per con-
12 cuſſionem extortæ, & quadrupli illius
valoris compoſitio,*l.*1.*vbi gl.et Salyc.C.ad
l. Iuliam repet.* Ibi. *Verum etiam, quod ipſa
à Prouincialibus noſtris rapuerit, aut ſuſtule-
rit, in quadruplum exoluat inuitus,*& confir-
mat *tex.in cap.ſancimus,el pen.*1.*q.*6.*& Vi-
tal.vltimo loco tit.*

Nec obſtat ſi opponatũr, quod iſta pœ-
na quadrupli eſt tãtum quoad ciuilitatem,
habens reſpectum ad refectionem damni
ſpoliati,non verò quoad criminalitatem;
circa pœnam,quæ à Iudice pro Fiſco debe-
tur, & ſic quoad iſtam dicitur arbitrium
Iudicis procedere.

Reſpondetur, & quoad intereſſe partis,
& quoad pœnam Fiſci tantummodò qua-
druplum attendi ; duplum enim ad vnum,
13 & duplum ad alterum debetur,& ſic diui-
ditur,niſi fortè turpiter ſit pecunia ſoluta,
*tex.*eſt clarus *in l.cõſiliarios* 3 *C.de Aſſeſſor.
§.pro confeſſo,*vbi ſic diſponitur. *Eaque in
quadruplum reſtitui iubemus, quæ docebun-
tur ablata, vt duplum ſpoliatus accipiat, &
duplum noſter Fiſcus acquirat*, & ſubſtinet
*gl. in d. l.*1. *ad legem Iuliam repetundarum,
ver.in quadruplum.*

At defẽdi poteſt,& ſaluari,vt decet,opi-
14 nio de *Vitalinis, & Menochij*, cum non
modicæ auctoritatis ſint inter legales *Seri-
bentes*, & ſic,vt tunc arbitraria dicatur pœ-
na criminis de concuſſione, quando for-
ſan, qui metum intulit,pecuniarum aliquã
quantitatem nõ accepit, ſed tantum reue-
rentia, & officij dignitate aliquid prohi-
buit fieri, nempe, ne accuſatio eſſet porre-
cta, ne atteſtatio de aliquo maleficio eſſet
inuenta,& de ſimilibus,vt videtur *in d.l.*2.
ff.de concuſſion. quoniam nunc,cum tantum
concuſſio interueniat, ſine extorſione, &
receptione nummorum in intereſſe par-
tis, non poteſt dici, vt concuſſor puniatur
ad reſtitutionem rei ſubtractæ, cũ quadru-
pli adiunctione; ſed Iudicis arbitrio relin-
quitur puniendus.

Procurent itaque omnes cuiuſcunque
15 officij munere fungentes, vt in gubernatio
ne ſe gerant, ſicut voluerunt Imperatores
*Theodoſ. & Valent.in l.fin.C.ad l.Iuliam re-
petundarum,et Summus Pontifex in cap.San-
cimus,el pen.*1. *qu.* 6. nam contrarium fa-
ciẽtes imminet illis iudicium,quod vocat
eos ad reddendam rationem villicationis,
& ideo rectè ſe habeant in omnibus,& con
cuſſionis crimen neque ſine intereſſe, neq;
cum intereſſe partis committant, quo-
niam circuitum faciunt inutilem in extor-
quẽdo, quæ reſtituenda ſunt,cum quadru-
plo, & peccant, & de hoc ſindicantur
apud Deum, & apud homines; apud iſtos
finito officio, apud illum finita vitali vir-
tute, nam ſic volunt iura *in cap. paratus* 2.
in fine, & cap. militare 5.23. *q.*1. per hæc
verba. *Neminem concuſſeritis, nulli calum-
niam feceritis: Sufficiant vobis ſtipendia ve-
ſtra.* Itaq; ſi alias operare intendunt, offi-
cia non optent, in eorum animæ,& corpo-
ris detrimentũ,cum conditionis amiſſione.

S V M-

SVMMARIVM.

1 Digeſtum Infortiatum difficilius eſt omnibus, alys Digeſtis, & quare.

2 Subſtitutus inſtituto, ſi ſine liberis decodat, an ſi alienius Religionis habitũ ſumat, ſuccedat per mortem iſtam ciuilem, & vſque ad num. 27.

3 Legatum relictum ſub conditione, ſi heres decedat ſine liberis; Si fiat Religioſus, & priuſquam decedat; moriatur legatarius, cui debetur, ſucceſſoribus legatary, vel Monaſterio, & vſque ad finem.

4 Mors ciuilis naturali æquiparatur, ſed quando, num. 6. 22. & 23.

5 Mortis ethymologia quæ.

Mortis definitio qualis.

Mors ciuilis à naturali multum differt.

6 Mortis appellatione, ſemper de naturali intelligitur, tam ſi à iure, quàm ſi à Principe, vel à teſtatore de ea fiat mentio.

Donatus Antonius de Marinis laudatur, & num. 16.

7 Monaſterium cenſetur loco filij ad excludendum ſubſtitutum.

8 Teſtator præſumitur diligere Monaſterium non minus, quam filios hæredis.

9 Monaſterium dato, quod loco hæredis, et non fily cenſeatur, etiam ſubſtitutum excludit.

10 Bartoli opinionem; quod per Monaſterium excludisur ſubſtitutus, perplures DD. ſequuntur.

11 Legatum mulieri relictum ſub conditione, ſi non nubat, ſi matrimonium contrahit, debetur legataria, & quare.

12 Subſtitutus excluditur; non dum ſi hæres fiat Monachus, ſed etiam ſi fiat Clericus, ſed quæ requirantur.

13 Monachus vix ciuiliter dicitur mortuus.

Monachus retinet iura ſanguinis in Religione, & num. ſeq.

14 Monachus Religionis in communi capacis, ſic ſuccedit ſuis ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſicut ſuccederet, ſi eſſet ſecularis; ſed bona acquiruntur Monaſterio.

Laudatur Regius Conſiliarius Scipio Theodorus.

15 Monachi in Regno Franciæ non ſuccedunt, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato.

16 Monachi tempore profeſſionis tantum minimam capitis diminutionem patiuntur.

Deportati, & maximam, & mediam, & minimam capitis diminutionem patiuntur.

17 Monachus Superioris licentia poteſt eſſe teſtis.

18 Monachus cum Abbatis venia poteſt in iudicijs comparere ad proſequendam iniuriam forſan ſibi factam.

19 Monachus poteſt liquidare inſtrumenta de facie ad faciem ſibi ſtipulata.

20 Monachus cuius Religionis poſſit eſſe arbiter?

Religiones quæ poſſunt poſſidere in communi indicantur.

21 Tex. in l. gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſth. qualiter intelligatur.

22 Vxor agens pro reſtitutione dotis; ſufficit mors ciuilis eius mariti per Religionis ingreſſum, vt audiatur.

23 Legitima matri debetur in bonis filij ſtatim poſt profeſſionem emanatam in Religione per ipſum filium.

24 Subſtitutus quibus in caſibus per Monaſterium non excluditur.

25 Religio Capuccinorum Sancti Franciſci non poteſt poſſidere in communi.

26 Subſtitutum per Monaſterium non excludi, deciſum eſt.

27 Deciſ. Senatus Aragoniæ apud Seſſe 44. declaratur cum littera tex. in c. in præſentia de probat.

28 Legatum, aut fideicommiſſum poteſt ad hæredes tranſmitti, declara num. 37.

29 Hæreditatis petitio ad hæredes tranſmittitur.

30 Stipulationis conditionalis ſpes tranſit ad hæredes.

Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates eſt validum, ſed quando, demonſtratur num. 33.

31 Tex. in l. vnica, C. qui ante apertas tabulas ponderatur.

32 Tex. in l. ſi pontionilla, C. quando dies leg. ced. quomodo intelligitur.

Nemo dat quod non habet.

33 Tex. in §. ex conditionali, Inſt. de verb. oblig. declaratur.

34 Clauſula Tabellionum, pro ſe, & hæredibus ſuis, in contractibus quamuis non expreſſè apponatur, tacitè intelligitur adiecta.

Euictio eſt de natura contractus; tamen plus operatur expreſſè, quam tacitè.

35 Legatum ſub conditione relictum, vt debeatur, vt perfectus ſit conditionis actus neceſſe eſt.

36 Subſtitutus non ſuccedit dato ſit de ſanguine teſtatoris, ſi conditio appoſita non adimpletur.

37 Legatum quando ad hæredes legatarii ſpectet, & non ad Monaſterium per ingreſſum inſtituti, qui profeſſionem emanauit.

Voluntas teſtatoris pro lege habetur.

Subſtitutio poteſt fieri, tam inſtitutionibus, quàm legatis, vel fideicommiſſis, aut mortis cauſa donationibus.

38 Dictio tantùm eſt dictio taxatiua, quæ non extenditur vltra caſum enunciatum in dicta dictione.

39 Clauſula, non aliàs, nec alio modo, quid operetur.

ARGVMENTVM.

Legatum ſub conditione relictum, ſi hæres ſine liberis deceſſerit, ſi fiat Monachus, per quod dicitur ciuiliter mortuus, an debeatur, & ſi non debetur prædefuncto legatario, ſi deinde naturalitèr moriatur hæres, ad quem ſpectet? ad ſucceſſores legatarij, vel ad Monaſterium?

DE CONDITIONIBVS INSTITVTIONVM. CONCL. VIII.

INter leges omnes, quas *Iuſtinianus* noſter Imperator recolligi mandauit in pandectarum libris, vt in *l.* 1. *&* 2. *C. de vet. iure enucl.* quę in volumine Inforтiati cõtinẽtur, omnibus difficiliores sũt; ſic ethymologati ethymologia deſignãs ex compoſitione. In .i. valdè, & fortiatũ.
1 hoc eſt fortè; quoniam leges multum fortes in eo ſunt. Quapropter fuerunt carmina cum conuenientia compoſita.

Sum liber en fortis diſponens ſpolia mortis,

Et clauſis portis, me diſcat lector in hortis.

Nam re vera nil magis difficile mihi videtur, quàm voluntatem eorum, qui non ſunt in eſſe declarare, interpetrando defunctorum intentionem, & cum mihi cõtingat ad pręſens ſuper hac materia peragere; lectores exoro; vt eo labore; quo hæc hic ego ſcripſi, inſpiciant; vt magis iurium veritatem dignoſcant, nam ſic honoris; quæ ſunt digna coronabuntur laurea.

Quędam mulier ex nobili genere deſcendens, cum plurium antiquitate annorum tempore, quo vitam temporalem cum eterna mortis intermedio commutauit in ſtatu de ſecundis nuptijs, hæc inter cætera legata, & fideicommiſſa reliquit.

Item laſcio docati cento à N. mia figlia.

Di più vuole eſſa teſtatrice, che morendo il Dottore N. ſuo figlio, & herede sẽza figli legitimi, e naturali, il giardino nel luogo detto N. ſia di eſſa N. mia figlia tantum, & non alitèr, nec alio modo.

De primo legato hic nõ loquimur, dum illud eſt purum, & fuit adimpletum.

De ſecundo verò benè peragitur ad præſens, cum ſit ſub conditione. & latè diſputatur, dum hæres inſtitutus à teſtatrice fuit ingreſſus Religionem Angelicam Sancti Patris Dominici, & ante duos profeſſionis menſes, Religionem ipſam hæredem inſtituit, quia nec nupſit, nec aliquo alio modo ciuilitèr filios habuit, ſucceſſit mors legatariæ, ſiuè fideicommiſſariæ ipſius Iardeni, ante naturalem obitum hæredis, ab ipſa nobili teſtatrice inſtituti, dubitatur de duobus.

2 Primò, an debeatur dictum legatum, ſiuè fideicommiſſum legatarię, ob ciuilem mortem hæredis, per ingreſſum Religionis.

3 Secundò, an naturalitèr mortuo dicto hærede monacho, legatum debeatur filijs legatariæ; aut alijs ipſius legitimis ſucceſſoribus, vel legatum dicatur caducatum in beneficium Religionis.

4 Ad primum dicas, deberi legatum virtute ſubſtitutionis, ſi hæres ſine liberis moriebatur, ex ciuili eius obitu, per ingreſſum Religionis, dum ciuilis mors naturali æquipararetur, per *tex. in l. Gallus* 29. §. *& quid ſi tantum, ff. de liber. & poſth. & in l. ſi deceſſerit* 4. *ff. qui ſatiſd. cog. & ff. pro ſocio, l. actione* 65. §. *publicatione.*

Vera tamen eſt in contrarium opinio, à qua non eſt recedendum, tam in conſulendo, quàm in iudicando.

Et à nomine mortis incipiendo (relicta eius ethymologia, quod dicatur à
5 morſu primi parentis, dum ab illo tunc mors in Mundo triunfare cœpit) definitionem attendendo; quoniam omnis de aliqua re inſtitutio debet à definitione proficiſci, iuxta *Tertullianam* ſententiam .i. officiorum, ex ea patet veritas, cum mors aliud nõ ſit, quam ſeparatio animæ à corpore, ſiuè ablatio, vel priuatio vitæ, ſic *Napod.* latiſsimè *in Conſuet. Neapol. Si mulier nupta, num.* 48. *fol. mihi* 238. qua mortis definitione perpẽſa, clarè conſtat, ciuilem mortem à naturali differre, & ei non æquiparari, contra argumentum adductum; vnde in iſto caſu, ad hoc vt habeat locum ſubſtitutio, naturale lethũ requiritur, ex *text. in l. ex ea parte* 121. §. *in inſulam, ff. de verb. obligat. l. cum pater* 79. §. *hęreditatem*, vbi *gloſ. ver. mortem, ff. de leg.* 2. *l. ſed ſi mors* 14. *ff. de don. inter vir. & vxor. & l. Statius* 48. §. Cornelio *Felici*, vbi *Bart. ff. de* Iure *Fiſci*; immo ſemper, quod de morte loquimur, de naturali intelligi
6 debet, tam ſi à lege, quàm ſi à Principe, vel teſtatore mentio fiat, *Reg. Rou. ſuper prag.* 2. *de iuriſd. inuicem non turb. in allegationibus Regij* Conſiliarii *Cæſaris Freccia, n.* 76. *Donat. Anton. de Marin.* Doctor inter modernos authoritatis permagnæ in ſuo labore vtillimo *quot. reſolut. cap.* 166. *n.* 7. *in prima impreſſione*, nec iure aliquo patitur, quod ad ciuilem extendatur mentio de morte, cum fiat, dùm de naturali capit sẽper intelligentiam, niſi in caſibus à iure

ex-

expreſſis, aut conſimilibus morti natura-
li, vt tradiderunt *D. Franciſcus Merlinus*
nunc Regius Conſiliarius meritiſſimus,
virtuteq; egregius *contron.for.cap. 52. nu.
14. & 17.* & per plures *DD. Præſes Hiſpa-
nus Ioſeph. de Seſſe deciſ.* Aragon. *tomo 1.
deciſ.44.in princ.* Itaq; cum in caſu noſtro
hoc non ſit expreſſum, nec conſimilis mi-
litet ratio; vt ciuilis valeret quantũ natu-
ralis mors, cẽtum eſt, qđ per ciuilẽ mortẽ
huius hæredis per ingreſſum in Monaſte-
rium; ſubſtitutus non conſequitur ſubſti-
tutionem, ſiue legatum.

Quam quæſtionem in terminis propo-
nẽdo legum interpres *Bart.* ſic magiſtra-
litèr cõſuluit *conſ.1.per tot.* cõcludens, ſub-
ſtitutum excludi per Monaſterium, quod
7 fuit ingreſſus inſtitutus, dato quod non
procreauerit filios; Monaſterium etenim
loco filij iſto caſu habetur, *gloſ.in Auth.
Niſi rogati, C.ad Trebell.glo.in §.ſed et hoc
præſenti, col.9. Auth.de Sanctiſs.Epiſc, gl.
in Auth. Si qua mulier, C.de SacroSanct.
Eccleſ.gloſ.in l. ſi ita quis 135.§.ſi ea lege,
ver.intereſt, ff. de verb.oblig. Couar.var.
reſolut.volum.2.lib.1. cap.19. num. 6.* Io:
*Campeg.de dote 4. par. 60. quæſ. ſub nu 2.
& Tiraquell.in l.ſi vnquam, C.de reuoc.don.
ver.libertis, num.84.*

Verumtamen per multos non patitur,
vt dictus *Couar.* ait vbi ſupra, quod Mo-
naſterium loco filiorum cenſeatur, & cõ-
firmat *Cepoll.conſ.36.num.8.vol.1.* ſed be-
nè loco hæredis, vt aduertit *Seſſe vbi ſup.
num.19.*

Reſpondet *Tiraquellus vbi ſupra*, in hoc
caſu non eſſe verum, quod Monaſterium
cenſetur loco hæredis, ſed veri filij ad ex-
cludẽdum ſubſtitutum; dum teſtator præ-
ſumitur, & dicitur diligere Monaſterium
magis, quam filium, & comprobant dicta
8 *Card.Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.11.tit.7.
num.7.*

Et dato loco hæredis cenſeretur Mona-
9 ſterium, quoniam expreſsè eſt ab ingre-
diente inſtitutus ſuper rebus ſubſtitutioni
ſubiectis in actu, ſi non habebat liberos;
magis excludit ſubſtitutum in iſto caſu,
quàm ſi loco filij cenſeretur; quoniam
text.in cap.in præſentia 8. de probat. non
loquitur, vt Monaſterium reputetur loco
filij, ſed hæredis, ad excludendum ſubſti-
tutum, vt adnotauit *Bart. in Auth. Niſi
rogati, §. ſed & hoc præſenti, C. ad Senatuſ-
conſ. Trebell.* & meminit *Couar. d. num.6.*
& ſic quomodocunq; ſit, ſiuè Monaſteriũ
loco filij, ſiuè loco hæredis habeatur, ex-
cluditur ab eo ſubſtitutus, ita optimè
Vrſill. ad D. de Afflict. deciſ. 348. num. 6.

Vnde cum vera ſit *Bart.* doctrina *in d.
conſ.1.* quæ dependet ex *deciſ.d.cap.in præ-
ſentia, & Auth. Niſi rogati, C. ad Senatuſ-
conſ. Trebell.* dependentis à §. *ſed & hoc
præſenti, de Sanct. Epiſc.* & ibi Angel. &
Salic. per plures *DD.* eam ſequuntur *Ripa
in d.Auth.Niſi rogati, num.37. & in l.ex fa-
cto, §.ſi quis rogatus, ff.ad Trebell. Dyn.in l.
10 ſi ita quis, ff.de verb.oblig. Couar.vbi ſupra,
Peregr. de fideicom. art.28. per tot. Tiraq.*
alias citato loco *num.91. Card.Mantic.eod.
tit.7. D.Franciſc. Merlinus d.cap.52. n.15.
Boer.* latiſsimè *dec.354. n.2.4. & 12. & Viu.
in ſylua com.opin.opin.840.n.1.* vbi fatetur,
iſtam eſſe communem, & magis commu- C
nem opinionem, quam ipſe confirmat ex
diuerſis allegatis *n. 2.* nec non *Bernardus
Landrianus Mediolanenſis in add.ad Bar.d.
conſ.1.* poſt multos hinc indè per eum ad-
ductos pro, & contra *Bar.* doctrinam, &
tandem, concludit, à tanti viri authoritate
pro Monaſterio non eſſe recedendum,
ac *Viu. opin. 841. num. 1.* iterum firmat
idem.

Nec ſine rationabili fundamento *Bar.
d.conſ.* mouetur, ſed optimè ſuam confir-
mat opinionem. ponamus caſum, ipſe ait,
quod teſtator ſic leget, relinquo Seiæ cen-
tum, dummodò non nubat, alias ſuccedat
Titius, ſi legataria matrimonium contra-
11 hat, diſpoſitione tali non obſtante; adhuc
ſibi deberi legatum concludit per *text. in
l.hæres meus 78. ff. de condict. & demonſtr.*
faciunt dicta *Peregrini vbi ſupra num. 74.
& Couar. eod. cap.19.ſupra nu.10.* & adeſt
alter *text.in l.mulieri, & Titio 73.* vbi *gloſ.
ff.eod.de cond. & demonſtr.* Ibi legat teſta-
tor mulieri, & Titio centum, dummodò
ipſa mulier non nubat, ſi contrahit matri-
monium, benè quinquaginta debentur, &
ſic excluditur ſubſtitutus, non obſtante
contraria voluntate teſtantis ratione ma-
trimonij, oh quãto magis fauore nũc Reli-
gionis in caſu noſtro debet ſubſtitutus
excludi, dum eſt ſpirituale matrimonium,
deſpõſando Sanctã Religionem in ſpõſã,
& ſi fauore Mũdi tanta conceditur facul-
tas cõtra hominum voluntatem, quantò
magis debet concedi in fauorem Eccleſię,
ſiuè Dei?

Et hanc concluſionem amplia, vt non
dum per Monaſterium excludatur ſubſti-
tutus ob ingreſſum hæredis, ac etiam per
Eccleſiam, ſiue Capellam per Sacerdo-
12 talem ordinem inſtituti, ſi dictam Eccle-
ſiã inſtituat, ſeù dotet de omnibus hære-
ditarijs bonis, vt apertè probatur per *tex.
in d.§.ſed & hoc præſenti, Auth. De Sanctiſ-
ſimis Epiſcopis.* Ibi. *Si perſonæ talibus cõ-
ditionibus ſubiecta, ſiuè maſculi, ſiuè fœminæ
Monaſteria ingrediantur, aut clerici, aut*

diaconiſſæ, aut aſcetriæ fiant; tales conditio-
nes inualidas, & pro non ſcriptis eſſe. Hoc
autem ſolatio, & clerici, & diaconiſſæ Eccle-
ſiarum fruantur, ſi vſq; ad ſuam vitam in his
perſeuerauerunt, vt res ſub tali conditione
donatas, aut relictas, ad pia opera expendant,
aut relinquant. Quam applicationem
approbarunt Decius conſ. 259. Ruinus cõſ.
153. latè Mantica eod. tit. 7. num. 22. Pere-
grinus allegato articulo 28. nu. 90. & Boe-
rius d. deciſ. 354.

Ad quorum comprobationem dictorũ
probare hic intendimus, poſſe ſubſtitutum
per Monaſterium in præſenti caſu exclu-
13 di, cum Monachus vllo modo dicatur
mortuus, non dum naturalitèr, ſed nec
minus ciuilitèr, ſi, et in quantum, dum
iura ſanguinis retinet in Religione, ſic
de Marinis per text. in Auth. ingreſſi, de Sa-
croSanct. Ecleſ. cap. 253. quotid. reſolut.
num. 15. & cap. 78. num. 3. ita & talitèr,
quod ſi Monaſterium Religionis ſit bo-
norum capax, ſic ſuccedit ſuis tàm ex te-
ſtamento, quàm ab inteſtato; ſicut ſucce-
deret, ſi eſſet ſecularis, & cum Superioris
licentia adire hæreditatem poteſt, licèt
14 bona Monaſterio acquirantur, cum in
particulari Monachus nil retinere poſſit,
& facit hic vulgata regula, quicquid ac-
quirit Monachus, acquirit Monaſterio,
per tex. in Auth. ingreſſi, C. de Sacroſanct.
Ecleſ. & quod poſſit ſuccedere, & adire
Monachus capacis Religionis, ſubſtinue-
runt Viuius opinione 1. ſuæ ſyluæ, num. 6.
Arnon. de Sancto Angelo epitome 67. Man-
tica de coniecturis vltim. volun. lib. 8. tit. 12.
num. 33. Regius Conſiliarius Scipio Theo-
dorus integritate fulciens alleg. 36. in prin.
D & ſic fuit deciſum apud Capell. Tholoſan.
deciſ. 226. vbi Addentes, & ratio eſt, nam
licet Monachus non dicatur de hoc ſæcu-
lo, nihilominus in Conuentus beneficiũ
tempore profeſsionis, & ſuitatis, & agna-
tionis iura bene remanent ad ſuccedẽdũ,
ſecũdùm Molin. de primog. Hiſp. lib. 1. cap.
13. num. 73. & ſeq. quem refert Theod. vbi
ſupra, & adnotauit Mantic. eod. num. 33.
immo dixit Vrſill. ad Afflict. deciſ. 348. in
fine, quod Nouitius non poteſt renuncia-
ciare hæreditatibus delatis ſine permiſſu,
ſiuè interuentu S. Pontificis.

Tamen eſt verum, quod hoc fallit in
Franciæ Regno, dum ibi ſecundùm Con-
ſuetudinem, Monachi cuiuſcunq; Ordinis
15 profeſsi ab inteſtato non ſuccedunt, attẽ-
ta atteſtatione Boerië ead. deciſ. 354. cui
credendum eſt tãquam illius Regni Pro-
uinciali, & dixit Peregr. eod. art. 28. nu. 91.
& hoc etiam confirmatur, vt Conſuetudo
tantam retineat vim in non ſuccedendo,
per Card. Mant. alias citato lib. 11. tit. 7.
num. 9.

Corroboratur concluſio contra primũ
argumẽtũ, quod mors ciuilis æquiparatur
16 naturali, vnde mortuus ſic Monachus, ſub-
ſtitutã non excludit, quoniã certũ eſt; quod
Religioſus nec minus poteſt benè dici ci-
uilitèr mortuus in Mundo, dum tempore,
quo profitetur alteram capitis diminu-
tionem, quàm minimam non patitur, ſi
credendum eſt authoritatis multæ viro,
omni laude digno D. de Marinis vbi ſupra,
per doctrinam Bart. & aliorum in præfata
Auth. Ingreſſi, ſicut contrarium dicimus
de ijs, qui & maximam, & mediam, & mi-
nimam diminutionem capitis perdunt, vt
condemnati ad metallum antiquitus, ho-
die verò deportati in Inſulam. Idem Seſſe
relata deciſ. 44. num. 17. & Regens Rouit.
ſuper pragmat. 1. de iuriſd. inuic. non turb.
nu. 54.
17 Probatur aſſertio, quod Monachus ſit
tantum minima diminutione capite mi-
nutus, dum Superioris licentia poteſt eſſe
teſtis in ciuilibus, & ſignãtèr ſi eſt de Or-
dine Mendicantium, cap. nuper 51. vbi glo.
de teſtibus, §. Monachi quoq; Inſtit. Canoni-
ca de probat. Viui. com. opinionum, opin.
995. nu. 2. Franciſ. Aret. conſ. 160. quod in-
cipit, longa eſt conſultatio, col. 13. & ſeq.
ſic de obſeruantia teſtimoniũ facit Pract.
Pap. de forma iur. teſt. ſub num. 32. & firmat
de Marinis vltimo loco citato.
18 Eodem modo poteſt Monachus in iu-
dicio comparere præuia Abbatis venia
ad proſequendum iniuriarum actionem,
ſecundùm deciſ. Capell. Tholoſ. 88. vbi D
Scribentes in additionibus.
19 Similitèr & inſtrumenta liquidare in
ſeculo ſibi de facie ad faciem ſtipulata,
vt fuit determinatũ in perſonam Fratris D
Alexandri Neap. de Ordin. S. Auguſt. vt
refert Galc. de liquidat. inſtr. parte 1. 2. par.
rub. & cuius nomine agat, num. 11. & 12. fol.
mihi 73. & ſeq.
20 Nec non cum Prioris permiſſu etiam
eſſe arbiter, ac arbitrator, dummodò ſit
de Religione, quæ poteſt poſſidere in cõ-
muni etiam bona immobilia, ſecundùm
S.C.T. ſeſſ. 25. de reform. cap. 3. vti eſt Reli-
gio Diui Dominici, Seraphici Patris San-
cti Franciſci, & aliæ, quas enunciat Bulla
Sanctiſſimi Patris Pij V. ſub 1. die Octob.
1567. Pontificatus eius anno primo, dixit
Seſſe ead. deciſ. 44. num. 14. et Regens Rouit.
ſuper rub. de arbitr. & arbitr. à princ. ad fin.
quem vide, quare Monachus Religionis
in communi nõ poſſidentis, nec arbiter,
nec arbitrator eſſe (etiam ſi Præpoſitus
id concedat) poſſit.

21 Text.

21 *Text.* verò contra adducti, vt eis reſpõdeamus, non obſtant in caſu noſtro, dum, vt tetigi, loquũtur de morte ciuili, quæ cũ naturali conſimilis eſt, & eundem producit effectum, & ſic eſt intelligẽda *lex Gallus* : & *lex ſi deceſſerit*, vt declaratur per eundem *Rouit. ſuper pragm. 2. de iuriſd. inuic. non turb. num. 52. & 76.* & dictus de *Seſſe* alleg. *deciſ. 44. num. 4.* & vt delucidetur veritas duo hic demonſtrãtur ad hoc caſus.

22 Primus, ſi maritus ingrediatur Religionem, & profiteatur; ſi vxor agit pro reſtitutione dotis, debet reſtitui ſtatim, non expectato naturali obitu, quia ſufficit ciuilis, quæ pro naturali habetur, cum mortua ſit ſpes viro de iterum redeundo ad Mundum, & verè vxor ſuo ſocio dicitur orbata, ſic per plures authores firmat latiſsimè *D. Merlinus d. cap. 52. nu. 18. cum ſeq.*

23 Secundus eſt, ſi filius ingrediatur Religione incapacem bonorum in particulari, ſecus in communi, & mater petat legitimam de iure ſibi debitam ſuper bonis filij, iſto caſu mors naturalis non eſt expectanda, ſed ſufficit ciuilis, quæ cum naturali conſimilis eſt, ita dictus *de Marinis* alleg. *cap. 253. num. 15.* nam alias, quando caſus non eſt expreſſus, vel ciuilis mors nõ ſit quaſi naturalis; vnquam ſub mortis mentione ciuilis comprehenditur, & tunc præcipuè quando quis ingreditur Monaſterium bonorum in communi capacis. Idem *Seſſe* alleg. *deciſ. 44. num. 25.*

24 Eſt tamẽ verum, quod poteſt multipliciter limitari firmatus articulus, cum detur caſus, quòd ſubſtitutus per Monaſterium non excluditur.

Primò, quando quis ingreditur Monaſterium, illud hæredem ſubſtituendo, ſed poſtea profeſſionem minimè emanare videtur, vt per plures *DD.* firmat *Peregr. ſupra* citato *art. 28. num. 61.*

Secundò, quando ingreditur Religionem incapacem bonorum ſtabilium in communi, & in particulari, vt eſt Religio Capuccinorum Sancti Franciſci, per *deciſ. S. C. Trid. ſeſſ. 25. cap. 3.* de qua mentionem
25 facit *Praſ. de Franch. deciſ. 14. num. 13. & Card. Mantic. eod. lib. 11. tit. 7. num. 9.* iſto enim caſu ſubſtitutus non excluditur, ſed ſuccedit ſtatim poſt mortem ciuilem, profeſſionis actu mediante, *Mantica vbi ſupra num. 8.* qui perplures cumulat authores, & ſic ſequitur *Pereg. eod. art. 28. nu. 62. & 63.* & relatus *Seſſe deciſ. 44. à num. 15. vſq; ad num. 23.*

Tertiò, quãdo Monachus non eſt mortuus ab inteſtato, nec ante profeſſionem *M*onaſterium fecit hæredem, ſed extraneos inſtituit, & iſto modo ſubſtitutus nõ excluditur, quia Monaſterium non ſuccedit; ita *Bartol. Capoll.* cum rationis diſcrimine *conſ.* alias citato 42. *nu. 3. vol. 1.*

26 Sed his non obſtantibus contrarium fuit obſeruatum, vt per *Boer. ead. dec. 354. num. 4.* & pluries deciſum in Hiſpania, apud eundem *Seſſe d. dec. 44.* quod dato D
Monaſterium ſit bonorum capax, non excludit ſubſtitutum, ſed tantum, donec Religioſus viuit vſusfructus bonorum eſt cõuentus, eo poſtea mortuo, conſolidatur, cum proprietate, quæ ſubſtituto debetur, vt *ead. dec. 44. num. 26.*

27 Poſſet reſponderi, quod forſan adeſt conſuetudo, ne Monaſterium ſuccedat, vt ſeruatur in Gallia ex ſupra notatis, vel forſan Monachus non inſtituit Monaſterium tempore profeſſionis. & ſtante quod non dicitur mortuus verè, ſed tantum ciuilitèr Religioſus, ipſo viuente vſusfructus omni iure ei debetur, mortuo poſtea, quia alium hæredem, hoc eſt Conuentum non inſtituit, eſt factus caſus, vt ſubſtitutus à teſtatore vocatus ſuccedat, & hæc mihi videtur optima ad illam deciſionem declaratio.

Nec obſtat regula, quod quicquid acquirit Monachus, acquirit Monaſterio, & ſic bona ad Conuentum, & non ad ſubſtitutum ſpectabant, nam eſt clara reſolutio, quod ius non erat acquiſitum Monacho, dum ſubſtitutus fuit datus, ſi ſine liberis decedebat, facto caſu datur reſtitutio bonorum, nam licèt Monaſterium cẽſeatur loco filij, vt latè ſcriptum eſt, cum iſta fictio oppugnet, quamuis Eccleſiæ fauor inſpiciatur, ſi tamen inſtituitur Monaſterium hæres; per iſtam expreſſam inſtitutionem excluditur ſubſtitutus, dum eſt factus hæres, cuius loco ſuccedit Religio, vt diximus per *tex. in d. c. in præſentia*, & colligitur ex *Boer. eadem deciſ. 354. num. 4.* ſatis abundè demonſtrat *text. in* alleg. *§. ſed hoc præſenti, Auth. de Sanctiſs. Epiſcop.* Ibi. *Vt res ſub tali conditione donatas, aut relictas ad pia onera expẽdant, aut relinquant*, & declarat *Peregr. eod. art. 28. ſupra num. 61.* & ſic facta inſtitutione in Monaſterium expreſsè; ſubſtitutus excluditur, & magis adæquatam quidem reſpõſionem non inuenies ad concordantiam *deciſ. Senatus Aragonum*, dum contra tot iura, & *DD.* authoritates videretur ceſſiſſe.

Iſta tamen in caſu noſtro non faciunt, dum ſubſtituta deceſſit ante mortem Monachi, & ſic mors omnem quæſtionem diſſoluit; vnde benè legatum eſt Mona-

ſterio caducatum per mediam perſonam Religioſi inſtituti, qui ſuperuixit ſubſtitutæ.

Ad ſecundum dicas, quod dato ſit præ-defuncta ſubſtituta, legatū nihilominus ad ipſius hæredes benè ſpectat, & nō ad Monaſterium ex pluribus.

28 Primò per *text. in l. vnica, C. qui ante apertas tab.* vbi probatur, quod hæreditas ſiuè legatum, aut fideicommiſſum poteſt tranſmitti, per hæc verba. *Quod §. etiam ſuper legatis, ſeù fideicommiſſis à patre, vel à matre, auo, vel auia, proauo, vel proauia derelictis locum habeat*, & ſic conſtat, quod loquitur etiam de diſpoſitione parētum, ſicut in caſu noſtro, & aduertit ibi *gloſ. in ver. Derelictis*, vnde ſatis probatur, legatū eſſe ad hæredem ſubſtituti tranſmiſſum.

29 Secundò, in proprijs terminis conditionalis ſubſtitutionis loquitur *text. in l. ſi Pōtionilla 3. C. quando dies legat. ced.* vbi *gloſ. Bald. Salyc.* & cæteri *DD.* per hæc verba. *Petitionem ad hæredem tranſmiſit, licet ante decederet, quam conſequeretur legatum, vel fideicommiſſum*, itaq; clariſſimè patet, illius legatariæ hęredibus actionem ad legatum acquirendum competere.

Tertiò, adeſt *text. in §. ex conditionali, de verb. obligat. Inſt.* vbi habetur, quod ſpes conditionalis ſtipulationis tranſmittitur

30 ad hæredes, ſed ſic eſt, quod de cōtractibus ad vltimas voluntates argumentū eſt validum, *l. fin.* & ibi *Salyc. C. de leg.* concludendum igitur eſt in præſenti caſu, legatū ad legatariæ hæredem eſſe tranſmiſſum poſt naturalem mortem Religioſi.

At in contrarium eſt veritas, & allegata non obſtant ex reſolutionibus ſequentibus, quibus poſitis, deindè ad concluſionem facti deueniam.

31 Circa *text. in l. vnica, C. qui ante apertas tab.* non obſtat, quoniam loquitur de hæreditate, legato, vel fideicommiſſo puro, & non conditionali, vnde ex diuerſis illationem fieri prohibitum eſt. Vltra quod *text.* iſte loquitur clarè, quod legatum ad hæredem legatarij tranſmittitur, non virtute ipſius legati; ſed ſubſtitutionis, quæ à legatario fieri permittitur, vt legatum purum ſibi debitum, & non obtentum ſit Titij, quoniam eſt ei acquiſitū ius, & probant verba ipſius legis. Ibi. *In liberos ſuos cuiuſcunq; ſint gradus, vel ſexus, derelictam ſibi hæreditariā portionem poſſe tranſmittere*, & ſic dat poteſtatem, vt tranſmitti poſſit, nō quod tranſmiſſa ſit, & ſignantèr in caſu noſtro: dum legatum eſt conditionale, & priuſquam ius legatariæ acquireretur, deceſsit; vnde *gloſ. in d. l. vnica, ver. derelictis* meritò improbat nonnullorum temeritatem præſumentium ex iſto *text.* quod hæreditas ſub conditione ſit ad poſteros tranſmiſſa.

32 Quoad *text. in d. l. ſi Pontionilla*, nullius momenti, & conſiderationis indicatur, quoniam & ſi de legato conditionali loquitur, illud poterat tranſmitti ex conditionis adimplemento, per quod erat quæſitum ius ad legatum conſequendum priuſquam moreretur legataria, vt declarat ibi *gloſ.* & patet ex verbis ibi *Si Pontionilla ad eam ætatem peruenerit, cui legatum, vel fideicommiſſum relictum erat*, & ſic dum per annorum forſan duodecim conditio fuit adimpleta, tranſmiſſio legati nō poterat impediri: non ſic eſt in caſu noſtro, dum legataria deceſsit ante conditionis adimplementum, & per conſequēs dum non eſt ius quæſitum, non poteſt ad alios tranſmitti, iuxta illud, nemo in alterius vtilitatem cedit quod penès ſe non retinet, *l. nemo plus iuris 55. ff. de regul. iur. Pract. Papienſ. in forma libelli. Quo agitur ex ſub. ver. qui ex eis ſuperuixerit, ſub n. 4. fol. mihi 437.* Nec valet replicatio, ſi fiat, eſſe completam conditionem per ingreſſum Religionis, dum Monachus in profeſſione deceſſit, cū reſpōſio ſupra latè ſit firmata, & quod naturalis mors (vltra allegata) Monachi ſit attendenda, dum ciuilis non ſufficit, vt ſubſtitutus ſuccedat, docet *Praſ. de Francb. deciſ. 14. num. 14.*

33 Quantum ad *text. in §. ex conditionali* Reſpondet ibi *gloſ. in ver. contingerit*, nēpè, non poſſe extendi huius §. authoritatē ad legata, cum non detur in hoc validum argumentum, quoniam non eadem militat ratio, vt voluerunt *Angelus, & Oinot. Inſt. de lege fuſ. can. toll. n. 6.* vbi *Addentes*, quod diſcrimen probat præcitata *gloſ. d. ver. contingerit. §.* vt ideò ſtipulatio ad hęredes ſtipulantis tranſmittatur, quoniam tempore contractus ipſius ſtipulatoris factum interuenit, volentis ſibi proſpicere, ac hæredi ſuo, *l. veteris 13.* vbi *gloſ. C. de contrah. & com. ſtipulat.* non ſic eſt in legato, vel fideicommiſſo, dum nullum factū legatarij interuenit, ſed tantum teſtatoris; & hanc reſolutionem fuit amplexus *Vin. in ſylua commun. opin. opin. 842. num. 6.* & proindè firmauit *gloſ. prædicta*, quod mortuo legatario ante hæredem, legatum nō ad legatarij ſucceſſores ſpectat, & de huius *gloſ.* doctrina meminit *D. de Marinis quotid. reſolut. cap. 86. per totum.*

34 Et vt aliquid vtilitatis ex iſta declaratione annotemus, extendo ex me *gloſæ* doctrinam, quod dato in ſtipulationibus non interueniat Tabellionum ordinaria clauſula; nempè *tam pro ſe, quàm pro ſuis hære-*

Digitized by Google

hæredibus,& ſucceſſoribus expreſsè; tacito modo adiecta in contractibus intelligitur, dum cōtrahēs reſpicit ipſum,ipſiuſq; ſucceſſores, vt dictum eſt, contrahendo ad actus perpetuitatem, cum de natura contractus videatur, ſicut dicimus de euictione, nā licèt in inſtrumentis talis clauſula non videatur appoſita in ſcriptis,cenſetur nihilominùs adiecta,*l.6.C.de euict.*tametſi plus operatur expreſsè, quàm tacitè, *gloſ. in l.pacta conuenta,ff. de contrab. emptione,* ita *Dominus Scipio Theodorus allegat. 3. num.27.&* D.*Merlinus contr. for. cap,35. num.20. Card.Mantic. de tacit. & ambig. conuen.vol.1.lib.4.tit.2.nu.9. Surdus conſ. 36.num.25.Pereg.conſ.91.num.2. volum.3. & Marius Giurba dec.Sicil.87.num.8.*

35 His igitur reſolutis, corroboranda eſt vera ſententia,vt vllo iure iardenum poſſit dici,ſpectare ad filios, ſiuè hæredes legatariæ prædefunctæ priuſquā eſſet completa conditio, ſed benè ad Monaſterium caducatum, per clarum *text.* benè intellectum *in l.ſi ex pluribus 9.ff. de ſuis, & legit.hæred.l.vnica,§. ſin autem,* C.*de caduc. tollen.l.1.*ignota *DD.* vbi *gloſ.*magiſtralis *ff.de cond.& demonſtr.* faciunt notata *in l. ſed ſi plures 10. ff.de vulg.& pupill.ſubſt.*& ratio eſt,quod quando legatum ſub conditione relinquitur, ad hoc vt debeatur oportet,vt conditionis purificatio ſit perfecta,& iſtam veram opinionem ſubſtinēdam demonſtrarunt *Alex.conſ.250.*& cæteri relati per eum,*Bald. conſ. 320. lib.4. Fulgoſ. conſ.70. Decius conſ.435.Pract. Papienſ. eod. verſ. qui ex eis ſuperuixeret, in princ.Tiraq. in tract.de retr. tit.1.§.1. gloſ. 11.num.25. Viuius in ſylua com. opin.opinione* 842. & ſic tandem deciſum refert
D *D.Præſ.de Franch.deciſ.525. num.2.* ipſo referente; & antea ſubſtinuit in proprijs terminis Religioſorum,alias adducta *dec. 14.num.14.*

36 Quam concluſionem amplia in proprijs terminis huius articuli, dum filia teſtatricis fuit ſubſtituta hæredi in tali legato; nā in hoc cenſetur extranea, & nulla filiationis conſideratur ratio; dum mercedem ſuam accepit tempore,quo nupſit in conſtitutione magnæ dotis de bonis, eā maternis,quàm paternis; vnde nulla legandi poterat obligatio, ſiuè neceſſitas conſiderari;ſed tantum libera, & affectuoſa volūtas, & ſic præmortua ipſa filia ante hæredem inſtitutum non cenſentur ipſius hæredes vocati in ſubſtitutione, ita *Pract. Papienſ. vbi ſupra,n.4.& Viuius ead. opin. 842. à num.6.vſq; ad 9.*

37 Limita tamen ad excluſionem Monachi, ſiuè Monaſterij, per ſucceſſores legatarij quando teſtator mandat, non dum deuenire ad ſubſtitutum, ſi inſtitutus ſine liberis decedat, ſed ad omnes ſucceſſores ipſius ſubſtituti,hoc modo.*E morēdo detto mio herede ſenza figli legitimi , e naturali, il giardino ſia di N. qual morendo ſia di ſuoi figli, e ſucceſſori,* nam cum ad præſens ſpecifica teſtatoris videatur voluntas, ſic eſt attendenda ſine aliqua interpetratione, per *text. in §. diſponat, Auth. de nupt.* & iſta concluſiua limitatio deſumitur ex *d. §. ſin autem legis vnicæ,* C.*de caduc.tol.* ibi. *Niſi, & hic, vel ſubſtitutus relictum accipiat, vel coniunctus, ſiuè hæres,ſiuè legatarius hoc ſibi acquirat,cum certi iuris ſit, & inſtitutionibus, & legatis, & fideicommiſſis, & mortis cauſa donationibus poſſe ſubſtitui, Franciſ. Viu. opinione 844. num.45. & de Franch.eadem deciſ.522.num.13.*

Vnde cū in caſu noſtro ſubſtitutio, ſm̄ adductā limitationē non appareat,veniūt excluſi prædefunctę legatariæ ſucceſſores, non dum ex tacita coniectura, quod non fuerunt vocati in morte legatariæ prędictæ, ſed etiam ex contraria expreſſa volūtate teſtatoris,volentis illos vocare, dum dixit. *Morendo ſenza figli il mio herede : il giardino ſia di mia N. figlia tantùm, & non aliter,nec alio modo,* ex quibus verbis clarè patet tantummodò legatariæ nominatio, quæ non extenditur ad alias: Quoniā di-
38 ctio *tātùm* eſt taxatiua, quæ vltra expreſſum non procedit, continendo ad omnes alias negationem,*l.Iulianus 33.ff.de petit. hæredit.Bar.in l.1.§.hoc interdicto,ff.de itin. actuq; priu. Seraph.deciſ.253. Surd. deciſ. 291.de Franch.deciſ.123.nu.4. Io.Franciſc. Leo in Theſauro fori Eccleſiaſtici,par.2.c.2. num.33. Maranta ſuis ſingularibus, ver.dictio tantùm,fol.24.* congruentèr *Vin.ſylua comm.opinionum,opin.193.* ſequitur idem *Surd. de alim.tit.1.quæſt.2.num.2.* ac *Mar. Giurba conſ.20.num.4.* & iſta,quę ad articulorum reſolutionem poſui, vobis beniguiſſimis lectoribus corrigenda libentèr iam trado, cum quilibet in facto proprio
39 decipiatur, & ſic etiam clauſula,*nō alidàs, nec alio modo,* non recipit aliquam interpretationem,quam expreſſam in actu, vt deciſum refert in cauſa Bononien. de bonijs 20. Februar.1598.coram Mellino, & coram Seraphino 9.Decembris 1588. in cauſa Romana Domus *Marta in tractatu de clauſulis,clauſ.71.num.5.* D

SVM-

SVMMARIVM.

1 Melius eſt innocentem dimittere, quàm nocentem condemnare.
Iudex maiorem laudem conſequitur in abſolutione, quàm in condemnatione inquiſiti.
2 Abſentem condemnare Iudex non debet, nam aliàs ſententia eſt nulla.
3 S.R.C. obſeruat, quòd auditis partibus ſententia proferatur.
4 Abſens nec iure Diuino poteſt condemnari, nec à ſtatuto poteſt introduci.
5 Text. in cap. tanta nequitia, diſt. 86. & in l. 2. ff. de adminiſtr. rerum ad Ciu. pert. quomodo intelligatur.
Contumax abſens poteſt condemnari.
6 Contumacia vt currat, debet præcedere citatio, cum praxi.
7 Citatio qualitèr fieri debeat, vt contumax citatus poſſit reputari.
Nuncius referens citaſſe modo, & forma ſibi commiſſis, quomodo intelligatur facta citatio, domi, vel perſonalitèr, remiſſiuè.
Sententia non tenet ſine præcedenti citatione.
8 Abſens quibus in caſibus poſſit condemnari, & citatio non requiratur.
9 Sententia vt aduerſus contumacem valeat, quæ requirantur.
10 Contumaciæ quomodo fiant, & declarentur in M.C.V. & qualitèr in alijs Tribunalibus, ac Curijs ſeruetur.
Contumaciæ declaratio poteſt fieri ſine aliqua alia monitione.
11 Sẽtentia, quæ virtute contumaciæ datur, poteſt ſine aliqua citatione, ſiuè monitione proferri, & num. 12. & 14.
Praxis quæ ſit, vt contumax bannitus reputetur.
12 Citatio per edictum an valeat.
Sententia aduerſus contumacem poteſt proferri per edictum ſine monitione.
13 Contumacia delictum eſt, ſed fictum.
14 Contumax qualitèr puniatur in criminalibus, & qualitèr in ciuilibus.
15 Contumacia ne declaretur in vltimo peremptorio poteſt comparere aliquis pro citato ad allegandam cauſam, quare contumax non debet declarari inquiſitus.
16 Appellari non poteſt à ſententia contra contumacem lata.
17 Sententia poteſt in fauorem abſentis proferri.
18 Abſens poteſt condemnari, quando enorme patratum eſt per eum delictum.
19 Abſens condemnari quarè regularitèr non poſſit, & rationis ratio eſt num. 21.
20 Sententia aduerſus mortuum prolata nullã eſſe decreuit S.R.C.
21 Iudicium ex tribus perſonis eſt compoſitum, ſ. Iudice, actore, & reo.
22 Mortuus, qui delinquendo grauia facinora commiſit, poteſt puniri, vt eius memoria damnetur, & filij detrimentum patiantur.
23 Contumacia vndè dicatur.
Contumaciæ pœna eſt inter cæteras, quod nõ admittitur procurator ad contumacis defenſionem, & ampliatur num. 24.
25 Contumax quòd non poſſit per procuratorem defendi.
26 Procurator quando non poſſit interuenire ad defenſam reorum.
27 Procurator admittitur pro inquiſito carcerato, dato, quod vegiat imponenda pœna corporis afflictiua.
28 Contumax condemnatur ad tertiam partem mobilium, ſed non ſeruatur hodie.
29 Contumax qualitèr contumaciam purget.
30 Iulij Cęſaris Galluppi opinio, ſiuè aſſertio, quod hodie contumax non tenetur reficere expenſas moderatur.
Contumax debet audiri in terminis, in quibus cauſa reperitur.
31 Contumax in criminalibus quando expenſas reficere tenetur.
Contumax tenetur ſoluere ius Curiæ, ſecũdum grauitatem cauſæ.
32 Contumax habetur pro confeſſo de iure communi, ſed quomodo intelligatur infra num. 34.
33 Praxis quæ ſeruanda ad hoc vt contumax habeatur pro confeſſo.
35 Contumax habetur pro confeſſo iure Statutorum, etiam in criminalibus, ſed quomodo intelligatur, num. 36. 37. 38. 39. 40. & 41.
37 Contumacia plus nocet, quàm vera confeſſio.
38 Contumacia dicitur ficta probatio.
39 Probationes in delictis debent eſſe luce meridiana clariores.
40 Contumax ſine alia probatione poteſt condemnari.
41 Contumax dicitur cõfeſſus, et condemnatur, ſed ad quam pœnam, Fiſci, vel partis.
42 Contumax, & confeſſus vigore ſtatuti infamis efficitur.
43 Statutum an poſſit diſponere, quod contumax habeatur pro confeſſo.
44 Melius eſt abſentem innoxium liberare, quam contumacem vigore ſtatuti damnare.
45 Contumax ad hoc vt habeatur pro confeſſo quæ requirantur.
46 Contumacia facit indicium ad torturam.
47 Contumax habetur pro confeſſo, quando nõ comparet, nec apprehenditur, ſed ſi in poſſe Curiæ reperitur, torqueri debet.

48 Con-

48 *Contumacio quando facit iudicium adtorturam.*
Homo bonus, vel malus præſumitur ſecundum conditionem eius.
49 *Praxis ſ. quomodo debeat ſe habere Iudex in torquendo contumacem.*
50 *Menoch. dicta, quod ſola contumacia non ſufficit ad condemnationem, quomodo intelligatur.*
51 *Contumax prohibetur ad Principis palatiũ accedere.*
52 *Contumacis domus poſſunt deuaſtari, ſed de quo contumace intelligatur ſecundùm* Authorem.
53 *Bannum quid, & quæ ſit banni forma, remiſſiuè num.54.*
55 *Bannum eſt ſententia interlocutoria, & poteſt quandocunque reuocari.*
56 *Bannitus reputatur* Curiæ *rebellis.*
57 *Bannum mulctæ æquiparatur.*
58 *Bona banniti poſt contumaciam ſtatim annotantur, ſed quando ea bannitus recuperet.*
59 *Annus, qui datur bannito ad recuperandum eius bona annotata, quando incipit currere.*
60 *Proclama, vel edictum ſucceſſit in locum intimationis, et ratio, quarè à iure permittatur, nu.61.*
62 Dies *termini non computatur in termino.*
63 *Bannitus comparendo, quanto tempore debeat retineri carceratus, & n.64.*
65 *Bannitus ſi ante annum decedat, pœna an ad eius hæredes tranſeat?*
Text.in l.1.ff.de requir.reis,& l.1.C.eod. *quomodo intelligatur.*
Crimen læſæ Maieſt. & crimen perduellionis differunt.
66 *Banniri an pro quolibet crimine quis poſſit, & an etiam foriudicari?*
67 *Banniti quibus priuentur, num.68.70. & ſeq.*
68 *Banniti non poſſunt hodie tuti manere in Ciuitate Beneuenti.*
69 *Receptatio bannitorum prohibita eſt.*
70 *Bannitus dicitur hoſtis Ciuitatis, & ab omnibus poteſt liberè interfici.*
71 *Homicidium eſt ab omni iure prohibitum, ſed quomodo hoc intelligatur.*
72 *Banniti occiſores hodie peccant, & quare.*
Necari an poſſint banniti viui capti.
73 *Statutum, vt banniti poſſint occidi, an valeat.*
74 *Bannitus occiſus an poſſit ſpoliari.*
75 *Statutum, vt bannitus poſſit occidi, an habeat locum, quando eſt clericus, & an clerico licitum ſit interficere bannitum ſine peccato, & irregularitate?*
Irregularitatem quis quomodo incurrat, & enunciatur caſus ſucceſſio.
76 *Banniti qui ſint, qui poſſunt impunè occidi.*
77 *Banniti pluribus in caſibus ante annum poſſunt foriudicari, n.78.79. & 91.*
80 *Bannum an poſſit emanari ex ſolo capite contumaciæ, vel requiratur, quod demonſtretur cauſa delicti, per quam fuit citatus.*
81 *Statuto mandante, vt bannitus poſſit impunè occidi, de quo bannito intelligitur.*
82 *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.*
83 *Bannitorum multa remiſſiuè proponuntur.*
84 *Banniti quæ habeant beneficia.*
85 Text.in cap. Caroli Regis II. *Siuè quis non eſt in obſeruantia.*
Foriudicari quis non poteſt, niſi pro delicto, cui eſt capitalis pœna impoſita, contra de Afflict.
86 *Foriudicari vt quis poſſit multa requiruntur.*
87 *Citatio ad foriudicandum qualitèr fiat, & num.88.*
89 *Relatio in citatione qualitèr debet fieri per nuncium.*
90 *Foriudicationis ſententia qualitèr, & à quibus Officialibus poſſit promulgari.*
Foriudicatio quos effectus producat contra foriudicatum.
91 *Foriudicatio an poſſit fieri infrà annum cõtumaciæ, & banni.*
Duellantes quomodò puniantur per ius ciuile, & canonicum.
92 *Teſtes ſingulares an probent plenè.*
93 *Delinquens debet ſuſpendi in loco commiſſi delicti, & laqueus ſi rumpatur, an iterum debeat ſuſpendi?*
94 *Condemnatus ad mortem ſi decedat ante ſententiæ executionem, an cadauer ſuſpendatur.*

ARGVMENTVM.

Contumacia quid ſit, qualitèr puniatur, & purgetur, quos producat effectus, & de alijs ad hanc materiam oportunis.

DE CONTVMACIA, ET DELICTIS REORVM. CONCL. IX.

PRincipis dignitas non minùs fulget in delinquentem condemnando; quàm in abſoluẽdo innoxium, immò magis clarificatur ex liberatione, quàm condemnatione; melius eſt etenim innocentem dimittere, quàm
1 nocentem condemnare, *l. 5. ff. de pœnis,* *Caſtr. conſ. 229. ver. viſa inquiſitione,* & ex hoc dixit *Gram. deciſ. 56. num. 19.* per *conſ.* *Decy*

*Decis.*414. quod Iudex maiorem laudem
conſequitur in abſolutione , quàm con-
demnatione inquiſiti.

Vnde ſi magis in eis debet æquitas præ-
ualere, condẽnare abſentẽ Iudicantes nõ
debent; quod ſi faciant, ſententia ex ſã-
cta legum diſpoſitione ſtatim nulla eſt,
2 per *text. in l. abſentem 5. ff. eod. de pœnis.* Ibi
*Abſentem in criminibus damnari non debe-
re, l. abſentem 6. C. de accuſat.* Ibi *Abſentẽ
capitali crimine accuſari non poſſe, l. diem
proferre 32. §. ſi quis litigatorum, ff. de recep.
arbitris, l. de vnoquoq; 47. ff. de re iud.* per
hæc verba. *De vnoquoq; negotio præſentibus
omnibus, quos cauſa contingit, iudicari opor-
tet, alitèr enim iudicatum tantum inter præ-
ſentes tenet, l. 1. ff. de requir. reis, l. non intel-
ligitur 3. §. Diuus Adrianus,* vbi *gloſ. ff. de
Iure Fiſci,* & ampliatur, non dum ſi pars
ſit abſens, ſed etiam ſi eius aduocatus, vel
procurator, ſecũdùm deciſionem *Vlpiani
lib. 54. ad edictum in l. ſi Fiſcus 7. ff. eod. de
Iure Fiſci;* vnde obſeruaui ego in Regijs
3 Tribunalibus Ciuitatis Neap. quod ap-
puntata cauſa, & vocata à Porterijs Au-
larum, ſi vna tãtum pars introibat ad pa-
trocinandum, & altera non, Domini Offi-
ciales ſuperſedebant per alteram diem,
ad hoc vt vtrinſq; partis interuenirent
patroni, nam aliàs ſententia, quę fertur
inauditis partibus legitimè non poſſet ſu-
ſtineri, *cap. abſente 11. 3. q. 9.*

Quæ quidem procedunt non dum iure
humano, ſed etiam diuino, ſi credendum
eſt *Vantio de nullitatibus ex defectu citatio-*
4 *nis, nu. 8. fol. mihi* 188. vbi plura citat iura,
& eſt *text. in cap. abſens verò 12. 3. q. 9.* per
hæc verba, *abſens verò nemo iudicetur, quia
diuinæ, & humanæ hoc prohibent leges,* & ſe-
cundùm noſtrum practicum *Venuſinum
in ſuo ſpeculo, ver. validum, & inualidum,
nu. 11.* vbi ad ſaturitatem *Petrus Follerius
num.* 12. per ſtatutum nõ poteſt introduci,
vt partes abſentes condemnentur.

Nec obſtant *text. in cap. tanta nequitia
24. diſt. 86. & in l. 2. §. quod de frumentaria,*
vbi *gloſ. ver. Inanis, ff. de adminiſtr. rerum
ad Ciuit. pertinentium,* dum ſunt intelligẽ-
5 da iura iſta, quando præceſſit citatio, &
dum non curauit mandatis parere, fuit
factus contumax, & ſic abſens virtute cõ-
tumaciæ fuit condemnatus, ita declarat
*gloſ. in d. cap. tanta, ver. fixa, & Vant. vbi
ſupra,* ac ſunt iura *in l. contumacia 53. ff.
de re iudicata, l. & poſt 73. §. fin. ff. de iudi-
cijs, §. ſi verò neque,* vbi optima *gloſ. Auth.
Vt omnes obed. iud. Bart. in l. abſentem, ff. de
pœnis, Oſaſc. deciſ. 105. num. 8. & Guid. Pap.
deciſ.* 429. latiſſimè.

6 Tamen ad hoc vt contra contumacem
poſsit ſententia ferri, hæc eſt ſeruanda
praxis, quod citetur, vt in enunciatis nu-
per iuribus, & ſignantèr *in d. l. contumacia,
§. 1.* vbi ſic pręcipit *Cõtumax eſt, qui tribus
edictis propoſitis, vel vno pro tribus, quod
vulgo peremptorium appellatur literis euo-
catus præſentiam ſui facere contemnit,* cum
concordantia *text. in l. de ætate 12. §. qui
tacuit, ff. de interrog. actio. Conſtitut. Regni
Edictorum ordinem, de litteris citatorijs,* vbi
Matth. de Affl. in prin. & D. Ricc. coll. 74. &
723. ac *Capye. deciſ.* 139. vbi *Maſul. & Pe-
tra,* ac latè *Boſſ. in tit. de ſententijs, num. 2. 3.
4. & ſeq.*

7 Et iſta citatio debet fieri perſonalitèr,
aut domi ſolitæ habitationis, vt valeat,
ſecundùm tradita per *Menoch. lib. 2. de
præſumpt. præſumptione 27. vol. 1. & de re-
cuper. poſs. remed. 8. num. 76. fol. mihi in no-
uiſſima impreſsione* 368. ita *Dom. de Frãch.
deciſ. 322. per totam,* vbi declarat, an ſi nũ-
cius referat citaſſe Titium modo, & forma
ſibi commiſsis, intelligatur facta citatio
de perſona, vel domi, & tandem *Regens
Rouit. ſuper pragm. 2. nu. 10. & ſeq. ſub rub.
de citatione;* vnde ſi citationis actus omit-
tatur, non valet ſententia, cum contuma-
cia in abſente non præſumatur, vt cenſue-
runt *Bart. & Bald. col. 2. in fin. in l. ea qui-
dem, C. quomodo, & quando Iudex,* vbi poſt
Alex. Iaſ. ait, hoc communitèr teneri, ſe-
quitur *Anch. cõſ.* 16. quod incipit *viſo pro-
ceſſu, col. fin. Rom.* vbi *Addentes* abundè
ſing. 590. quod ampliat *Vantius vbi ſupra,
num.* 10. vt dato ſententia in fauorem ab-
ſentis feratur, non valet ſi citatio non
præcedat.

8 Nec ſufficit, vt citetur procurator, cum
omninò prima citatio, aut perſonã prin-
cipalem debet monere, aut fieri domi, vt
diximus, dummodò cauſa modici præiu-
dicij non ſit, ita *Menoch. de recup. poſs. eod.
remed.* 8. etiam *nu.* 76. aut conſtet, nullam
defenſionem competere aduerſus ius, in
quo fuit vocatus, nam tunc parte etiam
abſente, & non citata ſententia valet, *text.
in cap. bonæ memoriæ 23. §. contra legati, de
electione,* & per plures ſic tenet *Marſ. ſua
practica crim. in §. aggredior, num. 127. fol.
mihi 261. à terg.*

9 Qua citatione ſic facta debent aduerſus
citatum incuſari ſolitæ contumaciæ, ſe-
cundùm Curiarum ſtilum, & ſi in vltimo
peremptorio non compareat, neq; aliquis
pro eo; vt ſentẽtia in cõtumaciam valeat,
Iudex debet interponere decretũ, quòd Ti-
tius fuit citatus, & incuſatis debitis ad-
uerſus eum contumacijs, & in vltimo pe-
remptorio non comparere curauit, nec
aliquis pro eo, fuit per Curiam prouiſum,
vt

vt reputetur verus contumax, prout
præſenti decreto reputari mandatur, ac
condemnetur ad pœnam in citatione
contentam, annotentur bona, deſcri-
batur in libro prouentuum, & capia-
tur de perſona, intellige, ſi contu-
macia procedit ex cauſa grauis delicti,
propter quod poſſit banniri, vt infrà *nu.*
66. ſecus autem ſi leue ſit, nam ſufficit,
vt dicatur in decreto, condemnetur ad
pœnam citationis, deſcribatur in libro
prouentuum, & capiatur ſine bonorum
annotatione, quam cautelam declara-
tionis contumaciæ tradiderunt *Angel.*
de malef. ver. Qui Dominus Iudex vi-
*dens, num.*30. *& Hippol. de Marſ. conſ.*
82. *num.* 27. vbi alios refert, quicquid
dicat *Clar. practic. crimin. quæſt.* 44. *num.*
7. *& Foller. ſua practic. crimin, ver. an-*
notentur bona, vbi *in principio* ait, pro-
cedendum eſſe ſtatim poſt contumaciam
ad bonorum annotationem.

Et his ſeruatis poteſt deindè proferri
legitima ſententia tam in ciuilibus, quàm
in criminalibus ad contumaciam citato-
rum, cum ſic procedatur in vno, ſicut in
altero iudicio, vt docet idem *Angel. n.* 4.
nod. ver. Qui Dominus Iudex videns, &c.
& colligitur ex dictis *de Marſ. practic. cri-*
10 *min. §. diligenter, num.* 137. nec aliqua
monitio ad ſententiam audiendam eſt
neceſſaria, tam ſi procedatur ad bannum,
quàm ad pœnæ delicti condemnationem,
dum ſufficit illa trina monitio, quàm ſu-
pra diximus, & probatur per *text. in l. Se-*
natus 15. *§. Senatus Adriani, ff. de Iure*
Fiſci, quę lex ſingularis reputatur per
Bart. *in l. pen. in fin. C. de conſtituta pec.* & in
Regijs Tribunalibus Parthenopeæ Ciui-
tatis ſeruatur, quod qualibet hebdomada
die Lunæ, & die Veneris conueniunt
Iudices Mag. Cur. Vic. in Aula crimina-
li, & ibi pro Tribunali ſedente, rubeoque
indumento indutus Tubitta, ter tuba
proclamat, quod Caius, aut Titius con-
tumax reputatur, prout in Gallia, &
Hiſpania ſeruari etiam teſtatur *Clarus*
§. finali, ſua praxis criminalis, quæſt. 31.
num. 22. *& quæſt.* 44. *num.* 12. in alijs verò
Curijs Baronalibus practicatur, quod
voce pręconis ante Curiam tribus voci-
bus contumaces, tales, & tales repu-
tantur, quia non comparere curarunt,
& tandem diuerſimodè ſeruatur, ſecun-
dùm cuiuslibet loci conſuetudinem, vt
dixit circa hoc *Angel. de malefic. in ver.*
Qui Iudex commiſit, l. præconi, num. 3. *&*
Clar. eadem quæſt. 44. *d. num.* 12.
11 Quæ obſeruantia non dum viget quo-
ad contumaciæ declarationem, verum
etiam quoad ipſam ſententiam, & in iſtis
terminis loquuntur *Clarus, & Angelus,*
dum ſufficit vox præconis, ad declaran-
dum talem inquiſitum contumacem,
bannitum, vel foriudicatum, qua decla-
ratione ſic facta deinde edictum in valuis
Curiarum ſolet affigi, in quo declaratur
Titius, vel Seius bannitus, aut foriu-
dicatus, ad hoc, vt omnibus Iudicis ſen-
tentia innoteſcat, & quilibet ſub ſtatu-
ta pœna, ab eorum commercio, & con-
ſuetudine abſtinere poſſit, quod edictum
à fortiori procedit, vt valeat ad legi-
timum bannimenti, vel foriudicationis
actum; dum videmus, quod prima
citatio in nonnullis caſibus, etiam per
edictum fieri poteſt, & valet in Regno,
vt per multos firmat *Regens Rouit. ſuper*
12 *rubric. de citat. num.* 3. *& ſuper pragm.* 2.
de ordine iud. & hoc diximus, dum
quandoquè per edictum etiam bannimē-
ti, vel foriudicationis ſententia, ſine
aliqua inquiſiti citatione ferri poteſt, ſi-
cut dictum eſt de tuba, & præcone, vt
ex ijſdem *DD.* vbi ſupra, ſic etiam, quod
definitiua poſt iuridicam citationem ſen-
tentia proferri poſſit ſine aliqua alia mo-
nitione, decreuit Sac. Conſ. apud *Præſ. de* D
Franch. deciſ. 457. vbi latiſsimè *Adden-*
tes, & meminit *D. Ricc. collectan.* 2051.
13 Et ſupradictorum ratio poterit eſſe,
quod ideò ſic aduerſus contumaces pro-
ceditur, quoniam contumacia delictum
eſt, *l. omne delictum* 6. *§. contumacia, ff.*
de re mil. vbi *Bart. & Alberic. Gram.*
voto 27. *num.* 5. *Dom. Merlinus cap.* 63.
num. 3. *gloſſ. in Conſtitut. Regni Citatio-*
nis, de aſſignat. litterarum, col. prima, nu.
70. *fol.* 123. ſed re vera fictum, ſecun-
dùm *Ioann. de Imol. in l. penult. §. ad cri-*
men, ff. de public. iud. Marſil. in conſ.
217. *num.* 34. *& pract. crimin. §. poſt-*
quam, num. 52. *& Angel. dicto ver. Qui*
Dominus Iudex videns, num. 28. & prop-
terea non poteſt vera pœna delicti pu-
niri, ſecundùm *Maſull. ad Capyc. deciſ.*
139. *in principio, fol. mihi* 237. in crimi-
nalibus, ſed altera benè afficitur, ſecun-
14 dùm *Marant. ſuo ſpeculo* 6. *parte* (pro
nunc) *ver. & aduertatur circa contuma-*
cias, num. 25. In ciuilibus verò actor po-
teſt mitti in poſſeſsionem ex primo de-
creto, *gloſſ. in dicto §. ſi verò neque, ver.*
& abſens, Authen. Vt omnes obediant Iud.
& latè *Mar. vbi ſupra, num.* 10. & con-
demnari in expenſis erogatis, ſine ali-
qua citatione contumacis ad condem-
nationem iſtam, vt per *Bald. Butrig.*

& alios dixit idem *Mar. verſic. rectè*
concipiatur citatio, eadem parte 6. nu. 34.
pag. 311. & firmat *gloſ. prima in Con-*
ſtitut. Regni Pœnam nouem vnciarum, de
pœna contumacię, in principio, ac adde
Dom. de Afflict. in Conſtitutione Contu-
macem, num. 2. & ſeq. de pœna contu-
maciæ in ciuil. cauſ. & in Mag. Cur. in
diem ſeruatur, quod expeditis citatio-
nibus aduerſus aliquem, ſi non com-
pareat tempore ſtatuto, incuſantur pri-
ma, & vltima contumacia, & expe-
diuntur litterę executoriales: quæ di-
cuntur executio ex primo decreto ad-
uerſus citatum.

15 Nota tamen, quod tempore, quo
incuſantur primæ, & vltimæ contuma-
ciæ, ſecundùm vniuerſalem huius Re-
gni Curiarū praxim, dum die ſequenti
poſt citationem (dummodò non ſit
aliquod feſtum) incuſatur prima, & de-
inde poſt triduum incuſatur vltima
contumacia, (quia multi ſunt caſus
excuſationis, relati per *Mar. dicto ver.*
& aduertatur circa contumac. num. 2. cum
pluribus ſeq.) poteſt quis pro eo com-
parere; quando Iudex vult citatum con-
tumacem declarare, & allegare, vel va-
letudinis aduerſæ impedimentum, vel
pendentiam cauſæ per citationem à Iu-
dice ſuperiori, & ſimilia, aut ad vltimum
remedium abſentiam allegare, quæ
admittitur à Iudicibus ad eorum arbi-
trium, dummodò per territorium non
fuerit viſus citatus, nam ſi iudicium
non impeditur, ſic & contumax cita-
tus declaratur, ſi deinde aduerſus eum
16 fertur ſententia, vt diximus, ab ea
minimè poteſt appellari, per littera-
lem *text. in l. prima*, vbi *Salyc. Bart. &*
Caſtr. C. quorum appellationes non reci-
piuntur. Ibi. *Eius, qui per contuma-*
ciam abſens, cum ad agendam cauſam
vocatus eſſet, condemnatus eſt: negotio
prius ſummatim perſcrutato, appellatio
recipi non poteſt, Mattheſ. ſingul. 29. nu.
3. *Capyc.* vbi *Addentes deciſ.* 139. & la-
tiſſimè vltimo *loco* citato *Mar. num.* 19.
ac *Theſ. deciſ.* 265.

17 Ampliatur etiam in fauorabilibus
cauſis, vt in fauorem abſentis poſſit
proferri ſententia, *cap. veniens* 15. vbi
gloſſ. de accuſat. l. non eo minus 14. *cum*
Bald. Alexand. & Salyc. ibi C. de pro-
curat. ac adde *Decium in l. fauorabiliores*
ff. de regul. iur. gloſ. in l. 2. ver. condem-
natum, ff. quæ ſententia, &c.

Similitèr ampliatur in odioſis, ſed
18 enormiſſimo crimine læſæ Maieſtatis,
per *text. in extrauaganti ad reprimendum,*
ſub tit. quomod. in læſa Maieſtatis crimi-
ne procedatur, ver. ſuper dicto crimine,
Gomeſ. in leg. Tauri 76. *num.* 7. latiſſi-
mè per plures *Cępol. conſ. crim.* 47. *nu.* 8.
& eſt communis, ſecundùm *Clarum pra-* C
ctic. criminali, §. læſę Maieſtatis, in fine,
quod proptèr atrocitatem delicti vide-
tur ſtatutum, & ego ſic vidi obſerua-
tum in Ciuitate Romæ, Vrbano noſtro
Sanctiſſimo Papa VIII. regnante,
dum quidam Doctor fuit condemna-
tus, & de palea ſuſpenſus in publico
malefactorum loco, quoniam delictum
quodam enorme commiſerat, & iſte ad
præſens viuit, & eſt meus valdè fami-
liaris, dum à Romana Vrbe dedit ſe in
pedes.

Ratio verò, quare regularitèr aduer-
19 ſus abſentem non poſſit ſententia fer-
ri, exceptis enunciatis, ac ſimilibus
caſibus, eſt, quod abſenti, & mortuo
nulla fit iniuria, ſicut videmus, ſen-
tentiam contra mortuum prolatam
eſſe nullam, *l. in ſumma* 59. *§. final.* vbi
Bart. ff. de re iudic. l. Paulus, la penult. vbi
gloſſ. ff. quæ ſententiæ ſinè appellatione re-
ſcindantur, l. de quare 74. *§. cum abſentem,*
ff. de iudicijs, l. prima, C. ſi reus, vel
accuſator mortuus fuerit, Angel. de ma-
lefic. in ver. & hai tradito la mia patria,
20 *num.* 17. & ſic deciſum teſtatur *Dom.* D
de Franch. dec. 425. cuius deciſionis no-
titiam non habuit *Gobin. de procur. par.* 3.
cap. 4. *num.* 43. ac dixit idem *Caſſad.*
deciſ. 16. *num.* 4.

Et ratio rationis eſt, quæ per *DD.*
adducitur, & præcipuè per *Alberic.*
in dicta l. penult. ff. quæ ſententiæ, &c.
& Angel. conſ. 334. quod dum deceſſit
inquiſitus, ſiue actor, aut reus, de-
ficit ſubiectum iudicij, & ſic inanis ſen-
21 tentia, etenim cum iudicialis pugna
hoc eſſentiale requirat, vt valida ſit,
nempe iusdicentem, actorem, & reum,
quia ex his tribus perſonis iudicium
formatur, per *textum in cap. 1. 4. quæſt. 4.*
& cap. forus eſt 10. *§. in omni quoque*
negotio, de verbor. ſignific. Muſcat. parte
prima, gloſſ. contemnere, num. 25. *&*
parte 2. *gloſ. competentes, num.* 4. ac
Gallup. cap. primo, parte 1. *eius praxis.*
De Iudice in genere, in principio, ſemper
quòd vnus iſtorum non concurrit tem-
pore ſententiæ, decretum eſt nullum
ex eſſentiali defectu; & à fortiori in reo,
dùm aduersùs eum proceditur per ſen-

ten-

Digitized by Google

tentiam, quòd ſi reperiatur mortuus,
vel abſens, vllum ſortitur ſententia effectū;
nam Iudex in defuncto aliquã non habet
poteſtatem, quoniam anima ſeparata à
corpore, quæ à Deo iudicatur, cadauer
non eſt puniendus, ad quod facit text. *in
leg. vnica, ff. ſi pendente appellat. mors in-*
22 *terueneri*, licèt in nonnullis caſibus
limitationem patiatur, vt non obſtan-
te quòd mortuus ſit delinquens, eius
damnatur memoria, ac hæredibus of-
ficit, vt in crimine læſæ Maieſtatis, &
repetundarum, ità *Modeſtinus* ſcripſit
*libr. ſecundo, de pœn. in leg. ex iudicio-
rum* 20. *ff. de accuſationibus*, & ibi bo-
na *gloſſ. Angel. vbi ſuprà, eodem num.* 17.
adde *Bart. in leg. infamem, ff. de pu-
blic. iudic. Bald. conſil.* 60. *volum.* 3.
Cephal. conſil. 17. *Angel. conſil.* 224. ac
in crimine hæreſis, & conſimilibus, vt
docuit *gloſſ. in capit. quorundam* 14. *ver-
ſic. non poteſt, diſtinct.* 23. faciunt di-
cta etiam *gloſſ. in capit. officij* 9. *verſic.
ſuppoſuit, de pœnitent. & remiſſ.* vide
text. in capit. ſanè 3. 24. *quæſt.* 2. *leg.
prima, & ſecunda, ff. de bonor. eorum,
qui mortem ſibi conſciunt*, & multa
poſſem in hoc allegare, niſi ab alijs
dicendis magis neceſſarijs me non exor-
bitarem.

His itaquè perpenſis ad contumaciam
iterùm redeundo, cùm de ea tractetur hìc,
23 aduertas, quòd dicitur contumacia à di-
ctione, *con*, & verbo, *tumeo*, quia contu-
max inflatur, & ſuperbiæ vitio repletus,
mandatis obtemperare recuſat, vndè me-
ritò ſic acritèr aduersùs contumacem
proceditur, & inter cæteras pœnas hæc
mihi grauior videtur, quòd defenſionum
ſunt ipſi præcluſæ viæ per interme-
diam perſonam, quoniam procurator
non admittitur pro eo, vt in aliàs citato
cap. veniens 15. *de accuſ.* intellige in cri-
minalibus regularitèr, secùs in ciuilibus,
l. accuſatore 13. *§. fin. ff. de public. iud. Ioan.
de Arnono differ.* 33. *inter vtrumque ius,
Clar. pract. crim. §. fin. qu.* 32. *in princip. &
per totam.*

Quam concluſionem amplia ſecundùm
communem opinionem *DD.* relatam
24 per *Clar. vbi ſuprà, num.* 2. vt habeat lo-
cum nondùm in publicis, ſed etiam in pri-
uatis delictis.

Et tradit rationem *Clarus* ſupra cita-
tus, *numer.* 3. Nam ſi talis in iudicio pro
delinquentibus admitteretur procurator,
25 quilibet euaderet pœnam corporalem
poſt definitiuam ſententiam condemna-
tionis, & delicta non eſſent punita,
dùm non eſſet qui puniretur.

Declara tamen ſupradicta ſecundùm
diſtinctionem *gloſſ. in leg. ſeruũ* 33. *verſic.*
26 *datur, col.* 2. *ff. de procuratoribus*, quòd aut
ſumus in delictis, quæ continent pœ-
nam imponendam corporis afflictiuam
vſque ad relegationem, aut ſumus in
delictis, quibus pœna infra relegatio-
nem eſt infligenda, aut in ciuilibus cau-
ſis. Primo caſu certum eſt, quòd non
admittitur procurator, vt *gloſſ. prædicta,
gloſſ. in margine, Inſt. de iniur. §. in ſum-
ma, column.* 2. *num.* 20. *& Clarus di-
cto num.* 3. affirmarunt. Secundo, & ter-
tio caſu benè conceditur, quòd cauſa
per procuratorem defendatur, *leg. ab-
ſentem* 5. *§. aduersùs, ff. de pœnis, leg.
fin. C. de procuratoribus*, adde *Conſtit. Re-
gni Imperat. Federic. Generalia iura, rub.
vt vniuerſitas accuſata*, vbi *Andreas de
Iſer. Matth. de Afflict. & cæteri Scrib.* ad-
de *Rit. Magn. Cur.* 269. vbi *Carau.* latiſ-
ſimè, *Menoch. de Arbitr. Iud. quæſt.* 80.
vbi ad ſpecialitatem nonnullorum ca-
ſuũ deuenit, quando admittitur, & quan-
dò non procurator, ſequitur idem *Me-
noch. caſu* 264. *De Marſ. conſil.* 54. *num.* 1.
& 2. *& conſil.* 60. *num.* 2. *&* 23. vbi de
ſtatuto etiam loquitur, & idem firmat
pract. crim. §. ſequitur, nu. 19. 20. *& plu-
ribus ſeqq. vſque ad* 42. *Follcr.* etiam *praxi
criminal. Rubric. Audiantur excuſat. à
num.* 1. *vſque ad* 9. *Clarus ead. quæſtione*
32. *à principio ad finem, Angel. de Ma-
leſic. verſic. Qui Dominus Iudex, num.* 13.
& 15. *Pract. Papienſ. de forma inquiſitio-
nis, verſ. hæc eſt quædam inquiſitio, num.*
34. *&* 35. *benè Mar. quarta parte ſui ſpe-
culi, rubr. Iudicij tela aggreditur, à nu-
mero* 51. *vſque ad* 59. *Præſes de Franchis
decıſ.* 314. *Theſ. deciſion.* 265. *numero* 7.
de Afflict. deciſ. 64. *numero* 3. *Gram. deci-
ſionum volumine conſil.* 1. *numero* 72.
Regens Tapia deciſ. 10. *num.* 40. *& deciſ.*
17. *num.* 1. *Regens Rouit. deciſ.* 34. *nume-
ro* 7. & tandèm ad ſaturitatem docet di-
uerſos articulos, deciſionum recollector
Dom. Ricc. collect. 2211. *collect.* 2289.
& collect. 2622. *ac* Capyc. *deciſ.* 143. *n.* 6.
vbi Maſul.

Adeſt etiam de ſupradictis et altera
*Conſtitutio Regni Edictorum, in fin. de litte-
ris citatorijs;* & duo Ritus Magn. Cur. Vic.
quorum vnus incipit; *Item fuit quæſi-
tum*, & alter, *Si aliquis ciuilitèr, vel cri-
minalitèr*, notat *Troys. ſuper pragmat.*
2. *de forma citandi, num.* 24. *Scagl. ſuper
pragmat. prima, ſub rubric. de duello, nu-
mer.* 77. *& ſeq. & de Nigris in c. Regni. Ab*

illo, de inquiſit. num. 29. vbi *Addentes nu. 52. ao Gandin. de maleſic. rub. vtrum Procurator in maleſic. gloſ. in Conſtit. Beneficium, de reſtitut. Reipubl. verſ. criminalibus, de Afflict. in Conſtitut. Occupatis vobis, de numero officialium, num. 12. volum. 2. Bovr. ſumma deciſ. volum. 1. tit. 7. num. 34. Viuius commun. opin. opin. 649. & opin. 928. num. 6.*

Et licèt vera ſint omnia, nullatènus li-
27 mitatur primus caſus *gloſ.* vt dato pœna ſit capitalis, vel corporalis vſq; ad relegationem, admittitur tamen procurator ad inquiſiti defenſam, quando in vinculis reperitur, ex notabili deciſ. *Cyni in l. reos, C. de accuſat.* quem ſequitur *Bald. ibidem, & Imol. in cap. ſi aduerſarius, de eo, qui mit. in poſſeſ. cauſa rei ſeru. Roffredus in titu. de bon. auth. Iud. poſſ. & in tract. ſecundi decreti, Barthol. de Capua in d. c. Regni Ab illo eod. num. 52.* quicquid dicat *Marſil. ead. pract. crim. §. ſequitur, num. 2.*

Proſequendo contumaciæ pœnas, & ſi p *Mar. dicta rub. & aduertatur circa contumacias* viginti quatuor ponantur tantùm, hic illas adijciam, quæ magis rigoroſæ videntur,

28 Vti eſt, quòd ſtatim declarato Titio cõtumace condemnatur ad tertiam partem mobilium per *Conſtitutionem Feder. Pœnã nonem vnciarum,* vbi *Scribentes, rub. de pœna contumaciæ, & Conſtitutionem Grandis vtilitas, de pœna contumaciæ in criminalibus cauſis,* vbi *gloſ.* & procedit tàm in cauſis ciuilibus; quàm in criminalibus: benè verùm eſt, quòd *Conſtitutio* talis non eſt in obſeruantia, vt dixit *Carauit. ritu 206. n. 1. & Mar. d. ver. & aduertatur circa contumacias, ſupra num. 10.* fatetur, quod pœna huius *Conſtitutionis* eſt redacta in ciuilibus in vnum tarenum, & in aliquibus locis vnus ſoluitur auguſtalis, vnde Curiarũ ſtilus attenditur. Ego verò in criminalibus ſeruaui, quod deſcribitur in libro prouenctuum Curiæ in quinque ducatis, qui irremiſsibiliter exiguntur, licèt vllam de hoc mentionem faciat *Foller. 1. parte 2. partis, ver. accuſentur contumacię, nu. 11. & 12. & ver. banniantur, num. 41.* ac *ver. annotentur bona contumacis,* at quia in Curijs Baronalibus ante annum banni, & cõtumaciæ ſemper inquiſiti, aut perierunt, aut per tranſactionem eorum quietem petierunt, non potui obſeruare confiſcationem bonorum in tertiam partem, ſed puto, veram eſſe ſententiam *Follerij vbi ſu pra,* vt exigatur, quando annus eſt elapſus, non obſtante pœna prouenctuum.

29 Quod quidem poterit contumax euitare, non dum ſi compareat antequam contumax declaretur, & ſic ante actus conſummationem, ſed etiam poſt, prius quàm banniatur, vel intra duos menſes banni, ſecundùm *Regni Conſtitutionẽ Clementiæ Imperialis, de redimendis captiuis,* vbi *gloſ.* intellige in criminalibus, nam in ciuilibus ſemper auditur refectis expẽſis, ſicut etiam reficere tenetur ex criminali cauſa contumax, quando ſtatuto iam dicto tempore comparet, *vt in d. Conſtitut. Clementiæ,* at etiam tenetur præſtare cautionem de iudicio ſiſti, & de parẽdo mãdatis, vt docuit *Carauit. ſuper ritu 211. n. 2.* & demum ius Curiæ quæſitum ſoluere, vt idem *Carauit. vbi ſupra* docet, & notarunt *Mar. eod. ver. & aduertatur circa contumacias, num. 16. Foller. 1. par. 2. partis ſuæ praxis, ver. banniatur, num. 47. ver. verum ſi citati comparent, nu. 5. & in frag. eiuſdem praxis, num. 171. de contumacibus, de Affl. in Conſtit. Regni Contumacem, num. 1. de pœna contumaciæ,* & circa expenſarum refectionem adeſt *text. in l. ſancimus 15.* vbi *Bald. C. de iud. Muſc. par. 2. gloſ. veniens, num. 6. & parte 3. gloſ. partis, num. 80. & Menoch. de arbitr. iud. quæſt. 36. nu. 6. & 7.* latiſſimè *Albertus Oliua ſuper ritu 18. Curiæ Archiepiſc. Neap. num. 12. & ſeq. Vrſill.*
30 *ad Afflict. deciſ. 70. num. 3.* & licèt *Gallupp. par. 1. ſuæ praxis, cap. 5. & par. 2. cap. 4.* dicat, receſſiſſe ab aula talem expenſarum refectionem, potius (ſalua ſua pace) ad nouitatem demonſtrandam poſuit; quàm ad facti veritatem, dum in neutra parte aliquam doctrinam citat, & ego, ſi fide ſum dignus, ſemper practicaui in Regijs Tribunalibus, vt contumax audiatur refectis expẽſis; & in terminis, in quibus cauſa reperitur, ſecundùm *Menoch. vbi ſupra, Muſc. primo loco* citato, & ſuſtinet *Vrſil. ad Afflict. dec. 133. nu. 4.* quem refert *Gallupp. eod. cap. 4. n. 37.* tamen *prag. 5. de ord. iud.* benè conſiderata videtur diſponere, contumacem audiri à principio, dùm cõcedit ei exceptiones impedientes litis ingreſſum.

31 Verumtamen eſt aduertendum, quòd in criminalibus tunc expenſarum refectio datur, quando aduerſus contumacem proceditur ad partis inſtantiam; ſecùs verò ſi ex officio, nam iſto caſu comparendo contumax, tantùm ius Curiæ ſoluere tenetur, ſine refectione expenſarum, quod ius eſt ſecundùm cauſæ grauitatem, & dato videatur ardua quantum ſit poſſibile, non poteſt excedere triginta duos carolenos, vt recollexit *D. Ricc. collectan. 3473.*

Sed an ſi pœna ducat. quinque per contumaciam in libro prouenctuum ſcripta,

iam

iam eſt ſoluta; debeatur etiam hoc ius; ego affirmatiuè hic firmo meo tantùm diſcurſu, quia illa pœna eſt ius Curiæ quæſitum in pœnam contumaciæ, & minui non poteſt hoc ius 32. carolenorum differt ab illa pœna, dùm datur iſtà pecunia, vt non obſtante contumacia audiatur, tu verò rectius cogita per *tex. in l. nanis onuſtæ 4. §. cùm autem, ff. ad legem Rhodiam de Iactu*; cùm tuo iudicio hoc relinquam.

32 Contumax inſuper habetur pro confeſſo de iure communi, per *tex. in c. decernimus* 10. 3. *qu.* 9. ibi *cùm ipſa quoque pro confeſſione procurata totiès conſtet abſentia*, facit *text. in leg. Senatus* 15. §. *Diuus Adrianus, ff. de iure Fiſci; l. de ætate* 12. §. *qui tacuit, ff. de interrog. act.* §. *ſi vero neque, Auth. Vt omnes obediãt, &c. Auth. Qua in prouincia*, §. *ſed ſi nec, C. vbi de crimine agi oportet, Specul. in tit. de accuſat.* §. *fin. col.* 1. *parte* 4. vbi plures allegat, ſed vide *Fol. pr. cr.* 4. *p.* 3. *partis. n.* 1.

33 At ad hoc vt pro confeſſo habeatur, eſt neceſse, vt ſit citatus per trinum actum, vt dictum eſt ſuprà, quia in hoc non ſufficit vna pro tribus: ita *Marſ. ſua practic. crim.* §. *poſtquàm, nu.* 66. ac ſimilitèr debet præcedere declaratoria Iudicis, *Angel. de maleſ. ver. quia Dominus Iudex, nu.* 29. *Marſil. conſ.* 52. *numer.* 21. & *conſ.* 64. *num.* 13. Quæ eſt, vt dicat, ſtante contumacia Titij poſt trinam citationem, in qua perſtitit, & ad præſens ſtat, per Curiam noſtram declaratur cõfeſsus, & pro confeſſo reputetur, ſecũdùm dictum *Mar. vbi ſupra, & Borr.* infrà cit. hic *n.* 35.

34 Tamen hæc procedunt in ciuilibus, nam in criminalibus contumax non poteſt dici confeſſus; ita *Foll. vbi ſuprà, Borrell. ſumma deciſ. tom.* 1. *tit.* 46. *de contumacia, nu.* 31. & *Anton. Capyc. deciſ.* 60. *circa finem*. Et hoc de iure communi.

35 De iure verò poſitiuo, ſiue ſtatutorum, per vniuerſam Italicam Regionem in criminalibus etiam contumax reputatur cõfeſſus, vt ex eod. *Fol. vbi ſuprà, num.* 2. & de hoc loquuntur plures DD. & præcipuè *Hippol. de Marſ. conſ.* 49. *num* 30. & *pract. crim. aliàs* citato §. *poſtquàm, numer.* 66. & adeſt in Regno *Conſt. Pœnam eorum, de forbannitis, & forindicatis, vbi Iſer. de Affl. & cæteri gloſsatores, ac Mar. in l. is poteſt, poſt praxim, num.* 126. *ff. de aeq. hæred.* vbi alias cumulat pœnas.

36 Benè verum eſt, quòd iſta intelliguntur, quando vltrà contumaciam ſunt veræ delicti probationes, propter quas fuit citatus; nam aliàs non poteſt haberi pro confeſſo, & per conſequens nec minùs condemnari, vt dixit idem *de Marſ.* plenè *conſilio* 117. *numero* 36.

37 Nã licèt cõtumacia plus noceat, quàm vera confeſsio, ſecundùm doctrinam *de Franchis dec.* 673. *n.* 11.

Nullatenus non poteſt negari, quin cõtumacia, ficta probatio dicatur, per
38 doctrinam *Angeli de maleficijs, eod. verſic. Qui Dominus Iudex videns, num.* 28. *Hippol. de Marſ. conſ. crim.* 118. *num.* 33. & *practica ſua. eod.* §. *poſtquam, num.* 51.

39 Vnde cùm in delictis debeãt eſſe probationes luce meridiana clariores; *l. ſciant, la fin. C. de probatio.* latiſsimè *Maſcar. de prob. concluſ.* 459. *num.* 2. & *Marſ. conſil.* 1. etiam vigore ſtatuti contumacia non eſt ſufficiens probatio, vt contumax habeatur pro confeſſo; & pro tali confeſſione condemnari.

40 Tametſi, quamuis de iure benè veritas iſta procedat; in facto verò cõtrariũ ſeruatur, dùm ſufficit, quòd quis per contumaciam dicatur confeſſus, vt poſsit condemnari, ita demonſtrat magnus practicus *Clarus.* §. *fin. quæſt.* 44. *numer.* 9. & præcipuè in cauſa falſi, dùm ſine aliqua probatione ſufficit contumacia, vt citatus de falſo condemnetur, per dicta *Hieronymi Giacharij in additionibus ad eundem Clarum, vbi ſupra, verſ. contumax cõdemnari, lit. A.*

41 Aduertunt tamen *Addentes ad Angelum dict. num.* 28. *lit. A.* quòd confeſſus ex contumacia quis benè reputatur circa pęnam Fiſco applicandam, ſecùs quòad pœnam partis, ſiuè intereſſe, vndè ſi Titius citatus ciuilitèr, aut criminalitèr à Caio, nõ cõparet, tenetur ſoluere pœnã Curiæ, p confeſsionem contumaciæ quæſitam, ſed non ſatisfacère partis prętenſioni; cùm requirantur aliæ de cauſa veræ probationes, & ſic ego ſeruaui in M. C. V. in ciuilibus, dũ contumax vnquàm fuit condemnatus ad ſoluendum ius quæſitum parti, prout nõ potui cõdemnari facere certos meos debitores contumaces.

42 Nota tamen, quòd ſtante ſtatuto, vt contumax in Regno hoc habeatur pro confeſſo; & tali confeſsione etiam infamia irrogatur; vnde teſtis eſſe non poteſt, & alia prohibetur peragere, ſicut verè infamis ex quauis graui culpa, per doctrinam *Fel. in c. ſuper eo, il primo, circà fin. de teſtibus*, quem refert *Mar. dicta ver. & aduertatur circa contumacias, n.* 34.

43 Sed difficultas eſt, an per ſtatutum poſsit diſponi, vt contumax habeatur pro confeſſo, & proindè condemnari poſsit? & diſputatione omiſſa affirmatiuam ſententiam tenent *Ioan. Andr. in cap. veritatis, de dolo, & contumacia. Bald. in leg.* 1. *verſ. ſed hic quæritur, col.* 1. *C. quomodò,*

modo, & quando Iudex, Franc. de Aret. conſ. 147. de Afflict. in Conſtit. Regni Pœnam eorum ſupra num. 68. de ban. & foriud. & Chart. deciſ. crim. Mediolan. 79. num. 28. ac *Theſ. deciſ. 265.*

44 Conſulo tamen ego Iudicibus, quod licèt vigore ſtatuti contumax habeatur pro confeſſo, & poſſit proindè condemnari, nullatènus vt veritatem facti exquirant per aliàs probationes, ne forſan innoxius ſit iſte, & alter deliquerit, quoniam debēt potius abſentem, & innocentem liberare, quam eum vigore ſtatuti contumacem condemnare, ex doctrina *Alexand. in l. abſentem, in principio,* aliàs citata, referentis *Bal. in l. 2. §. pen. C. de iur. calumniæ, & Bar. conſ.* 100. quod incipit à *Domino Cyno n. 9. lib. 1. Angel. d. verſ. Qui Dominus Iudex, n. 39. & de Afflict. in Conſtit. Pœnam eorum, num. 64.*

45 Aduerte in hoc, vt tunc contumax habetur pro confeſſo, quando accuſatio, ſiuè inquiſitio continet crimen punibile, nam aliàs de tali contumacia, & per eam confeſſio non venit in cōſideratione, dum ſi confeſſus ex contumacia in cauſa, quæ non continet delictum, non poteſt ſequi ſentētia cōdemnationis, cū nō entis nullæ ſint qualitates, prout docuit *de Marſ. ead. pract. crim.* aliàs citato *§. poſtquā, n. 57. ver. ſubdit poſtea,* vbi plura cumulat.

46 Procedit etiam condemnatio ex confeſſione virtute contumaciæ, quando citatus non apprehenditur, nec comparet, nam quando in poſſe Iuſtitiæ reperitur, dum contumacia facit ſufficiens indiciū ad torturam, per authoritates poſitas ab *Hippol. de Marſ. pract. crim. §. diligentèr, num. 136. & conſ. 117. nu. 50. Marc. Anton. Blanc. de indicijs ad repetit. l. fin. ff. de quæſt. num. 271. & ſeq. & Foller. prax. crim. par. 3. tertiæ partis, ver. & ſi confitebuntur, nu. 10.* Iudex ſine alia probatione ex contemptu iſto tantummodo Curiæ præceptis, quibus non obtemperando, in contumaciam deuenire curauit, poteſt talem contumacem
47 ſuſpēdi facere ad torquēdū. ſecūdū *Marſ. d. conſ. 117. n. 51. & Proſp. Petram ad deciſ. Capycij* 145. *nu. 1.*

48 At quoniam *Marſ. d. n. 51.* concludit, vt vltra contumaciam, ad hoc vt contumax torqueatur, vt ſint neceſſariæ inquiſitiones de maleficio; ego contra dictū huius Doctoris non audeo aliud firmare, ſed hic diſtinctione vtor. Si Titius patrauit delictum; & poſtea fugam arripuit, quod ſe abſentando à die facinoris commiſſi, citatus non obediuit, & fuit reputatus cōtumax, & iſto caſu ſufficit contumacia pro tortura ſine alia inquiſitione. Si verò eſt commiſſum furtum, abſente diù Titio, & de Titio cogitant, vt ab ipſo ſit cōſummatum delictum, & proptèr iſtam ſuſpicionem citatur, & quia inſcius eſt de Curiæ mandatis, nō comparet; proptèr quod putatur contumax, ſi capiatur deindè, vel audito facto compareat, non poteſt torqueri, veris non præcedentibus teſtificatis aduerſus eum, & tantò magis ſi alicuius bonæ cōditionis eſt, nam ex qualitatibus homo bonus, vel malus præſumitur, *gloſ. in 10. nouella Iuſt. Imper. tit. 5. de Referendarijs Sacri Palatij, col. 2. ver. ex patribus,* & ab hac diſtinctione non recedendum puto, dum latiſſimè demonſtratur practicanda per dictum *Blanc. eod. tract. de indicijs, ver. contumacia, num. 292.*

49 Eueniente caſu compatitionis, vel contumacis alicuius capturæ, ſic ſe gerat Iudex, ſi ſuum cupit honorem, ac conſcientiæ ſalutem, & aduertat, quod quando cōtumaci datur tortura ex cauſa contumaciæ, dum in proceſſu poſſunt eſſe nonnulla probata, cum certum ſit, quod ſemper citatur ex cauſa talis delicti, vt colligitur ex *Clar. §. 1. ſuæ praxis, num. 14.* & ad hoc vt citatio valida ſubſtineatur, debet omnia requiſita continere, quæ docet *de Nigris in cap. Regni, Siuè quis, de forindicatione, ſub n. 19.* declaret, quod torquetur cōtumax ipſe, nō ad ſciendū crimē, ſed illius qualitatem, nempè, vel cauſæ, vel loci, vel armorum, & de ſimilibus, nam ſic eſt tutus, quod ſi non confitetur qualitates, parùm obſtat probato delicto, per aliquas probationes ſemiplenas etiam per adminicula, & per contumaciam ipſius, dum poterit procedere ad aliquam condemnationem pœnę iuxta facinoris grauitatem, beneuerùm cum aliqua leuitate, vt mitiorem, & non ordinarium modum mulctando eligat; ſi verò aliquam enunciatarum qualitatum dicat, eſt iam delictū in tormētis probatum, & ſic ſecurius poteſt duriori pœna, vt requirit ſcelus eum punire, quoniam in non confeſſionis caſu contumax ſolummodò non poteſt vera delicti pœna damnari, ſecundùm *Borr. eod. tit. de Contum. n. 185.*

50 Et in iſtis terminis credo, quod loquitur *Menoch. de arbitr. iud. caſu 416. num. 13.* dum ait, contumaciam ad condemnationem non ſufficere, cum certum ſit, quod quando contumax, nec comparet, nec capitur, ex ſola cōtumacia poteſt cōdēnari, ad quæ faciunt dicta *Clari vbi ſuprà eod. num. 14.* & fatetur idem *Menoch. eod. caſu 416. num. 32.* quod contumax poſt annum habetur pro confeſſo, & conuicto, ac meminit *Borr. de contumacia, num. 157. vol. 1.*

ſummæ

ſummæ deciſionum. & ſtantibus his, quod eſt confeſſus, & conuictus, non eſt dubitandum, quin Iudex cõdemnare poſſit, vt ego ad ſaturitatẽ ſcripſi in *Rub. de Adulterio, num. 36.*

51 Adeò contumaciæ eſt contra deindè cõtumaces vis, quod prohibetur etiã Regali Curiæ ſeruitia præſtare, nec contumaces ad eam poſſunt accedere per quindecim milliaria, per hæc verba. *Nè vſe, nè pueda venir, entrar, ne ſtar en nueſtra corte, ni cinco leguas al derredor*, ad demonſtrandum, quantum inobedientium mandatis Iudicantium ſit inimica Regalis domus, nam certum eſt, quod multi inquiſiti cõtumaces, & banniti, ac foriudicati in diuerſis locis Regni, innoti, qui facinoroſi erant, accedebant ad Principis Palatium, ſicquè tuti erãt de pœna, imò poterat eſſe, quod partes offenſę, cum vidiſſent eos in tali loco, potius formidabant proptèr ſiarum inimici, quam animum delicta notificãdi habebant, quæ omnia habentur *in pragm. 1. de contumac.*

52 Similitèr contumaces in contumacia obdurati perſeuerantes poſſunt horribili pœna puniri, ſcilicet vt Iudex valeat ꝓcedere ad deuaſtationem bonorum, & domorum contumacis, etiam in præiudiciũ dotalium præſumptionum, vt cum alijs firmarunt *Foller. ſua pract. crim. ver. banniantur, num. 49. & Regens Ronit. ſuper d. pragm. 1. de contum. num. 4.*

At ego ſupradictam pœnam procedere puto, non in ſimplici contumace, ſed etiã bannito, & foriudicato.

53 *S*ententia propriè, quæ aduerſus contumaces abſentes profertur, bannum eſt, quod ſequitur poſt annotationem bonorum mobilium proptèr contumaciam, vt ex *Angel. d. ver. Qui Dominus Iudex videns, num. 8. & Foller. pract. crim. ver. banniantur, in principio. & ver annotentur bona contumacis.* & aliud bannum non eſt, quam excommunicatio in foro ſeculari, dum bannitus commercio hominũ priuatur per bannũ, ſicut excõmunicatus ꝑ excommunicationem, *Foller. vbi ſupra nu. 1.* & eius definitio ponitur per *Bonifac. de Vital. in tract. maleficiorum, rubr. de pœnis condemnationis, & banni, in princ.* & hæc eſt maior cõtumaciæ pœna, de qua meminit *Borr. ead. rub. de contum. num. 36.* vbi 98. alias collocauit, vt videre eſt à *prin. ad fin.* citatæ *rub.* & faciunt dicta *Cepol. conſ. 63. num. 10.*

54 Formam verò banni, vt validũ ſit multi *DD.* poſuerunt, ſed omnes anteceſſit affatus *Foller. eod. ver. banniantur*, ad quem recurre, ſi cupis ſine nullitate procedere, euenιente caſu *num. 4. cum ſeq.*

55 Bannum verò, quod ſententia ſit, ſed interlocutoria, probatur per *text. in l. 1. C. de requir. reis*, & latè dixerunt *Angel. Auguſt.* & cæteri *de maleſ. eod. ver. Qui Dominus Iudex videns, num. 1. 2. & 3.* immò pœnalis ſententia dicitur per *Cepol. conſ. 6. num. 2.* & cum ſententia interlocutoria ſit, poteſt quandocunq; reuocari, ſecundùm *DD.* citatos per *Marſ. conſ. 49. num. 68.*

56 Et patet, dum in banno non condemnatur contumax ad pœnam delicti, ſed tantum ad pœnam rebellionis, vt pro rebelli Curię habeatur, & ſic ab omnibus reputetur, ita per *Foller. vbi ſupra, num. 4. in fine*, ac vide *Barthol. Cepol. conſ. 8. nu. 2.*

57 Tamet ſi mulctæ æquiparatur, *l. 1. §. ex hoc reſcripto*, vbi *gloſ. ver. vel multis, ff. de ventre inſpiciendo, Caſtrenſ. conſ. 198. in prima impreſſione*, quod procedere in proprijs terminis inobedientiæ, ſiuè contumaciæ, docuit *Angel. d. ver. Qui Dominus Iudex, num. 15.*

58 Sed circa bonorum annotationem mobilium, etiam ego obſeruaui, quod poſt contumaciam ſtatim annotantur, vt præcepit *tex. in l. 1. C. de requir. reis*, & non ante, vt dixit *Foller. d. ver. annotentur, in principio*: ad quorum recuperationem annus conceditur, infra quem ſi ſe præſentat, nõ proceditur ad confiſcationem, vt in *d. l. 1. C. de requir. reis*, ſi verò in contumacia durat, bona annotata amittit, vt eadẽ *Conſtitut. Regni Pœnam eorum*, vbi *Scribẽtes, de bann. & forIud.* quod intellige ſecũdùm declarationem *Camp. in cap. ſiuè quis, de foriudicatione, ſub num. 19.*

59 Qui annus incipit currere, non à notificationis die, ſed à tempore promulgationis, *l. 1. §. ſi autem*, vbi *gloſſ. ver. ex hoc, ff. de requirendis reis, & d. Conſtit. Pœnam eorum.* Ibi. *Si quis infra annum à die banni editi numerandum, &c.*

Intellige, dummodò promulgatio bãni ſit in publicum affixa per modũ edicti, vel publicè promulgata per præconem, die Curiali in loco conſueto, hora ſolita, vt moris eſt; nam iſta ſuccedit in locum intimationis, quando nec perſonalitèr, nec domi, nec per procuratorem notificatio iſta fieri valet, & iure ꝑmittitur in iſta materia per *text. in §. ſi verò quis, Auth. Vt nulli Iudicũ*, & videmus, quod etiã ſerua-
60 tur in materia ciuilium cauſarum, dum edictum, vel proclama ſufficit ad notificationem conueniendorum, *Bald. in l. ſi accuſatoribus, col. fin. in princ. ff. de accuſat.* vbi etiam *Cyn. Alexand. in l. 4. §. prætor ait, col. 2. §. item in quantum*, vbi *Bart.* & reliqui, *ff. de damno infecto*, & nonnullis alijs

rela-

Digitized by Google

relatis per *Marſ. 6. parte ſui ſpeculi, ver. rectè conceipiatur citatio, num.* 101. ac in proprijs terminis ſic declarat *Angel. d. ver. Qui Dominus, &c. num.* 6.

61 Eſt ratio, nam veriſimilitèr eſt, vt hoc modo ſaltim relatiuè ad aures eorum veniat, qui erant de perſona citandi, & hoc eſt vltimum iuris remedium, vt citatio nõ omittatur, adde *tex. in l. dies cautioni 4. §. toties*, vbi *gloſ. ver. libelli, ff. de damno infecto*, ita *Canoniſt. in cap. fin. de elect. in 6. Andr. de Iſern. in rubr. de milite, & vaſallo, qui contumax eſt, num.* 4.

62 Sciendum tamen eſt, quod circa anni curſum; dum vltima illius die poteſt cõparere, & comparendo totam euadet pœnam, in banno contentam, & præcipuè recuperar bona annotata, vt ſupra dictum eſt, & probatur *in l. 1. §. ſed & Papinianus, ff. de requir. reis* per hæc verba. *Si Prouinciæ Prçſidem intra annum adierit, & ſatis obtulerit, non eſſe locum mandatis, vt bona Fiſco vindicentur*, & dixit *Angel. vbi ſupra, num.* 5. & 6. Intelligitur à die ſequenti notificationis per modũ iã dictum, vt firmatum eſt, dies etenim ipſius edicti non connumeratur ad circulum anni, iuxtà communem regulam, quod dies termini non computatur in termino, & adeſt *Ritus Mag. Cur. Vic.* 119. cuius verba ſunt. *Non computatur in illis quindecim diebus illa dies, qua fuit facta citatio*, & ibi *Carau.* concordat *Ritus* alter 123. & antea tenuerunt *Bald. in l. fin. in principio, col. 3. C. de temp. appell. Bart. in l. 1. ver. quaro tamen, ff. ſi quis caut.* vbi *gloſſ. & DD.* omnes, & *Galter. de liquidat. inſtr. rubr. 3. num. 3. fol. mihi in nouis* 127.

63 Sed nota, quod quando comparet bannitus ad purgandam contumaciam, debet tanto tempore ſtare in carcere, quanto ſtetit in contumacia, per *Cap. Caroli Regis Secũdi* 155. *in ordine de foriudicatione.* Ibi. *Siuè deſtiterit accuſator proptèr tam diuturnam contumaciam, ſtet in carcere tanto temporis ſpacio, quanto in contumacia perdurauit*, & dixit *gloſſ. in Conſtit ut. Regni Clementiæ Imperialis, in fin. de redim. captiuis. ver. in text. in ver. bannito.*

64 Quod declara ſecundùm doctrinam *Barthol. de Capua in d. cap. ſi quis forbannitus, de foriudicatione, col. 2. infrà num. 40. & 50. ver. ibi ſucceſſori*, vt intelligatur de bannito, quod per annum ſtetit in duritia cordis, non optandò ſe præſentare, vt tanto tempore retineatur carceratus, quanto tempore liber in contumacia ſtetit, ponderando adducta huius *capituli* verba illa, *proptèr diuturnam contumaciam*, ſecus autem de illo, qui per ânnum in contumacia non durauit.

65 Sed ponamus, quod bannitus talis ante annum deceſsit, an ad hæredes tranſeat pœna, & dicas diſtinguendo, (licèt terigiſſem ſupra *num.* 22.) aut ſumus in crimine, quod morte extinguitur, aut non. Primò caſu non tranſit ad hæredes pœna, & ſic bona annotata ſunt illis reſtituẽda, & in iſtis terminis intelliguntur iura *in l. 1. ff. de requir. reis, & in l. 1. C. eod.* & ſic declarat *tex. in l. in SenatusConſultum 4. §. ſi proptèr, ff. ad Senat. Conſult. Turpil.* vbi *gloſ.* & dixit *gloſ. in d. l. 1. ff. de requir. reis, §. ſed & Papin. ver. tranſmittuntur*, facit pulcher *text. in l. defuncto 6.* cum *gloſſ. ff. de public. iudicijs, & text. in l. 1. & fin. C. ſi reus, vel accuſator mortuus fuerit.* Secundò verò caſu, benè tranſit ad hæredes, vnde bona confiſcantur, immò ipſi filij tota hæreditate priuantur, dummodò ſint maſculi, & nati poſt crimen à patre commiſſum, proptèr quod fuit bannitus, & ita mihi probat *text. in d. §. ſi proptèr*, & caſus enunciantur per *text. in l. fin. ff. ad l. Iul. Maieſt.* .ſ. crimen læſæ Maieſtatis, & crimen perduellionis, ad quæ adde *text. in l. quiſquis 5. §. 1. C. eod.* & ex hoc nota differentiam inter delictum perduellionis, & lçſæ Maieſtatis, nempè iſtud cõmittitur aduerſus Regem, vel Rempublicam, vt *in l. 1. cum ſeq. ff.* aliàs citato *ad l. Iul. Maieſt.* machinando, contra ſalutem Regalẽ, & illud patratur etiam in Regem, ſed cum armis bellando tanquam inimicus, *l. quos nos 234. ff. de verb. & rerum ſign.* & ſic perduellionis .i. duellando.

66 Aduertãt tamen Officiales in actu bãnimenti, dum non ſemper contumax banniri poteſt; vt non tantùm contumaces, eos declarent bannitos; qui cõmiſerunt delicta, quibus venit pœna imponenda ſtatura à prçcitato *Cap. Caroli Regis Si qs, de foriud.* .ſ. mortis naturalis, deportationis, membri abſciſſionis; aut ꝑpetui carceris, verũ etiã in minoribus: attamen ꝑ iſtis non põt poſtea procedi ad foriudicationem, ſed tantùm ad omnium bonorum confiſcationem, *de Nigris d. c. ſi quis, n.* 19. vbi etiã *glo. ordin. col. 2. ver.* Ibi *quam foriudicationem.*

67 Declaratis contumacibus bãnitis; mulctis priuantur, vt latiſſimè docet *Menoch. de præſump. lib. 5. præſump. 45. vol.* 2. qui deinde eorum ſcribit vtilitatem *prçſump.* 46. quando à banno liberati ſunt, & ponit, ſi recuperant ea, quæ per bannum amiſerunt, vnde ne aliorum hic traſcriptor laborum appaream lectoribus, eos ideo ad præcitatum vbi ſupra Auctorem remitto.

68 Dicam

68 Dicam tamen nonnulla particularia, & ſignantèr, quod declaratus delinquens bannitus, recurrendo ad ſtatum Eccleſiaſticum, ſi eſt Regi ſubiectus, & recurrendo ad ſtatum Regis, ſi eſt ſubditus Papæ, non poteſt ſecuritatis beneficio gaudere, ſed benè capitur, & remittitur ad ſuum legitimum ſuperiorem ad caſtigandum, & ſic ad Beneuentanam Ciuitatem confugientes facinoroſi, requiſiti Officiales, ibi degentes, per Regis noſtri Catholici Miniſtros debent remitti ad ipſos pro punitione, & facinorum recognitione, ſecundùm *Pontificiam Bullam* Romæ promulgatam 30. die Nouembris 1564. anno 5. Vicariatus *Pij IV.* Et ſunt verba hæc. *Per has noſtras ſimilitèr in forma breuis litteras ſpecialius, & enixius authoritate Apoſtolica prohibemus omnibus, & ſingulis noſtris, & Apoſtolicæ Sedis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Locatenentibus, & alijs quocunque nomine nuncupatis Officialibus, & Miniſtris, & præſertim moderno, & pro tempore exiſtenti Gubernatori Ciuitatis noſtræ Beneuenti, ne ab eis, aut eorum aliquo poſthac in Ciuitatibus, Terris, & locis noſtris, & dictæ Apoſtolicæ Sedis aliqui hæretici, rebelles, ſacrilegi, falſarij, monetarij, raptores, pacis violatores, latrones, aſſaſſini, aut homicidæ, à Regno Neapolis banniti, & exules modo aliquo tacitè, vel expreſsè recipiantur, aſſecurentur, ſeù tuti fiant, quinimò ſi talia, vt præmittitur, crimina in dicto Regno Neapolis, & illius locis, & terris patrantes ad noſtra, & dictæ Sedis Apoſtolicæ loca, & præſertim ad Ciuitatē noſtram Beneuenti, & eius Comitatum peruenire contingerit, aut ibi eos reperiri ab eiſdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Locatenentibus, & alijs Officialibus, ac Miniſtris noſtris, & eiuſdem Sedis capi, detineri, & carceribus mancipari volumus, & mandamus, ac eidem Proregi, vel Officialibus, & Miniſtris ſuis, ad omnem ipſius, vel eorundem Miniſtrorum ſuorum requiſitionem captiuos factos, liberè, & ſimplicitèr remitti, non captos capi, detineri, & remitti, quicunque illi fuerint, aut qualitercunque graduati, nobiles, vel Barones. Mandantes eiſdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, & alijs Officialibus, quocunque nomine nuncupatis, vt ſi quas fidantias, ſaluoſconductus, aut ſecuritates hactènus fecerint, illos, & illas reuocent, & annullent, prout nos præſentium tenore, quas poſt decimum à die publicationis earundem diem, ſuum effectum ſortiri volumus, reuocamus, & annullamus, nulliuſquè effectus, roboris, vel momenti eſſe volumus, & mandamus, &c.*

Et hæc obſeruantia etiam retinetur per Regios Officiales in remittendo Sedi Apoſtolicæ delinquentes de illius ſtatu, vt etiam ſub hac pactione fuit emanata *Bulla* prædicta. Ibi. *Decernentes inſuper, quod ſi contingerit aliquem ex Terris, & locis noſtris, & Apoſtolicæ Sedis oriundum, vel incolam in prædicto Regno Neapolis, vel illius Terris, & locis delictum aliquod committere, illum ab Officialibus, & Miniſtris noſtris puniri, & plecti poſſe, non ſecus, ac ſi delictum in noſtris, ac eiuſdem Romanæ Eccleſiæ Terris, & locis immediatè ſubiectis commiſiſſet.*

Quæ quidem diſpoſitio Pontificia fuit deindè confirmata per Sanctum Patrem venerandæ memoriæ *Pium V.* anno primo eius Pōtificatus 1566. prima die Februar. ac per ſuū ſucceſſorem *Sixtum V.* ſimilitèr Regiminis ſui laudabilis anno primo ſub die 28. Iulij 1585. & pro iſtarum obſeruātia, conſentiente etiā huius Regni Prorege Ill. D. Petro Giron promulgari fecit *pragmaticam die 16. menſis Auguſti* 1585. 7. in ordine, quæ incipit. *Hauendo ſua Santità, ſub tit. de Exulibus.*

Et has ſanctiones tempeſtate mea vidi practicatas anno 1639. de menſe Octobris, dum Dominus Regius Conſiliarius D. Ferdinandus Muñoz Lelium, dictum *il Ciecatello de Santo Angelo Faſanello* Prouinciæ Principatus Citra, inquiſitum, bannitum, & foriudicatum per Regiæ Audientiæ Salerni Dominum meū D. Gaſparē Sotū, tunc Auditorē tēporis, deindè M.C.V. Iudicē criminalē, nunc meritiſſimum S.R.C.S. Claræ Cōſiliariū, qui ad Ciuitatē Beneuēti, cū vndecim correis exulibus cōfugit, ſibi remitti diligentèr, ac accuratè curauit, qua remiſſione facta omnes vnica ſententia condemnauit, octo ad mortem, & quatuor ad Regias triremes, & vna die Veneris omnes paſſionem ſuſtinuerunt, quatuor ad furcas, & quatuor ſuper rotis, quorum primus fuit ipſe Lelius, laureatus infamiſſimæ mortis corona, & ſententia fuit executioni mandata in magno foro Parthenopeæ Ciuitatis, enunciato die Veneris 27. eiuſdem menſis Octobris 1639. quamuis dicant quidam, fuiſſe tales delinquentes remiſſos, ex eo quod graſſatoribus inuenctis, fuit eos ipſe Dominus inſequutus Beneuentum vſquè, & quod propterea dum Regium, vt ita loquar, procacium aggreſſi fuerint, non poterant gaudere Eccleſiæ, vel alterius immunitatis beneficio.

69 Inſuper pro fidelium ſtatu pacifico

Summi Pontifices etiam aduerſus bannitorum fauctores, & defenſores., ac protectores diuerſas emanarunt Bullas, ad hoc vt ſublato tutelæ brachio extirparetur delinqnentium tumor, quas tu poteris curioſus videre, & ſunt decretationes. Prima *Iulÿ Secundi* 5. Kalend. Decēbris 1505. anno tertio ſui Pōtificatus. Secunda *Pÿ Quarti* gubernationis eius anno ſecūdo ſub octauo Idus Ianuarij 1560. Tertia *Gregorÿ XIII.* anno nono Epiſcopatus eius quinta die Iulij 1580. & Quarta omiſſis alijs *Sixti V.* āno primo ſui fęliciſſimi Pōtificatus Kalēd. Iulij 1585. & Iure Ciuili ſunt *text. in l.1. & 2. C. de ÿs, qui latrones, Cōſtitutione Regni, Pœnam eorum, de forbannitis*, vbi *de Afflict. num.* 85. *cap. licèt contra* 210. *Regis Roberti rubric. quod receptatores, &c. cap. creſcit* 224. & vtrobiquè *Campagna*, & plures de hoc ſunt emanatę *pragm. ſub rubr. de receptator. delinquent.* vbi *Scribentes*, & pręcipuè *Ronit. & Nouarius*, qui plura docuerunt neceſſaria, in hoc ſcitu digna.

Er his non obſtantibus videmus, quod delinquentium eſt infinitus numerus, & omne, quia ſtatutis pœnis non puniuntur, nec eſt qui ad illorum extirpationem inuigilet.

Bannitus inſuper cum pro hoſte Ciuitatis reputetur, vt *in l. proditores* 7. *ff. de re militari, & l. amiſſione* 5. §. 1. *ff. de capitis diminutione, Hippol. de Marſil. conſ.* 11. *num.* 8. *& conſ.* 110. *num.* 9. *Cepol. conſ.* 5. *num.* 14. *& DD. in cap. fęlicis, de pœnis in ſexto*, impunè poteſt ab omnibus occidi, *pragmat. prima, & pragm.* 3. *ſub tit. de Exulibus*, vbi habetur, *che ſi poſſano liberamente ammazzare nel meglior modo, e forma potranno, ibiquè Scagl. & Ca-*
70 *rauit.* & ex tali nece occiſores non poſſunt homicidę nuncupari, nec peccatores, dum leges permittunt, quod id faciant, quæ ſic diſponentes in omnibus locis Italiæ pluſquam in alijs Regionibus vigent, vt per innumeros *DD.* firmauit *Iulius Chart. decif. crim. Mediolan. prima, num.* 2. *&* 3. *& Scaglion. in dicta pragm. prima, num.* 2. *de Exulibus*, immò poſſunt banniti tales in arbore ſuſpendi, ſecundùm *Foller. ſua pract. crimin. verb. foriudicentur, num.* 11. & vide in hoc *Arnon. epitom.* 62. *&* 63.

71 Nec obſtat, quod ex tali permiſſione aduerſatur præcepto, *ne occides Matth. cap.* 5. *& Io. cap.* 3. Vbi ait, *Omnis, qui occidit fratrem ſuum, homicida eſt, & ſcitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem*, legitur in veteri teſtamento *Exod. cap.* 20. in iure Canonico, vt *in cap.* 1. *cum ſeq. de homicid.* & tandem in iure naturali, & poſitiuo, vt *in l. vt vim* 3. *ff. de iuſtitia, & iure*, ibi, *hominem homini inſidiari nephas eſt, & toto titulo Digeſt. & C. ad l. Cornel. de Sicarÿs*. Quia iſta iura intelliguntur ſano modo, de probis viris, non autem de improbis malefactoribus, & Ciuitatis hoſtibus, nam tales ſi occidantur, maleficium non dicitur committi, *cap. miles* 13. *& cap. qui malos* 29. 23. *quæſt.* 5. *cum Salomon Prouerb.* 24. dicat, *Eripe eum, qui ducitur ad mortem.* Vnde Iure Diuino etiam permiſſum videtur. Dum Moyſes *Exod.* 2. *cap.* cū vidiſſet afflictionē ſuorū ex quodam Egyptio illatā, ipſum malefactorem percuſſit, & in ſabulo aſcondit, & meminit *text. in cap. non inferenda* 7. 23. *quæſt.* 3. Dauid ſimilitèr Gigantem necauit, in cuius tanti operis præmium fuit Rex ipſe creatus, & ſic à peccati pœna non dum immunes, ſed etiam præmio honorati fuerunt, facit *text. in cap. ea vindicta* 51. 23. *quæſt.* 4. & in hanc ſententiam concurrunt *DD.* in vtroquè iure, *Abb. in capit.* 3. *de Conſuet. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum, num.* 12. *ver. procedit ergo, & num.* 14. *de Conſtitution. Diuus Thom. parte prima, quæſt.* 8. *ver. ad tertium argumentum* 2. *quæſt.* 64. *artic.* 2. *&* 3. *&* 22. *quæſt.* 62. *articulo, Alber. de Roſat. in* 4. *par. ſtatutorum, quæſt.* 19. *Matth. de Afflict. in Conſtitutione Pœnam eorum, de bannitis, num.* 57. *& ſeq.* & eſt magis communis opinio, ſecun- C
dùm *Clar. ſua pract. crimin.* §. *homicidium, num.* 44. ſequitur *Nellus in tract. bannitorum* 2. *part.* 2. *temporis, num.* 20. *ver. vndecimo quæro*, & concludit *Chart.* poſt longam diſputationem *d. dec.* 1. *num.* 182. 184. *& ſeq.*

Rationis ratio ſupradictorum eſt, quia reputantur iuſtitiæ executores, ſecundum optimum *text. in cap. reos* 7. 23. *quæſt.* 5. ad iſtam litteram, *Maleficos nō patieris viuere*, & ſequitur infra. *Item Moyſes, qui legem acceperat, cultores Idoli morte puniuit, Samuel etiam Agag pinguiſſimum Regem in fruſtra conſcidit, Phinees quoquè Iudæum cum Madianita coeuntem gladio transfixit, quod eſt ei reputatum ad iuſtitiam. Similitèr nonnulli in veteri teſtamento inueniuntur malos trucidaſſe, nec tamen transgreſſores Legis, ſed defenſores appellantur. Probibetur ergo illo pręcepto quiſquè ſua auctoritate in necem alicuius armari, non legis imperio reos morti tradere. Qui enim publica poteſtate functus ipſius legis imperio malos perimit, nec illius præcepti transgreſſor, nec à cęleſti patria alienus habetur.*

Ex

Ex hoc igitur patet apertis tabulis, q̄ non peccant bannitorum extirpatores, quod etenim lege permittente, aut ſtatuto ſit, pœnam legis non meretur, per *text. in l.nemo damnum* 194.*ff.*de *regul.iur. & in l. Gracchus* 4.*C.ad l.Iul.de adult.gloſ. in cap.* 2.*ver.culpa caret*, de *Conſtitutionibus, Bero. conſ.* 296. *poſt num.* 11. *& Giurba conſ.* 3. *num.*12.

72 Intellige tamen, dummodò viui capi nō poſsint, vt deſumitur ex *cap.*2. *de homicidio vol. vel caſuali*, & ſi capti occidantur, maius peccatum committunt, dum necari non poſſunt, ſi apprehendantur ſalui, ex doctrina *Aquilini* relata per *Reg. Ronitum ſuper rubr.de Exulibus, num.*8. Vel aliquo particulari ſenſu ad occiſionē non deueniāt, nā ſi nō calore iuſtitiæ, ſed iracūdiæ, vel cauſa nūmorū, aut inſeruiēdi amicis id faciāt, à peccati pœna minimè excuſati iudicātur, ita *gloſ.in* ſupra citato *c.miles* 13. 23.*quæſt.*5. *Diuus* Thom. *in alleg.* 22. *q.*64. *art.Butr in d.cap.quæ in Eccleſiarum, n.*22. vbi etiam *Felin. num.*13. *& Decius nu.*56. *de Conſtitut. Summa Angel. in verbo homicidium,el primo,ver.ſextum,col.*5.*de Afflict. d. num.*57. *in Conſtitutione Pœnam eorum*, *Clar.in* adducto ſuperius §. *homicidiū,eod. num.*44. & ego de *Nigris in cap. Miſericordiam Caroli Primi de indulto, num.*30. *& Carauit.ſuper d.pragm.*1. *de Exulib. ſub nu.* 98. veritatem confirmo, quod hodie nemo eſt, qui in tali actu non peccet, dum non animo expurgādi Prouinciam à prauis hominibus bannitos inſequuntur, ſed diuerſis cauſis nuper indicatis, & ſimilibus ad id diſponuntur.

Poteſt tamen eſſe, quod aliquando proptèr vindictam quis inducatur ad occiſionem delinquentium, & non peccat, ſed vindicta debet eſſe talis, qualis demonſtratur *in cap.ea vindicta* 51. 23. *q.* 4.

73 Sed an valeat hoc ſtatutum, vt banniti poſſint impunè occidi, & dubitandi rationem latiſsimè diſputando *Carauit. vbi ſupra, num.*99. non obſtante, quod videatur inducere occaſionem delinquēdi, dixit, valere ex authoritate *Felini eod. nu.* 13. & colligitur ex dictis *Cartharij* aliàs allegata *deciſ.*1.

74 Et an interfecto bannito poſſit ſpoliari? hæc eſt magna quæſtio, & vnam, ac alteram partem *DD.* diuerſimodè ſubſtinuerunt; vnde vt veritatem tot dignoſcamus, oportet diſtinctione quadam ad præſens vti, omiſſa diſputatione, nempè, aut poſt mortem ſtatim ſpoliatur, aut poſt alicuius diei internallum. Primo caſu, derobaria permittitur, quia ait *Paul. de Caſtro conſ.* 33. quod incipit *ſuper primo quæſito*, quem ſequitur *Felin. d. cap.quæ in Eccleſiarum* 5.*col. & Nell. in tract. de bannitis* 2. *par. tertij temporis*, *quæſt.*3. quod quæ in continenti fiunt, videntur ineſſe, & ſic quamuis odium banni finitum videatur cum banniti obitu, intelligitur de actu non incontinenti derobariæ, ſed internallato. Secundo caſu, certum eſt, quod bannitorum ſpoliatio prohibetur ex adductis rationibus, & iſto ſenſu debent intelligi dicta *Angel.de malef.in ver. veſtē celeſtem, num.*3. *Viuij*, & aliorum, quos ipſe citat *in ſylua com. opinionum, opin.* 770. *in fine*, à qua diſtinctione minimè diſcedas, dum non mea eſt, ſed *Hipp. de Marſil.pract. crimin.*§.*aggredior, n.*83.

75 Cumquè dictum ſit, bannitum poſſe impunè occidi, & nunc firmat etiam *Regens Rouit. ſuper alleg. rubr. de Exulibus, in principio*, vbi ampliat, quod habet locum talis concluſio, etiam conſtituta mercede, an liceat propterea (hic veretur) clerico ſine metu peccati bannitum interficere? & è conuerſo laico liceat clericum bannitum occidere ſine metu excommunicationis, & affimatiuam in vtroquè caſu ſubſtinuit opinionem *Marſil.conſ.crimin.* 11. *per tot. & pract.*etiam *crimin.* §. *pro complemento, num.*3. *&* 4. vt videmus in ſimili, quod licet clerico necare ſuum inimicum, qui intentauit eum occidere, licèt potuiſſet aufugere ab inuaſione ſine aliquo peccato, vt voluit *Nauarr.conſ.*6. *de homicidio, num.*4. *lib.*5. *volum.*2. nullatenus, non per hoc, quod non peccet clericus interficiendo bannitum, eſt ab irregularitate immunis, dum in eam incurritur, non dum per homicidium permiſſum à iure, ſine metu peccati, vt ex eodem *Nauarr. d. num.* 4. ſed etiam per ſimplicem comitatum, Cum Iudice ad mortis ſententiam exequendam eunte, ſinè aliquo alio actu, vt dixit *Nauarr. eodem tit. de homicidio conſ.*7. *num.*2. vbi in fortioribus terminis concludit, eſſe incurſum in irregularitatem quendam Horatium clericum, qui tantum fugam nonnullorum bannitorum, cum armis impediuit, proptèr quod impedimentum per ſatellites fuerunt occiſi, & priuſquam expirarent, ad pœnitentiam eos inducere curauit, & ex hac authoritate ego firmitèr nunc credo, eſſe incurſum in irregularitatem certum Sacerdotem Terræ Pollæ, qui 15. Maij 1641. induxit nonnullos ad tollendum fratrem ſuum de manu cuiuſdam Commiſſarij, qui illum carceratum exportabat, & cum eſsent in quo-

dam nemore, infelicitèr fuerunt inuaſi à nonnullis Regię Curiæ militibus, qui credebant, illos eſſe bannitos; & in certamine vnus fuit occiſus, & decapitatus, dũ poſteà intellexerunt, quod mortuus erat inquiſitus, & caput fuit ſuſpenſum de ordine, iuſtiſſimi non minus, quam peritiſſimi D. Dãtis Oliuadiſij furcis in territorio Ebuli, dum ibi reſidebat propter proſecutionem certi foriudicati, qui dicebatur *il Morſicato*, & in maiori ratione eſt talis Sacerdos irregularis, non dum quia adfuit in prælio, & morte inquiſiti, ſed etiam quia præbuit ipſe occaſionem ad hoc, exportando tales homines ad rem illicitam peragendam, nempè ad captiui liberationem, & ſic capta informatione per Epiſcopalem Curiam Caputaquensẽ fuit declaratus die vndecima Martij 1643. nullatenus ad huius articuli diſcuſſionem ſi liceat, vel non clerico occidere bannitũ ſine metu peccati, & irregularitatis, vide *Chart. deciſ. 1. per tot.* vbi non licere concludit, hac ratione ex me, quia non eſt de honeſtate clericorum bannitos necare, cum ſecularium ſit officium, & dato non peccent ex actu antecedenti, peccant ex ſubſequenti, nempè non committunt peccatum mortale, quia necant bannitos; ſed quia ex nece incurrunt irregularitatem, quam ipſi permittere non debent, vt ſatis nota iam eſt ſententia. *Quod qui amat periculum peribit in illo*, & de hoc vide *Couar. de irregularitate, §. 2. 3. & 4. ſecundæ partis, volum. 1.*

76 At ne legum falſi expoſitores nũcupemur, aduerte; quod quæ de bannito dicta ſunt, vt poſſit impunè occidi; verba ſupra citatę *prag. 1. de exulibus, Che tutti, e qualſiuoglia contumaci fuoruſciti, e delinquenti*, ac ſequitur *ſaranno trattati, e reputati per diffidati, rebelli, e contumaci, banditi, e come veri forgiudicati della Regia Corte*, intelligi debent attenta *Regni Conſtitutione Grandis vtilitas, de pęna contumacię in crimin. cauſis*, vt annotauit in *d. pragm. Alex. filius Reg. Rouit. ſupra num. 2.* quæ diſponit, vt banniti anno, à banni die decurſo foriudicentur, & ſic poſſunt impunè occidi banniti foriudicati, etiam in iſto ſenſu loquitur etiam *Foller. d. ver. foriudicentur* allegato *nu. 11. & de Afflict.* præcitata *Cõſtitut. Pœnam eorum, eod. nu. 57. & Arnon. in adduct. epit. 62. & 63.* & alij ſupra allegati licèt in littera *Conſtit. Pœnam eorum, de forbannitis*, videatur diſpoſitum tã contra foriudicatos, quàm contra bannitos; vt poſſint oẽs offendi, ibi *Ad hoc videlicet, vt ſi occiderit, aut acciperit bannitũ, vel foriudicatum*, & de ſimili fari videtur *Reg. Rou. ſuper prag. 1. de contumac. n. 6.* & nota, quod in M. C. V. non datur iſte terminus, vt quis pro delicto banniatur, ſed tantùm capta informatione expediuntur citationes ad informandũ, & ad capitula, quarũ forma ad finẽ huius cõclutionis ponitur, & p nunciũ facta relatione incuſatur prima, & vltima contumacia, & dum aliud fit, ſed expectatur annus, ſi non abbreuiatur ob enormitatem erroris, vt infrà; infrà quem ſi non comparet inquiſitus, declaratur foriudicatus, tamen in forenſibus practicatur, quod poſt contumacias promulgatur bannum, & poſt annum à die banni proceditur ad ſententiã foriudicationis, vt pluries ego ſeruaui, & inſuper nota, quod tunc M. C. procedit aduerſus inquiſitum ad foriudicationis ſententiam, quando adſunt tales probationes, per quas delinquens poteſt citari ad informandum, & ad capitula; ſecus tamen ſi non ſufficiunt ad hoc, ſed erunt ſemiplenæ depoſitiones; nam in iſto caſu citatur tantum inquiſitus ad informandũ, & poſt accuſatas contumacias, ipſo non cõparente condẽnatur ad pœnã in citatione cõtentã, deſcribitur in libro interni, & expeditur ordo, vt capiatur, eſt ratio differentiæ, qa quãdo quis citatur ad informãdũ, & ad capitula, habetur pro vero delinquẽte, & capitula tradũtur, vt poſſit tueri, & licèt ſit abſens, ei hoc modo cõteſtatur lis, & ſi anno elapſo nõ cõparet, habetur iſte contumax pro vero confeſſo, & poteſt proferri ſententia foriudicationis, & tene menti, hunc eſſe alterum caſum, quod aduerſus abſentem poteſt ſententia proferri: nam foriudicatio ſentẽtiæ mortis aſſimilatur, dum poſt illã impunè poteſt forindicatus occidi, vt dictũ eſt, quod non procedit in ſimplice citato ad informandum, quia non habetur pro vero delinquente, & ſic proceditur, quod capiatur, ad hoc vt intruſo eo, cauſa finiatur ſeruato iuris ordine.

Benè verum eſt, quod non ſemper habet locum *d. Conſtitutio Grandis vtilitas* circa ſpatium vnius anni conceſſum pro bannitorum auxilio, vt non poſſint offendi, niſi eo decurſo, quod vltra bannum foriudicati fiant, nam per plures ſunt caſus, in quibus eſt breuiatum tempus hoc, vt
77 infra, & hic ſignantèr, quando delictum cum ſcopittis cõmittunt, dum poſt quindecim dies foriudicantur, vt *in pragm. 2.* promulgata *vltima die Martij 1612. per Illuſt. Com. de Lemos, & prag. 3. eiuſdem Proregis ſub 14. Aprilis 1614. de Ictu ſcopiſtę.*

78 Et ſecundùm *pragm. 1. ſuper num. 2. &*

prag.

pragm.4.ſub rubr.de Exulibus, ac meminit *de Leonardis in praxi officialium, cap. 12. circa med.* ſi contumaces, aut banniti in campania, cum comitiua in pacificarum perſonarum præiudicium, ac damnum vadunt poſt decem dierum ſpacium, citatione eis facta ad informandum, ſiuè ad præſentandum ſe penès Curiam, reputari, & declarari poſſunt veri foriudicati, & per conſequens impunè offendi, & iſtis in terminis allegata ſuperius ſunt intelligenda, & non de ſimplicibus bannitis.

79 Immò decreuit per Regiam ſanctionem *Ill. Comes de Oliuares ſub 19. menſis Martij* 1597. vt nonnulli alij delinquẽtes quatuor poſt dies à citatione facta præcedentibus indicijs, vt præcipitur *in pragm. 37.§.1. de officio magiſtri Iuſt.* veri foriudicati iudicentur, tanquam eſſent tales per definitiuam ſententiam declarati, & ſunt *Tutte (vt in d. pragm.de Olinares ſub rubr. de Exul.decima in ordine) quelle perſona di qualunque ſtato, grado, & condítione ſi ſiano, che pigliaranno qualſiuoglia perſona, non ſolo nelli luoghi habitati, ò da dentro le loro caſe, e maſſarie, mà anco in qualſiuoglia altra parte, etiam nelle ſtrade publiche, ſequeſtrandola, e detenendola, cõ fine di componerla, incorrano nella pena di morte naturale, & eſſendo citati p qualũque vfficiale, e tribunale, coſsi Regio, come di Barone, nõ cõparẽdo fra termine di giorni quattro, s'habbiano in illo tũc p veri cõtumaci, e forgiudicati, e come tali li dichiaramo, e volemo, che ſiano tenuti, e reputati, come foſſero ſtati per ſentẽza coſsi dichiarati. E volemo, che poſſano eſſere impunè vcciſi, & hauendoſi viui in mano della Regia Corte, ſi debbiano eſſeguire le pene contro di loro di morte naturale, com' à veri forgiudicati, vt ſupra, non oſtante la Conſtitutione del Regno, quale diſpone, che per procederſi, ò reputarſi alcuno forgiudicato s'habbia da ſtare in contumacia per vno anno, alla quale Conſtitutione nelli caſi predetti diſpẽſiamo, citra praiudicium di quella.* & dixit idem *de Leonardis vbi ſupra.* & hodie ſeruatum vidi, quod quando agitur de aliquo graui delicto ſolet ſupplicari Excellentia Proregis, vt dato non ſit caſus explicatus in Regijs pragmaticis, vt abbreuiet terminũ anni ad foriudicãdũ, nec non ſolet peti delegatio cauſæ .ſ. vt M.C.V. procedat vti delegata, ad hoc vt omnis ad S.C. collatur recurſus de actibus iã de peragendis per ipſam M.C. & de facili talis petitio, & impetratio obtinetur, facta tamẽ prius relatione per magnificũ cauſæ Commiſſarium, vt cognoſcatur per illius narrata de grauitate oppoſita, prout ego obtinui ſub die 17. mẽſis Aprilis 1643. dum quendam inquiſitam abbreuiato termino anni ad vnum menſem foriudicari curaui.

Sed occaſione motus ad præſens ex dictis *Bart.Cepoll.in conſ.57. num.21.* Quod bannum magis ex contumacia, quam ex delicto dicatur: hic quæro.

80 An bannum poſſit manari aduerſus cõtumacem ex ſolo capite contumaciæ, ſiue aliqua delicti probatione.

Et reſpondetur, quod dum contumacia eſt delictum, vt ſupra viſum eſt, alia probatio non requiritur, cum ſimus in probatis.

Nullatenus alitèr eſt veritas, .ſ. vt requiſita de criminis probatione præcedãt, ad hoc vt banniri poſſit, nam aliàs bannũ non tenet, ſecundùm *Hipp.de Marſ. conſ. 49. num.31.* & ideò dixit, quod tunc bannitus ex contumacia dicitur bannitus ex maleficio, *Clar.in §.1.ſuæ prax.crim. n.14.* quãdo bannitur ex cõtumacia, ſed proptèr delictum, dum multoties quis incurrere poteſt contumaciam ex cauſa ciuili, & ideò non eſt exiſtimandus bannitus, ſi banniretur, quando contumacia non prouenit ex crimine, vt colligitur ex *Ang. d.ver. Qui Dominus Iudex videns, num.24.*

81 Et ſic ſtatuto mandante, vt bannitus poſsit impunè occidi, intelligitur de bannito ex cauſa maleficij, vel contumaciæ, in quam ex crimine eſt incurſus, ita *Bald. in l.fin. C. de crim.ſtellion. Alex.in l.omne delictum, in principio, ff.de re mil. de Marſ. conſ.10.à num.8. vſq; ad 12. Angel. vbi ſupra d.num.24.* & eſt communis *DD.* opinio, ſecundùm *Vinium in ſylua com. opin. opin.770.num.12.*

Nec obſtat ratio adducta, quod contumacia delictum reputatur, quoniam etiã ſupra eſt probatum, quod dicitur fictum, & non verum, & ideò inſpiciẽda eſt cau-
82 ſa, pro qua quis bannitur, nam ſi non eſt legitima, nõ pôt banniri, nec bãnũ tenet, quia ceſſante cauſa ceſſat legis diſpoſitio, & eius effectus, *cap. cum ceſſante 60. de appellat.* & in proprijs terminis *Marſ. ſua pract.crim.§.vltima quæſtione, num.9.*

83 Et ſi quęras, an pro delicto Titius bannitus poſſit à banno appellare, vide *Angel. d.ver. Qui Dominus Iudex videns, nu.14.*

Et cui, ſi optas ſcire, verè bannitus ęquiparetur, recurre ad eundem *Angel. vbi ſupra num.58. & Cather. deciſ.205. Senatus Pedemontani, num. 9.* ac *Clar. §.fin. quæſt. 61.num.12.*

Ac de bannitorum infamia per bannũ legitimum irrogata ſcripſit *Nellus in tractatu ſuo bannitorum, par.2. 2. temporis, quæſt.49.*

Et

Et omiſſis iam cæteris bannitorum pę-
nis, de beneficijs eorum loquendo, aduer-
te, quod duo præcipuè conceduntur.

84 Nempè beneficium *Conſtit. Regni Cle-
mentiæ Imperialis, ſub rub. de redim. capt.*
.ſ. quod poſſint à die banni duos poſt
menſes liberè incedere, & perſonalitèr nō
capi, neque offendi, vt notauit ibi *Matth.*
putans talis *Conſtitutio*, ſufficere tan-
tam dilationem ad eorum emendam,
*de Nigris in cap. Regni Licet Regis Roberti
210. num. 11.*

Ac beneficium *in Conſtitut. Regni Pœnā
eorum, de forbannitis* conceſſum, nempè, vt
infrà annum, (& habetur *in d. Conſtitut.
Clementię*) à die banni poſſint comparere
ad iuſtificationem banni, & confirmatur
per vim *text. in cap. cum contumacia 7. de
heretic. in ſexto.* Termino iſto poſtea ela-
pſo, non eſt remedium in morbo, & con-
tumaciæ criminis eſt finalis punitio, nam
ſtatim poſſunt foriudicari, vt in *d. Conſti-
tutione Pœnam eorum*, & dixit *Foller. pract.
crim. ver. foriudicentur, in princ.* dummodò
de criminalibus ſit contumacia, in caſu,
quo ſaltim veniat perpetui carceris pœna
imponēda, vt voluit *text. in cap. Regni Ca-
roli Secundi, de foriudicatione,* & incipit,
Sinè quis, per hæc verba. *Quam foriudica-
tionem tunc tantum procedere volumus, cum
bannitus fuerit ob contumaciam criminis,
cuius pœna eſt mors naturalis, aut deporta-
tio, membri abſciſſio, aut carcer perpetuus,* &
notauit *Caran. ſuper ritu 270. num. 1.*

85 At huius capituli diſpoſitio receſſit ab
aula, vnde aduertant Iudices, vt non pro-
cedāt in foriudicatione, niſi in delinquē-
tes, qui ex maleficio capitali pœna veniūt
puniendi, nam ſi minor imponitur in cri-
mine, foriudicari non poſſunt, vt pluries
D deciſum eſt in Sac. Reg. Conſ. apud *Giz-
zar. deciſ. 13.* & apud ſpectabilem *Regentē
Tapiam* nunc, tunc verò Conſiliarium
deciſ. 49. de quibus terminationibus me-
minit etiam recol. mem. *Rouit. ſuper prag.
1. num. 36. de ſent. foriudic.* & eſt contra
*D. de Afflict. in d. Conſtitut. Pœnam eorum,
num. 48. volum. 2.*

86 Facto caſu, vt delictum ſit tale, quod
pœnam mortis meretur, & indurato per
annum delinquente in contumacia, mul-
ta ſunt neceſſaria, vt concurrant, ſi ritè fo-
riudicationis ſententiam vult Iudex pro-
ferre, & cum quindecim enumeret *D. de
Afflict. in d. Conſtitut. Pœnam eorum, n. 15.
cum ſeq.* ibi de reliquis te remittendo, tan-
tum hic dicam, quod priuſquam Iudex ad
foriudicam deueniat, proferat interlocu-
torium decretum, vt de banno diximus, &
declaret in tali interlocutione, quod talis
inquiſitus de crimine furti citatus non
curauit comparere, vnde fuit reputatus
cōtumax Curiæ, & per ipſam Curiam fuit
bannitus, vt aduertit inter cæteros ſcri-
bentes ipſe *Matth. de Afflict. d. Conſtitut.
Pœnam eorum, num. 18.* & dixit *D. Ricc. col-
lect. dec. 2576.*

87 Deindè priuſquam ſententia foriudi-
cationis promulgetur, debet præcedere
trina citatio, vel vna pro tribus, cum pe-
remptorio, quod ſaltim debet continere
ſpacium 30. dierum, ſecundùm *Afflict. vbi
ſupra, num. 66.* quæ citatio non debet di-
cere, vt reus contumax bannitus veniat
ad ſe defendendum, ſed ad allegandam
eius abſentiæ cauſam, vt benè aduertit, &
citationis formam ponit, à qua ne diſce-
das, ita idem *de Afflict. in eadem Conſtitut.
Pœnam eorum, num. 45.* & iſta citatio dici-
tur ad foriudicandum, ſecundùm *Rouit.
in rubr. de ſent. foriudicat. n. 2. & ſuper rubr.
de appellat. num. 36.*

88 Nec iſta ſimplex citatio ſufficit ſimpli-
citèr facta domi ſolitæ habitationis inqui-
ſiti, cū de perſona notificari nō poſſit, ſed
eſt neceſſe, vt moneātur agnati, & cognatī
contumacis foriudicandi ad allegandam
abſentiam cōtumacis, vt dictum eſt, & vo-
luerunt *de Afflict. & Rouit. vbi ſupra,* iſte
num. 3. & ille aliàs citato *num. 45.* & ſic de
obſeruantia M. C. V. teſtatur *Io: Franci-
ſcus de Leonardis eod. cap. 12. in praxi offic.*
.ſ. quod quando regitur Curia vocantur
conſanguinei contumacis ad foriudica-
tionis ſentētiam, tēpore cuius promulga-
tionis poſſunt opponere, vel citationis
nullitatem, vel clericatum, aut ſimilia, ſe-
cūdùm *deciſionem D. Vincentij de Franch.* D
329. à princip. ad finem, vbi *Addentes,*
vt dixit idem *Regens Rouit. ſuper ead. rub.
de ſent. foriud. num. 11.* ac *de Leonardis vbi
ſupra.*

89 Et facta relatione per nuncium, ſecun-
dùm formam traditam *in pragm. 2. de ordi-
ne iudic.* vbi *Troyſ. num. 31.* & ſcripſerunt
plures *DD.* vti *de Nigris* in aliàs citato
*cap. Sinè quis, de foriudicat. de Afflict. d. Cō-
ſtitut. Pœnam eorum, num. 17. & in Conſtit.
Edictorum, de literis citatorijs, de Franch.*
vbi Addentes *deciſ. 322. & 560. Gram. conſ.*
1. poſt *deciſ.* poſito, & omiſſis alijs *Gallup.
part. 2. ſue praxis, cap. 2. per tot.* & propriè
num. 11. & 12.

90 Ac incuſatis debitis contumacijs, vt
deſumitur ex *Caran. ſuper ritu 269. nu. 21.*
& de praxis obſeruantia docet idem *de
Afflict. alleg. Conſtit. Pœnam eorum, num. 18.*
pronunciatur foriudicationis ſententia
Curia ſedentè, ſecūdùm formam poſitam
per *Foller. part. 1. 2. par. ver. foriudicentur,
num. 4.*

*num.*4. *&* 29. quam ediſcas, ſi nullitates in iſto caſu euitare cupis, & iſta ſententia ſiuè ab Officialibus Regis, ſiuè Baronum feratur, cum & iſti quoquè foriudicare possint, vt ſcripſit *Capibl. ſuper pragm.*8. *par.*2. *de Baron.nu.*115. *& D. Ricc. collect.* 1576. ſtatim foriudicatum mortuum reddit, vt dixit *de Afflict. ead.Conſtitut. Pœnam eorum*, *num.* 71. & voluit *text. in dicta Conſtit.* pee hæc veeba. *Quoad omnia ferè pro mortuo habeatur, & hoſtis publicus reputetur, ſicut ab omnibus offendatur impunè,* & ibi latiſſimè *de Boctis* addendo multa, ſic concludit *Campagna in d.cap. Siuè quis, num.*8. *& Præſes de Franch. deciſ.*213.*n.*11. *& deciſ.*689.*num.*5. *&* 6. & ratio eſt, tum quia à die talis ſententiæ poteſt impunè occidi, vt littera indicauit præeitatæ *Conſtitutionis Pœnam eorum*, & ſic ignoeat ſi hodie, vel cras viuus reperitur, tum quod ab hora foriudicationis ſuccedit Fiſcus in bonis foriudicati antea annotatis, ſecundùm doctrinam *Roniti ſuper ead.rubr. de ſent. foriudic.num.*5. & de *Afflict.* qui de 'agnatis ſcripſit *eodem* citato *num.* 71. & tum etiam, quod ſic condemnatus defenſio aliqua ei non conceditur, ad vitæ periculũ euitãdũ, dato, quod innocẽs ſit, auctore *Ronit.ſuper* pluries alleg. *rub.de ſent. foriud.n.*7. *Carau.ſup.prag.*1.*de Exul.n.*110.

91 Sed dubitatur hic; an poſsit tempus arctari, vt infra annum etiã quis poſsit foriudicari; & licèt tactum ſit ſupra de hoc, nullatenus firmiori modo ſubſtineas affiematiuã concluſionem per D. *Rou. vbi ſupra, n.*6. *& D.Ricc. collect.*1401. *in medio, Maſul.ad Capyc.dec.*131.*n.*5. vndè vltrà caſus à *terg.n* 77. *et ſeq.* alios hic deſcribã, &

Primus eſt caſus ſingularis certaminis; dum duellãtes poſt triduum citati etiam domi foriudicãtur, vt *in prag.*1.*de duello,* & dixit idem *Ronit. d. num.*6. per quam *prag.* erat impoſita mortis pœna tantùm pro ptima duelli vice, ſed ꝑ ſanctionẽ *Ill. Com.de Monterey, ſub tit. eod.de duello,* ſub 3. die Decembris 1631. pro ſecunda vice; ad quam materiam adeas *Matth. de Affli; in Conſtit. Proſequentes, de pugnis ſubl. & in Conſtitut. In quæſtionibus, de rapt. virg. Viu.in ſylua com.opin.opin.*232. *Capibl.ſing.* 48. *& D.Ricc.collect. dec.*616. .ſ. quoad pœnam corporis afflictiuã, ſed quoad pœnam animæ duellantium impoſitam, quæ eſt timenda, iuxta Domini monitionem apud *Matth.* 10. dum ipſo facto ſunt pugnantes iſti excommunicati, & infamati per *S.C. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.*19. *de reform.* vide requiſita, ve in excõmunicationẽ incurrant, *Sayr. de cenſ.lib.*3.*cap.*31. *Filiuc. ſuper bull. in tit. de duello, Sà in aphoriſ. verbo duellum, & de excõmunicatione, ver. quædam aliæ excommunicationes Papæ reſeru. Nouar. Summa Bullar. de duello ſuper Bull.Clem.*8.*fol.* 225. *& Ronit. ſuper prag. prima, in fine, etiam de duello,* vbi diſputat, cui diſpoſitioni in hac materia ſit ſtãdũ, Ciuili, vel Canonicæ ? & vltra *Bullã* emanatã ꝑ affatũ *Clementem VIII.* videas in hoc alias Pontificias *Conſtitutiones* .ſ. *Iulij II.* ſub die ſexto Kalend. Martij 1508. quæ eſt 8. in ordine, *Leonis* X. anno 7. eius Pontificatus 1519. decimo Kalend. Auguſti, *Clementis VII.* Idus Februarij anno 2. ſui regiminis, *Pij IV.* Idibus Nouembris Põtificiæ eius poteſtatis anno primo, & *Gregorij XIII.* ſub anno 1582. Non. Decembris, & inuenies, qui vltra principales duellantes in pœnam excommunicationis incurrant.

Secundus eſt caſus *prag.*1.*de Oſculantibus per vim mulieres*, dum ſic delinquentes à die facinoris poſt tres menſes poſsũt foriudicari, & firmauit *Reg.Ron.ind.rubr. de ſent.foriudic.n.*6. *& D.Ricc.collect.*1401.

92 Nec mirum hoc videatur, cum de ſimili dignoſcamus, vnum teſtem ſemiplenè tantum probare, ſecundùm *gloſ.in l.ſi quis* 3. *C. ad l.Iuliam Maieſtatis, l.iuriſiurandi* 9. vbi *Bald. C.de teſtibus, &* Co *rau.ſuper ritu Mag.Cur.Vic.*41.*nu.*2. ita & talitèr, quod non facit indicium, vt dixit *Vitalis de Cãbanis in tract. clauſ. ver. ſequitur qualitèr probatur error in vltimis voluntatibus, n.*6. *fol.mihi* 325. & tamen per diuerſas *pragmaticas* cõtrariũ reperitur diſpoſitũ in varijs caſibus, ve eſt videre *in pragm.*4. *Card. Granucla de extract. & export .in prag.*1.*nu.* 6. *de Exulib. & in pragm.*1*t.*3. *in medio, de furtis,* vt vnus teſtis ſingularis plenam inducat probationem ad obuiandum delictorum frequentiæ.

93 Sed ſi ex nemoribus ad carceres ductus contumax bannitus, & foeiudicatus, præcedentibus requiſitis de tortura, & ſimilibus, condemnetur ad morrem, ſcias, quod ſuſpendi debet in loco commiſſi delicti, proptèr quod fuit citatus, vel in ſubſidiũ in platea magis Ciuitatis publica, *text.* eſt in *l. capitalium* 28.*§.famoſos, ff.de pæn.* arg. *l.*1. vbi *gloſſ.C.ad l.Iul.repet. pragm.*1. *in fine, de furtis, Paris de ſindicatu, ver. furcarum erectio, in princ.fol.mihi* 141. facit etiã *text.in cap.ſi peccauerit* 10. 2.*quæſt.*1. & voluit *gloſſ. in imarg.ad capit.pen.*45.*diſt.*

Cieca hoc dubites, quid ſi tempore, quo quis laqueo ſuſpenditur, funiculus rumpatur, an iterum ſuſpendi debeat ? & quoniam in præſenti concluſione pluries æquitatem rigori Iudicibus preferendam propoſui, cum miraculosè præſumatue hoc eue-

euenisſe, dicendum eſt, liberandum eſſe ad necem condemnatum, per *Dec. in regul. fauorabiliores* 168. *ff. de regul. iur.* & alios relatos per *Vin. in ſylua comm. opin. opin.* 125. *num.* 12. & late *Boer. deciſ.* 217. *num.* 18. *&* 19. licèt nonnulli *DD.* diſtinguant, quod aut condemnatio fuit facta per legitimas, & maniſeſtas probationes, aut non. Primo caſu eſt iterum ſuſpendendus, cum innocentia non cogitetur. Secundo verò eſt liberandus.

94 At ponamus, quod Titius eſt damnatus ad mortem, & ante ſententiæ executionē moriatur, an ne cadauer ſuſpendi debeat? & regularitèr dixerunt minimè *DD.* vti *Angel. in l.* 1. *ff. de public. iud. & Bald. in l.* 1. *C. ne ex delict. defunct.* qui allegat *Cyn. in l.* 2. *C. qui teſtam. facere poſſ.* Niſi in famoſis delictis, dum etiam cadauer eſt ſuſpendendus, ſecundùm *gloß.* ſingul. *in l. vnica, ff. arbor. furt. cęſ.* vbi multa adducit, *Rom. in l. ſi verò, ff. ſolut. matrim. & Imola in l. defuncto, ff. de publicis iudicijs*, & ego ſic obſeruaui anno 1638. dum quidam peſsimus prædo inſidioſè quendam mercatorem tractando, non dum illum bonis, ſed ſimiliter vita priuauit noctis tempore, at Dei prouidētia ad hoc fuit inuaſus à nōnullis Curiæ militibus, qui eum perſequēdo ad mortem ferierunt, ductus ad iuſtitiam in Mag. C. ſtatim fuit condemnatus iſte malefactor, nomine per excellentiam vocatus, *l'Abbate Anello*, & cum eſſet exportatus in ſedula, dum ambulare ipſe nō poterat ex vulnere, in itinere ante macellotas Sancti Laurentij deceſſit, & morte eius non obſtante, ſuum Iuſtitia fuit ſecuta effectum, dum cadauer fuit ſuſpenſus ante portus ſedile, quoniā ibi facinus patrauerat, & ſic ſeruari in praxi ante docuit *Clar.* §. *fin. q.* 51. *num.* 15. poſt longam diſcuſſionem, & tenet *Gizzar. dec.* 15. *n.* 5. & ſic deciſum, & practicatum refert *in fine* eiuſdem *deciſ.* de menſe Maij 1606. dum quidā monetarius, fuit mortuus furcis ſuſpenſus in magno foro prædictæ Ciuitatis Neapolis, & hæc ſunt, quæ magis neceſſaria ſub hac rubrica vtilius ad Reipublicę vtilitatem cumulaui, tempore, quo me contumaces diuerſi perſequebantur.

Forma citationis ad informandum, quando cauſa eſt delegata, & circulus anni abbreuiatus.

T. De tali Gubernator Terræ T. & per Suā Excellentiam in præſenti cauſa delegatus. Alguzerijs, & ſeruientibus noſtrę curię, ac alijs quarumuis, &c. noueritis, qualitèr præſentia talis de tali eſt nobis, & noſtræ Curiæ non parum neceſſaria, & oportuna, à quo ipſa noſtra Curia aliquid ſcire intendit, ipſumq; interrogare, & examinare ſuper nōnullis cauſis, mētem noſtram, & Curię Coadiuditoris tangentibus, & præcipuè ſuper informatione aduerſus eum capta de appenſato, & crudeli homicidio appenſato, cum pugione in perſonam N. de N. & alijs, vt ex actis, ideò vobis ſupra iam dictis, inſolidum committimus, & mandamus, quatenus receptis præſentibus ad omnem inſtantiam, & requiſitionem Curiæ Coadiutoris citetis ſupradictum Talem ad pœnam vnciarum auri 25. Curiæ, &c. quatenus infrà dies quatuor poſt præſentium intimationem perſonalitèr in dicta Curia comparere debeat, ipſam informaturus ſuper prędictis, &c. nec nō notificetis etiam dicto Tali, quod Curia ipſa in præſenti cauſa procedit vti delegata, ſeruata forma reſcripti S. Excellentiæ, & ſi perſonalitèr non ſe præſentauerit, vel comparuerit in dicta Curia infrà dies 30. numerandos à die contracta vltimæ contumaciæ, procedetur contra eum ad foriudicationis ſententiam, &c. Datum &c.

Nota, quod quādo qs citatur ad informandū, & ad capitula, duæ expediūtur citationes ſeperatim, vna ad informandum, quę eſt ſupra tradita, & altera ad capitula, quæ hic ſequitur, & duæ debent eſſe nūcij relationes, vna ad vnā citationē, & altera ad alterā eiuſdē tenoris, vt apparebit poſt citationē ad capitula formatā, & aduerte, quod quādo cauſa nō eſt delegata, & circulus anni per diſpenſationē Proregis nō eſt abbreuiatus, in citatione ad capitula nō inſeritur illud reſcriptū, quod hic ponitur, ſed illo ſublato remanebit iſta forma citationis ad capitula pro quouis delicto, excepto eo cū ictu ſcopittæ patrato.

Forma citationis ad capitula; quando cauſa eſt delegata, & terminus ad foriudicandum abbreuiatus.

Talis de T. Gubernator in Terra T. & per S. Excellentiā ſpecialiter delegatus in pręſenti cauſa. Alguzerijs, & ſeruientibus noſtris, ac alijs quarumuis Curiarum notum facimus, in dicta noſtra Curia formatā fuiſſe ex mero noſtro officio inquiſitionem contra, & aduerſus Talem de T. de eo, in eo, & ſuper eo, videlicet, quòd orta differentia, et interuenientibus nonnullis verbis iniurioſis,

&

Digitized by Google

& minis, nec non odio inde ſecuto inter ipſum Talem de tali terra contra Talem de T. cauſa, quia prætendebat ipſe T. fuiſſe factam quandam relationem vtili domino, ſiue Baroni ſui Oppidi aduerſum ipſum à dicto Tali ſuper nonnullis impertinentijs, ſiue vixis factis, & furtis cammiſſis per ipſum T. & exiſtētibus eum odia prædicto ſic cauſato de menſe T. anni T. propoſuit dictum T. occidere, & conuocauit nonnullos alios, ad præſtandum de longe auxilium, ſi occurreret in caſu neceſſitatis, & ſimularens alia de cauſa illac ire, & redire vbi ipſe T. inſidiabatur, expectando meliorem occaſianem, vt potuiſſes id effectuare, & ſic inter eos fuit concluſūm, vnde tali die, putās ipſum Talem iturum eſſe ad viridarium ſuum, cannocande Tales, & tales, vt erat allocutus ad aſſiſtendum, dixit, quod volebat ſe impaſtare in domo T. de Tali, & inde exire ad occidendum ipſum T. in trāſitu; de quo cum notitiam habuiſſet dictus T. non fuit illa die ad iardenum, ſed confugiendo ad Curiam procurabat, illum capi, vnde magis aucto odio, deliberauit ipſe talis non amplius occaſionem expectare, ſed illi inuadere omni moda peiori in quocunque loco, qua potuiſſet; vnde iterum conuocauit ipſoſmet tales, vt facerent ſpallam, ſi opus eſſet, quoniam omnino erat deliberatus illum occidere, & ſic cōſabulando cum intelbexiſſet, quod ille T. ibat ad Templum Sanctiſſimi Saluatoris, ſtatim profectus fuit, & illi Tales paulatim ſequebantur eum, & aſſaltando de retro ipſum T. cum pugiane pluries illum feriendo; poſtmodum fugam arripuit; & in tutum ſe poſuit, ex quibus vulneribus quatuor poſt horas inuaſus obijt, nōaduertens T. prædictus, quā graue ſcelus ſit ſimilia patrare delicta, incidens propterea in talibus à Iure, ſacriſque Regni Cōſtitutionibus, capitulis, & pragmaticis ſtatutam pœnam; de quo delicto porrecta ſupplicatione S. Excellentię in Regie Callaterali Cōſilio per Talē de T. haredem occiſi, & facta relatiene per noſtram Curiam de contentis in proceſſu; fuit trāſmiſſum reſcriptū ſequētis tenoris vz. à foris. Al T. Gouernadore de la Terra T. intus vero, Entendida S.E. la relaciō ſatta por la voſtra Corte en conſarmidad de la cauſa del T. de tale inquiſido de hamicidio en perſana de T. de Tale, ha reſuelto, que eſſa Corte prouea en ella, como delegada, con podeſtad de abbreuiar el termino da la forindica à los auſētes à vn mès, que por eſta vez diſpenſa S.E. à los capitulos, y pregmaticas del Reyno, que hauriā en cōtrario, e Dios guarde Palatio, &c. El Duque di Caiuano. quo reſcripto viſo, vna cum actis fuit interpoſitum decretum, vt ſequitur, In cauſa T. de Tali inquiſiti de appēſato, & crudeli homicidio cū pugione patrato in perſonā T. de T. & alijs, vt in actis; Vigore ordinis S. Excellentię Die &c. menſis &c. anni &c. in Tali terra &c. per Curiam fuit prouiſum, & decretū, quod vigore reſcripti S. Excellentię fol. &c. Talis de T. vt ſupra inquiſitus pro cauſa prædicta citetur ad informandum, & ad capitula, cum abbreniatione, & delegatione, ſeruata farma reſcripti; hoc ſuum. Talis de T. Gubernator. Ideo vobis, vt ſuprà iam dictis, in ſelidū dicimus, committimus, & mandamus; quatenus receptis præſentibus ad omnem inſtantiam; & requiſitionē Curiæ Coadiutoris peremptoriè citet, moneat, & requirat dictum T. de Tale perſonaliter, ſi ipſum de perſona reperi contingerit; ſin autem, domi eius ſolitę habitationis; quatenus infra dies quatuor poſt præſentium intimationem perſonalitèr in dicta Curia procedente contra eum, vti delegata vigore dicti reſcripti S.E. delegationis, derogationis, & decreti lati per noſtram Curiam comparere debeat recepturus copiam capitulorum ſpecialis inquiſitionis contra ipſum formatę, & melius formādę ex mero officio; & ſuper inquiſitione ipſa, vt melius patuerit ſe legitimè defenſurus, litem conteſtaturus, terminum recepturus, facturus, & excuſaturus omne totum, & quicquid per eādem Curiam iniunctum, & mandatū fuerit; nec non in ſpecie dicto T. notificetur; quod dicta Curia procedit contra eum in præſenti cauſa vti delegata, omni appellatione remota vigore reſcripti S. Excellentiæ; & quod ſi non comparuerit, ſeq; de perſona pręſentauerit in dicta Curia infra dies triginta, numerandos à die contractę vltimę contumaciā, Curia ipſa vti delegata intendit procedere ad forindicationis ſentētiam, &c. citetis, &c. & in forma reſeratis, &c. Datum, &c.

Forma relationis nuncij in citatione ad informandum, & ad capitula facienda.

A Di del meſe . . . 1643. Nella Terra N. Io tale de tale ſeruiente ardinario della Corte di detta Terra reſera hoggi ſopradetto dì di detto Meſe cō la pſēte citatione ad capitula, e quāto in eſſa ſi cōtiene hauer eſtato ad capitula il tale de T. domi ſuæ ſolita habitationis, preſente gente di ſua caſa, e preſenti i tali, e tali di detta, Terra, per non hauerlo patute ritrouare di perſona, & anco Io tale di T. ſeruiente, vt ſupra con la preſēte citatione ad capitula refero hauere notificato al ſopradetto Tale di T. inquiſito, vt ſupra, come detta Corte di detta Terra procede cētro di eſſo come delegata per S.E. ſeruata la

forma del reſeritto, e decreto interpoſto, & in detta citatione ad capitula inſerito, e che ſe eſſo T. de Tale non comparerà di perſona in detta Corte delegata fra giorni 30. numerandi dal di dell'vltima ſua contumacia, eſſa Corte delegata procederà contro di eſſo alla ſentenza della forgiudica, non oſtante, che non ſia elaſſo il circolo dell'anno, preſente detta gente di ſua caſa, e li ſopraſcritti teſtimonij, modo, & forma, vt ſupra.

Forma citationis ad informandum in homicidio cum ictu ſcopictæ patrato.

TAlis de T. Gubernator in tali Terra, &c. Alguzerijs, & ſeruientibus noſtræ Curiæ, et aliarum quarumuis Curiarum ſignificamus, & notum facimus, qualitèr præſentia Talis de T. eſt nobis, noſtræq; Curiæ multum neceſſaria, & oportuna, à quo ipſa noſtra Curia intendit nonnulla ſcire, & ipſum interrogare, ac examinare ſuper aliquibus cauſis mentem noſtrã, & Curiæ Coadiutoris tangẽtibus, & ſignãtèr ſuper informatione aduerſus eum capta de appenſato homicidio, etiam cum aſſaſſinio per eum patrato, cum ictu ſcopittæ in perſonam Talis de T. & alijs, vt ex actis, propterea vobis, vt ſupra iam dictis inſolidum committimus, & mandamus, quatènus receptis præſentibus ad omnẽ inſtantiam, & requiſitionem noſtræ Curiæ Coadiutoris citetis ſupradictum N. ad pœnam vnciarum auri 25. Curiæ, &c. quatènus prima die iuridica poſt præſentium notificationem perſonalitèr in dicta noſtra Curia comparere debeat, ipſam informaturus ſuper prædictis, &c. Nec non notificetis dicto N. quod Curia ipſa in præſenti cauſa procedit ſeruata forma Regiarum Pragmaticarum, & ſi perſonalitèr nõ ſe præſentauerit, vel comparuerit in dicta Curia infra dies quindecim à die contractæ vltimæ contumaciæ, vt in dictis Regijs Pragmaticis ordinatum eſt, procedetur contra eum ad ſententiam forindicationis, nec non ad exactionem pœnæ ducatorũ mille in iiſdem Regijs Pragmaticis contenta, prout hac, & alia latius in citatione ad capitula continentur, alias, &c. Datum, &c.

Talis de Tali Gubernator.

EST hic aduertendum, quod quando quis eſt Capitaneus in Terris Regis virtute dictarum Pragmaticarũ procedẽdi habet poteſtatem cum delegatione, & propterea tam in iſta citatione ad informandũ, quàm in ſequenti ad capitula additur ibi, *nec non notificetis dicto N. quod Curia ipſa in præſenti cauſa procedit vti delegata ſeruata forma Regiarum Pragmat.* & ſequitur vt firmatum eſt.

At inſuper aduerte, quod *prima die iuridica* ponitur, quando eſt citandus in eadem Terra, vbi Curia regitur, ſi verò in alia, debet dari competens terminus, & ſic dicendum erit in citationibus, *quatenus infrà dies duos, aut tres,* ſecundùm loci diſtantiam, & ſequitur modo, vt dictum eſt.

Et tandẽ eſt notãdum: quod factũ in citatione ad capitula mutatur, vt eſt delictum; de reliquis poſtmodum ſi vna virgula omittatur, nulla erit citatio, & forindicationis ſententia, ex ea ſecuta.

Forma citationis ad capitula in homicidio cum ictu ſcopittæ patrato, ſecundùm ordinem Regiæ pragmaticæ.

De Mandato Curiæ

INiunctum, & commiſſum eſt vni ex Alguzerijs noſtræ Curiæ, vel aliarũ quarumuis Curiarum ad infraſcripta inſolidum requirendis, &c. Significamus, qualitèr formata inquiſitione contra, & aduerſus N. de delicto cum ictu ſcopittæ patrato in perſonam N. & morte inde ſecuta, de eo, in eo, & ſuper eo, videlicet, quod orta inimicitia inter N. & N. ex eo, quia ipſe N. menſibus elapſis tentauit rem habere cum vxore ipſius N. quapropter minabatur factum ad forum ducere, ad hoc, vt ſua vxor, & ipſe Adulter N. de iuſtitia venirent puniendi; quod volens ipſe N. euitare excogitauit dictum N. occidere, ſed per intermediam perſonam, ne homicidium eſſet notorium, & commiſſum ab ipſo N. vnde cõuocauit Talem de T. & ei communicato negotio, & certa pecuniarũ quantitate promiſſa, dummodò ipſum N. ſuum inimicum interficeret, ſtatim ipſe Talis conuocatus acceptauit onus, & promiſſionem oblatam nũmorum, quibus in parte ſolutis, ipſe Talis procurabat dictum N. inimicum aſſati N. necare tutè, et ſecretè eum ſecura, quando ipſe N. à vinea domum reuertebatur, & licet pluries ei fuiſſet inſidiatus vnquam potuit prauum ſuum animum ad effectum producere; quoniam ſemper comitatus ipſe N. ſbat; vnde ex iſta mora conquerebatur ipſe N. mandans homicidium fieri, quod erat illum deludere; & licèt ipſe talis iuraſſet, & periuraſſet, quod ſua culpa mora non erat cauſata; ſed

Digitized by Google

ſed ex occaſione non habita, vt ipſe deſiderabat; ei fides ab ipſo N. non adhibebatur; ſed fuit compulſus ad occidendum dictum N. ſuũ inimicum, vlla expectata occaſione, ſed omni modo meliori, ampliùs promittens ei quietem cum Curia, & pacem cum parẽtibus dicti N. eius inimici, & ſoluens aliam pecuniarum quantitatem, quapropter promiſit ei inſeruire paucos poſt dies, vnde accommodato die ſequenti in ſua vinea zoffione, eadem nocte tentauit per ſubtus portam domus ipſius N. illum occidere, & non potuit, quia non valebat rectam miram habere contra ipſum talẽ, & ſic abijt, & excogitabat, quomodo, & quo loco potuiſſet dictum N. necare; & ſic habita notitia; quod ipſe N. quarebat operarios ad ſuam poſſeſſionem in loco dicto N. & quod iam illos conducebat, ſtatim abijt ipſe Talis, & ſe impoſtauit intus certum occultum locũ propè iter, quo erat tranſiturus ipſe N. quo iam poſtmodum tranſeunte, quando erat in loco deſtinato, ipſe Talis emiſit ictum ſcopitti, & illum vulnerauit, ita & taliter, quod illico mortuus cecidit in terram; & ipſo Talis onerando iterum zoffionem puluere, & pilis plũbeis dedit ſe in pedes, non aduertens, & conſiderans ipſe T. quam graue ſcelus ſit ſimile delictum, vt ſupra committere, incidẽs propterea ad pœnam in talibus à iure, ſacriſque Regni Conſtitutionibus, capitulis, & pragmaticis ſtatutam, & ſignantèr in Regia prag. edita per Illuſt. D. Comitem de Lemos olim huius Regni Proregem ſub die 24. Aprilis 1614. & in alia edita per Illuſt. Comitẽ de Monte Rey ſub die 29. Martij 1637. tunc in hoc Regno Proregem, per quas ſancitum eſt, quod omnes, qui deliquerint cum ictibus ſcopittarum infra dies quindecim foriudicentur, non obſtantibus Regni Conſtitutionibus, & capitulis, per quæ datur circulus anni, & in alia pragmatica edita ſub die primo Septembris 1638. per Illuſt. Dom. Ducẽ de Medina de las Torres ad præſens in hoc Regno Proregem, per quem diſponitur, vt etiam incidant in pœnam ducatorum mille, prout in capitulo dictę prag. einſdem D. Ducis de Medina, tenoris ſequentis videlicet, E perche conuiene procurare con ogni mezzo d' euitare quanto ſia poſſibile, & eſtinguere detti delitti, ordinamo, e comandamo, che quelli, che cõmetteranno delitti con armi di fuoco, oltre delle pene corporali in dette Regie pragmatiche ſtabilite, incorrano in pena pecuniaria di ducati mille, la quale s'intenda applicata al Regio Fiſco ſtatim commeſſo il detto delitto, e poſſa eſigerſi, fatto che ſarà il delinquente contumace; Quapropter viſis actis fuit interpoſitum decretum, vt ſequitur. In cauſa T. de tale inquiſiti de homicidio cum aſſaſſinio, vt ex actis Die . . . menſis . . . anni . . per ſubſcriptum Magnificum Capitaneũ cum voto ſui ordinarij Cõſultoris, fuit prouiſum, & decretũ, quod ſupradictus T. vt ſupra inquiſitus pro cauſa prædicta citetur ad informandum, & ad capitula, cum abbreuiatione termini, ſeruata forma Regiarũ pragm. hoc ſuum, &c. T. de T. Conſultor. T. de T. Capitaneus. Ideo vobis, vt ſupra in dictis inſolidum dicimus, committimus, & mandamus, quod ad omnem inſtantiam, & requiſitionem noſtræ Curiæ Coadiutoris peremptoriè citetis ſupradictũ talẽ de T. de terra T. perſonalitèr, ſi de perſona eum reperire contigerit; ſin autem, domi ſuæ ſolitæ habitationis, quatenus prima die iuridica poſt præſentium intimationem perſonaliter in dicta noſtra Curia comparere debeat, recepturus copiam capitulorũ ſpecialis inquiſitionis contra eum formatæ, & melius formandæ ex mero officio ipſius Curiæ, in quo melius potuerit ſe legitimè defenſurus, litem conteſtaturus, terminum recepturus, dicturus, facturus, & executurus omne totum, & quicquid per eandem noſtram Curiam rationabilitèr iniunctum, & mandatũ fuerit, nec nõ notificetis etiã dicto T. quod ſi nõ comparuerit in dicta Curia infra dies quindecim à die contractæ vltimæ contumaciæ, eadem Curia intendit contra eum procedere ad ſententiam foriudicationis, & illius executionem incluſiuè, ac etiã notificetis dicto T. quod ſi nõ comparuerit in dicta noſtra Curia, procedetur aduerſus eum ad exactionem pœnæ ducatorum mille ad beneficium dictæ Curiæ Coadiutoris, ex quo de õnibus alijs, et quibuſcunque delictis, de quibus forſan dictus T. de T. reperiretur inquiſitus, tam in dicta noſtra Curia, quàm in õnibus alijs Curijs huius Regni, ipſum tenore præſentium aſſecuramus, ſub fide, & verbo Regis, atque noſtris, vt poſſit tutè, & cautè comparere, alias, &c. citetis, & reſeratis in forma, &c. Datum, &c.

Forma relationis nuncij in ſupradictis citationibus facienda.

A Dì . . . del meſe . . . dell'anno . . . nella Terra N. Io Tale de T. ſeruente ordinario della Corte di detta terra refero il ſopradetto dì di detto meſe cõ la pñte citatione ad capitula, e quanto in eſſa ſi contiene, hauer citato ad capitula il T. de T. domi ſuę ſolitę habitationis, preſente gente di ſua caſa, & Tali e Tali di detta terra per non hauerlo potuto trouare di perſona; & anco io tale di tale con la preſente citatione ad capitula refero hauer notificato al detto T. de T. che ſi non

cōparerà in detta Corte frà giorni quindeci di pſona, ſeruata la forma delle Regie pragmatiche ſopra li delitti, che ſi fāno cō armi di fuoco, numerādo dal dì dell'vltima contumacia, eſſa Corte pcederà cōtro di eſſo T. alla ſētenza di forgiudica, nō oſtante, che non ſia elaſſo il circolo dell'āno, come ancora refero Io medeſimo Tale di T. ſeruēte, vt ſupra hauer notificato al detto T. che ſe non cōparerà frà li detti giorni quindici, vt ſupra, ſi pcederà cōtro di eſſo alla eſſattione della pena di ducati mille, conforme la Regia nouella Pragmatica in detta citatione ad capitula preinſerta, da applicarſe à beneficio della Corte, e coſſi refero, &c.

Et quoniam dixit *text. in l. 2. ff. de ſtatu hominum*, quod lex debet ſub congruenti titulo adaptari. Cùm ad meas perueniſſent manus quædā eleganriſſimæ, ac eruditiſſimę Allegationes peritiſsimi viri, & Domini mei obſeruandiſsimi, Ioannis Thomæ Tironi, in S. R. C. inter primarios Aduocati, eius licētia ad huius rubricæ honorē, hic illas tranſcripſi, cùm æternæ memoriæ digniſsimæ cenſeantur, & oportunè collocaui, dum ad iſtam materiam tendunt, ac faciunt.

A R G V M E N T V M.

An homicida teneatur ad expenſas iudiciales Amico ſecum eunti tempore delicti, qui vt ſocius criminis culpatur de homicidio.

S V M M A R I V M.

1 *Homicidium voluntarium quando dicitur commiſſum.*

2 *Damnum, quod ſocius ſua culpa ſētit, ſibi, et non alijs imputare debet.*

3 *Politica obligat ad id, ad quod legibus quis non teneretur.*

4 *Qui cauſam, vel occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur.*

5 *Homicidium ab omnibus præſumitur commiſsum, quando ab vno ex pluribus ſimul euntibus aliquis fuit occiſus.*

6 *Damnum, quod ſocius tua culpa patitur, reficere teneris.*

7 *Contumacia vnius, alteri nocere non debet, vnde ſi contumacia tua cōmunis domus deuaſtetur, partem meam reficere debes.*

8 *Declaratur, in quibus terminis loquantur* Vega, Sanchez, & Fauſtus *circa damnum non reficiendum à conſocio, quando ſocius illius culpa, illud patitur.*

9 *Inimicitia facit indicium ad torturam.*

10 *Rixa quando dicitur.*

11 *Aſſiſtentes maleficio, auxilium malefactori præſtaſſe præſumitur.*

12 *Delictum quando dicitur dolo, & ex propoſito commiſſum.*

Allegationes Peritiſſimi V. I. D. Ioannis Thomæ Tironi.

IN DEI NOMINE.

Thomas rediens à Terra N. ad Terram N. ſimul cum Ioſepho, & famulis, in medio itineris occidit Ioannem Mariam ictu ſcopittæ voluntariè, ſine aliqua neceſsitate, & ſic doloſè, quia adfuit animus occidēdi, tam ex genere armorum, quàm ex alijs vulne-
1 ribus indè datis, *l. 1. §. 1. ff. ad l. Corn. de ſicarijs, gloſ. in cap. ſicut 6. §. fin. in verbo concilium, de homicid. Clar. in §. homicidium, n. 1. cum ſeq. Decian. tom. 2. tract. crim. lib. 9. cap. 79. Didac. Cautera quæſt. crim. part. 4. cap. 7. de homicid. num. 13. ver. tertium homicidium eſt voluntarium, Farinac. de homicid. quæſt. 126. num. 2. & ſeq. Caietanus in ſumma, verbo homicidium, Tolet. lib. 1. cap. 77.*

Proptèr hoc homicidium fuerunt etiā dicti Ioſeph, & famuli inquiſiti, tanquam ſocij criminis, ſuntq; expenſæ pro defendendo dicto Thoma, & prædictis aliquæ pecuniarum quantitates, ſicut aliæ expendentur pro facienda compoſitione cum Fiſco. Quęritur, ad quem ſpectet ſoluere dictas expenſas factas, & faciendas? An ad omnes inquiſitos, vel ad dictum Thomam tantùm, tanquam principalem delinquentem, cuius cauſa alij fuerunt inquiſiti?

Et reſpōdeo, ꝙ ſi Ioſeph, & famuli, ſciētèr, vt ſocij Thomę ad ipſum in homicidio coadiuuandum veniſſent, nō tenebitur in conſcientia Thomas ipſis reficere expenſas, eoſque ſeruare indemnes, quia impu-
2 tandum eſt eis, qui voluerunt eſſe ſocij criminis, ita in terminis tradit *gloſ. in l. quoniam 6. C. ad l. Iul. de vi*, & ibi *Bart. num. 3.* qui dicit, Rogo te, vt teneas menti perpetuò, *Sayrus in Claui Regia, libr. 10. tractat. 2. cap. 12. num. 26. & Fauſt. in tract. de reſtitut. diſput. 1. quæſt. 94.* Ad quod facit regula iuris, dānum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi, & nō alijs imputare debet, *cap. damnum 86. de Reg. Iur. in 6. l. Imperator 34. ff. de iure Fiſci.* Ibi *Ipſe te huic pęnæ ſubdidiſti. §. quia verò Leonis, auth. de non alien. aut permut. rebus Eccl.* Ibi
3 *amatores periculi.* Tamen de conuenientia ſecundùm leges Politicas Mundi tenetur, quia maxime Ruſticitati tribueretur aliter fa-

facere, vt notat *Petrus Nauar. in tract. de reſtitut. lib. 3. cap. 4. n. 98.*

Si verò, vt ſupponitur in hoc facto, Io-
ſeph, & famuli erãt innocẽtes, & inſcij hu9
homicidij cõmittẽdi à Thoma, quẽ comi-
tabãtur bona fide, & tenebitur Thomas ad
dictas expẽſas. Probatur ratione euidẽti,
4 q̃a qui cauſam, vel occaſionem (quæ cauſa
remota eſt, *Tiraquell. in tract. ceſſante cau-
ſa limitatione 13. num. 5. cum ſeq.*) damni
dat, damnum dediſſe cenſetur, *cap. de ca-
tero 11.* & ibi *gloß. de homicid. cap. fin. de
iniurijs, l. qui occidit 30. §. in hac, ff. ad l. A-
quil. Abb. conſ. 21. lib. 2.* Thomas verò non
ſolum eſt occaſio, ſed cauſa efficax mora-
litèr dãni ſociorum. Sciebat enim, vel ſci-
re debebat, ſuum homicidium etiam ſuis
ſocijs fore imputandum, quia dum ſimul
5 aderant, & homicidium non euenit in ri-
xa, fecit indicium, & præſumptionem cõ-
tra ſecum euntes, quod ſcientèr, & non
fortuitò ſimul iuiſſent, *Angel. in tract. de
malefic. in verbo dicto maleficio ſemper aſſi-
ſtit, num. 19. Auguſt. Arimin. in addit.
ad Angel. in d. tract. in ver. dictus Andreas,
à num. 1. ad 5. Boſſius in tract. crim. tit. de ho-
mic. n. 25. & Clarus in §. homicidium, n. 37.*
qui ponit caſum de illo, qui volens occi-
dere inimicum, vocauit aliquos amicos
ſecum, prætextu, quod vellet ire deambu-
latum per Ciuitatem, & poſtea illis prę̃ſẽ-
tibus, & nihil tale cogitantibus occidit
inimicum, vt vidit quandoque in facto cõ-
tingere; & concludit diſtinguendo, Quòd
ſi eſſet dubium de eorum ſcientia, debe-
rent torqueri ſuper ſcientia, & ſi negarẽt,
condemnari in pœnam extraordinariam.
Si verò conſtaret de eorum ſcientia, om-
nes eſſent capite puniendi. Quòd ſi non
appareret, homicidium fuiſſe animo de-
liberato patratum, ſed ſunt aliquę ſu-
ſpiciones; tunc omnes ſunt torquendi ſu-
per illa qualitate ſcientiæ, & ſi negãt, con-
demnandi ad pœnam extraordinariam.
6 Ex quo patet culpa dicti Thomæ ſocios
inquiri, & cõſequẽtèr tenetur ad intereſſe,
& damna ſociorum, ſic probat *Molina
tom. 3. diſput. 86. Leſſius de iuſtitia, & iure,
lib. 2. cap. 9. dub. 16. per tot. & propriè nu.
114. Pater Azor. par. 3. lib. 5. cap. 3. dub. 10.
Reginaldus tom. 1. lib. 10. de reſtitut. nu. 325.
Filliuc. tom. 2. quæſt. moral. tract. 29. cap. 5.
à num. 83. & propriè num. 86. Gordonius in
ſumma lib. 5. quæſt. 4. cap. 2. §. 4. num. 15. &
quæſt. 6. cap. 4. num. 22. Petrus Nauarrus de
reſtitut. lib. 2. cap. 1. ver. vna difficultas,
Graff. tom. 2. conſiliorum, tit. de homicid. cõſ.
3. difficultate 4. Fernãdez in examine Theo-
logiæ, parte 1. cap. 14. §. 1. num. 3. cum ſeq.
Io: Franciſcus Suarez in Enchiridion caſuũ
cõſcientiæ, in verbo reſtitutio bonorum cor-
poris, ver. Petrus occultè occidens, Bonacina
tom. 2. oper. tract. de reſtitut. diſput. 2. quæſt.
vlt. ſectione 2. punct. fin. num. 4.* & alij apud
prædictos.

Qui omnes dicunt, quod ſi de homici-
dio, q̃ ego cõmiſi, inquiritur Petrus, non
teneor ad dãna Petri, ſi nullum dedi indi-
cium contra eum inquirendi, quod ſi de-
di, & teneor, vt quia vſus ſum armis Pe-
tri, vel alitèr, prout in præſenti, vbi aderãt
ſimul in homicidio, q̃ patrauit Thomas,
ideòq; veniunt imputati tanquã ſocij cri-
minis Thomæ, ex doctrina *Angeli, Augu-
ſtini, Boſſij, & Clar. ſupra nu. 5.*

Quod confirmatur de iure ciuili. Ete-
7 nim, ſi ego, & tu habemus fundum com-
munem, & Iudex ob contumaciam tuam
deuaſtauit fundum, teneberis mihi ad re-
fectionem partis meæ. Damnum enim,
quod venit ſocio culpa ſocij, ab ipſo con-
ſocio eſt reficiendum, *tex.* ad literam *in l.
ſi is, cũ quo fundũ 20, ff. cõm. diuid.* concor-
dat *l. ſi merces 28. §. culpa, ff. locati*, vbi *gloſ.
in verbo inimicitias* alias leges cõcordan-
tes allegat, & ita notat *Alex. cõſ. 168. n. 9.
ver. nec obſtat, lib. 5. & Surdus deciſ. 336. à
num. 23. vſque ad 27.*
8 Nec obſtat, ſi quis cum *Vega tom. 1. de
caſibus conſcientiæ, cap. 126. de homicidio,
caſu 29. & 30. Sanchez in opuſc. moral. to. 1.
lib. 1. cap. 4. dub. 5. Fauſt. de reſtitut. diſput.
5. quæſt. 15. 16. & 17.* diceret, quod immò
ſi Thomas præuidiſſet, Ioſephũ, & famu-
los de ſuo homicidio damnum eſſe paſſu-
ros, adhuc non teneretur.

Quia reſpondeo, prædictos loqui, quã-
do Thomas præuidit in ſua intentione,
ſuum homicidium fore imputandum ip-
ſis iniuſtè, ſed non dedit cauſam mo-
ralem, & indicium talis inquiſitionis, eò
q̃ ſuũ homicidium erat occultum, & pro-
pterea loquuntur in illo caſu; ſi exiſtunt
duo inuicem inimici, quorum vnus à ter-
tio occidatur occultè, cum hoc animo,
quod alter ſuperſtes imputabitur homici-
dij. Hoc enim caſu indicium contra
inimicum ſuperſtitem non oritur à tertio
9 occiſore, ſed ab inimicitia præcedenti,
quæ quandoquè ſufficit etiam ad torturã.
*Anton. Gom. tom. 3. var. reſol. cap. 13. nu. 11.
Brun. à Sole in compend. propoſitionum, in
verbo damnum, Giurba conſ. 13. num. 15.
cum ſeq.* & ſic tertius hic non dedit cauſã,
& indiciũ imputationis ex facto ſuo, quia
indicium prouenit ex inimicitia, vt dictũ
eſt, & tũ id neq; trãſit ſine cõtradictione,
quod teneatur ad intereſſe, vt apud prædi-
ctos videri poteſt, & *Cordub. lib. 1. quæſt.
31. art. 3. Rodriq. tom. 1. ſumma cap. 138.
num. 7.*

num.7. Sed quando dedit cauſam, & indiciũ imputationis delicti, ex quo publicè deliquit, Ioſepho, & famulis bona fide ſecum euntibus, proptèr quod oritur culpa ſua indicium contra ipſos, vti ſocios de cõplicitate, & auxilio ex *Angelo, Boſſio* & alijs *locis* citatis, nullo modo dubitari poteſt, quod teneatur, ſecundùm omnes præcitatos *DD.* dum ex eius publico, & voluntario homicidio (quod eſt cauſa proxima damni) culpantur Ioſeph, & famuli ſecum euntes, vt ſocij criminis, qui tamen tales non erant, & ſic reſoluitur obiectio ex diuerſis terminis.

10 Nec ſecundò obſtat pratẽdere, hoc homicidium fuiſſe ex Rixa commiſſum, & conſequentèr non teneri; quia non fecit indicium de complicitate contra ſimul euntes, idq; tantò magis, quia ſimul ibat Proſper prætenſus inimicus (culpa tamen ſua) occiſi.

Reſpondeo enim, hanc prætenſionem non poſſe procedere; quia non fuit verè Rixa, dum ipſe Thomas inſecutus eſt, & inſultauit occiſum; quem poſt lethalem ictum ſcopittæ, etiam multis vulneribus crudelitèr pugione exanimauit, ex quo reſultat homicidium omninò doloſum, dum ipſe eſt aggreſſor, & caput rixæ, Si Rixa dici poteſt illa, vbi hic pauper occiſus videus Thomam contra ſe venientem, non ſe defendit, ſed fugam arripuit, ſic quærens euadere mortem. Ita in puncto reſoluit *Farinac. de homic. quaſt. 126. num. 47. 48. & 49.* vnde ſocij licitè inquiruntur in hoc homicidio de prætenſa
11 complicitate ex auxilio, pro illa tũc temporis eorum præſentia, *Clar. in d. §. homicidium, nu. 37. & in §. fin. quaſt. 90. num. 8.* cui tamen inquiſitioni cauſam, & indicium dedit dictum homicidium Thomæ.

Quòd verò Proſper ſimul ibat, qui prẽditur inimicus occiſi, non facit excuſationem, quia Thomas fecit inſultum, & homicidiũ, licèt nullã haberet propriam cauſã, niſi fortè, vt cõplaceret d. Proſpero ſuo amico, cum quo, vt fertur, paulò priùs tacitè de hoc alloquebãtur ſimul, & ſecretè, & pindè eadẽ, imò maior culpa eſt, cùm ex hac allocutione, & inimicitia, præſu-
12 matur, non tantùm dolo, ſed etiam ex propoſito, & appenſatè delictum pceſsiſſe, *l. capitalium 28. § incendiariu, ff. de pœnit. Graſſ. de caſibus reſeruatis, lib. 2. cap. 23. n. 2. Farinac. d. quaſt. 126. n. 170. & 177.*

Idquè verum eſt, tam reſpectu expenſarum iudicialium & compoſitionis faciendæ, quàm quòad expenſas Remiſſionis, & alia, quæ debẽtur hæredibus occiſi, ad quę tanto magis tenetur Thomas, tãquam dãnum ſuæ propriæ, & particularis culpæ, vt omnes prędicti *DD.* communitèr docent, & ita cenſeo iuris eſſe de præſenti caſu in vtroque foro. Neap. 7. Decemb. 1636.

Io. Thomas Tironus V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Crimen expilatæ hæreditatis committitur ſurripiendo res hæreditarias.*
Actio criminis expilatæ hæreditatis, à quo poſſit proponi?
Actio expilatæ hæreditatis ſucceſſit in defectum aliarum actionum.
Actio expilatæ hæreditatis criminalis eſt.
Expilatores, atrociores cæteris vocantur fures per Vlpianum.
2 *Crimen expilatæ hæreditatis cõmittitur quã hæreditas non eſt adita: nam poſt aditionem datur actio furti; quia habet dominium rei ſubtractæ.*
3 *Actio furti quibus in aliis caſibus detur pro re ſubtracta in hæreditate?*
4 *Expilator non dicitur qui res hæreditarias ſubtrahit, poſtquam hæreditas eſt adita, ſed fur, & ideo actione furti, & non expilatæ conuenitur, & n. 5.*
Furti definitio traditur, & eius pœna remiſſiuè ponitur, n. 6.
6 *Actio furti intentata an ſuſpẽdat conditionem furtiuã, vt vna via electa altera tollatur?*
7 *Subtractor rei hæreditarię ſi furti actione conueniatur; poteſt per procuratorem comparere, & defendi.*
8 *Actio expilatæ, vel furti habet etiam locum aduerſus eum, qui rem ſibi obligatam ſurripuit, & aduerſus donatarium, n. 9.*
9 *Reſtitutio rei ſubtractæ an impediat, ne conueniatur actionibus furti, vel expilatæ rapiens?*
10 *Exactores tenẽtur de furto proptèr indebiti exactionem.*
Prag. 7. *de falſis contra quos in hoc Regno habeat locum.*
11 *Furti actione tenetur qui vtitur pecunia, quæ ad alterum mittebatur.*
12 *Emptor rei furtiuæ an de furto teneatur?*
13 *Pignore ſi vtatur creditor, furti actione poteſt conueniri.*
14 *Furto etiam tenetur qui delinquit contra diſpoſitionem* l. vulgaris eſt quæſtio, §. ſi is, qui viginti, ff. de furtis.
15 *Emptor rei furtiuæ, eam reſtituendo an pretium recuperet à Domino?*
16 *Furti actione an teneantur, vel expilatæ conſulentes, mandantes, & ſimiles?*
17 *Declaratur iſta dubitatio.*

Diſpo-

Diſpoſitio legis in odioſis, & pœnalibus eſt ſtrictè intelligenda.

18 *Receptatores rerum furtiuarum, furti actione conueniuntur.*

Receptator rei furtiuę non poteſt pœna furti condēnari ex hoc, ſed conuincitur ex iſto indicio ad torturam.

19 *Furtum ſi à pluribus fiat, an omnes de eo teneantur, vel vno ſoluente, cæteri liberati ſint?*

20 *In criminalibus quiſq; tenetur ad ſolidum.*

21 *Minor ætas quæ ſit de iure cōmuni, & quæ de iure Regni.*

Minores furando an de furto teneantur.

22 *Minores mitiori pœna, quàm maiores ſunt puniendi, indicio Iudicis, attenta grauitate delicti.*

23 *Actio furti, vel expilatæ contra quos non habeat locum, & n. 25. 26. & ſeq.*

24 *Pœnalia ad hæredes non tranſeunt, ſed an ciuilia, quæ pœnam non continent?*

27 *Vxor quo in caſu conueniatur actione furti, vel expilatæ hæreditatis.*

28 *Vxor licèt actione furti, vel expilatæ non cōuenitur, tamē cōueniri poteſt condictione furtiua, & actione rerum amotarum.*

Actio in rem, & actio rerum amotarum conueniunt inter ſe.

Succeſſores mulieris, cauſa rei ſubtractæ per eam in hæreditate viri nō conueniuntur.

29 *Actio expilatæ, vel furti non datur aduerſus cohæredem, ſed actio ad exhibendum.*

30 *Actio expilatę datur aduerſus vitricum, & aduerſus nouercam.*

31 *Legatarius non perdit legatum, ſi hæreditas expiletur.*

32 *Expilatio hæreditatis non dicitur furtum, & per conſequens furti pœna non punitur.*

33 *Statutum diſponens, vt fur ſuſpendatur, non comprehendit expilatorem hæreditatis.*

34 *Expilator hæreditatis arbitrio Iudicis punitur, infra relegationem.*

35 *Crimen ſtellionatus à quodam ſerpente ſic vocatur, & dicitur crimen innominatum.*

Crimen ſtellionatus diuerſimodè committitur, remiſſiuè.

36 *Crimen ſtellionatus arbitrio Iudicis punitur.*

ARGVMENTVM.

Expilatio hęreditatis quando dicitur, quomodo à furto differat, & qualiter puniatur.

DE CRIMINE EXPILATAE HAEREDITATIS. CONCLVS. X.

SIcut maleficiorum frequentia Legumlatores ad varias Sanctiones promulgādum ſuper diuerſis noxijs induxerunt pro illis puniendis, ita expilatæ hæreditatis criminis continuatio ad præſentem rubricam hîc collocandam me traxit, & tantò magis, quod nec in ſcribendo, nec in puniendo Iudices, Doctoreſquè ſuper hoc inuigilant, & propterea neceſſarium opus mihi, ac vtile Reipublicæ apparuit manifeſtandum, vt ſequitur.

1 Committitur itaque crimen hoc, ſurripiendo res in alicuius hæreditate relictas; ſiuè adita; ſiuè repudiata illa ſit, vt *in l. 1. & 2. ff. de crimine expilatæ hæreditat.* & contra raptorem datur actio expilatæ hęreditatis, & non furti, vt *in dicta l. 2. ff. eod.* & competit cuicunque, qui poteſt hęreditatem adire, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, & ſucceſſit actio iſta ob defectum aliarum actionum, vt *in l. fin.* Ibi *Expilatæ hęreditatis crimen loco deficientis actionis intendi conſueuiſſe, non eſt iuris ambigui, C. de crim. expil. hęredit.* vbi *gloſ. & Salyc.* & ratio patet; nam cum furti actio non competat, vt viſum eſt, & infrà latiùs, cum criminaliter agi poſſit in iſto priuato crimine, vt dixit pręcitata *glo. in l. fin.* erat neceſſe, vt altera actio ſubiret, quòad criminalitatem; dum quòad ciuilitatē, pro re ſubtracta conſequenda, & recuperanda poteſt dari actio in rem, & actio ad exhibendum, vt dixit etiam bis citata ſuperiùs *gloſ.* & meritò aduerſus iſtos expilatores criminalitèr procedi ſtatutum eſt, cum fures atrociores vocētur per *Vlpian. lib. 8. de offic. proconſ. in l. 1. §. expilatores, ff. de effract. & expilator.*

2 Datur enim actio iſta, quando hæreditas eſt iacens, & non adita, vt in *d. l. 2.* & dixit *gloſſ. in l. penult. C. de crimin. expil. hæred.* & illa furti, quia nemo poteſt dici derobatus: defunctus non, & in humanis ſuperſtes nec minùs, dum hæreditati ſe adhuc non immiſcuit, nec illius dominus eſt declaratus, poſt vero hæreditatem aditā, benè furti competit actio, cum res ſint domino ſubtractæ, vt colligitur ex verbis *d. l. 2. §. apparet,* in verbis iſtis .ſ. *ante aditā hæreditatem, vel poſt aditam, antequam*

res

res ab hærede poſſeſſa ſint, & declarat *Paulus libr.1. ad Neratium in l. fin. ff. eod. de crim. expil.hæred.* & ibi *Gloſſ.*hac lectura, *Si rem hæreditariam ignorans in ea cauſa eſſe ſurripuiſti, furtum te facere reſpondit Paulus, rei hæreditariȩ furtum non fit, ſicut nec eius, quæ ſine domino eſt, & nihil mutat exiſtimatio ſurripientis*, ac voluerunt *Imperat.Seuerus,& Anton.in l.1.* vbi *gloſ. & Salye. C.de crim.expil. hered.* ibi *in principio. Expilatȩ quidem hæreditatis crimen intentare non potes, quando communis arcȩ rebus inſpectis claues traditas cohęredi profitearis, Menoch. de arbitr.Iud.caſu 300. nu. 3.& 4.& Campan. in c. Ad hoc, de furtis, num.144.*

3 Et ſcias, quod non dum quando hęreditas adita eſt, ceſſat actio expilatæ hæreditatis, cum dominentur à domino, & attenditur actio furti; ſed etiam quando nõ eſt adita; ſed ſub aliquo dominio à teſtatore relinquitur, vt ſũt caſus in *l.hȩreditariæ 70.* vbi *gloſ.ff.de furtis*, vt poterit lector videre.

4 Nec eſt mendicata ratio de ſupradictis, actionem expilatæ hȩreditatis cõpetere, quãdo hæreditas eſt iacens; & furti actionem dari poſtquam eſt adita, quia ſtando ſub dominio, ſi aliqua res ſubtrahatur, verum furtum committitur, quod aliud non eſt, quam contrectatio rei alienæ inuito domino, *l.1.ff.de furtis, Hipol.de Marſ. cõſ.26.n.11. Barthol. Cæpolla* ſimilitèr *conſ. 06.n.12. Boniface.de Vitalin.in tract. maleficiorum, rubr.de damno dato, n.42. Iul.Clar. lib.5. ſentẽtiarũ, §.furtum, in principio, DD. in Cõſtitutione Regni Violentias, de Violentijs. Io: Ant.de Nigris in c.Caroli Regis Primi Ad hoc, n.18. ſub rubr.de furtis.*

5 Itaque cum res hæreditariȩ ſint ſub dominio hæredis per aditionẽ hæreditatis, ſi ſubtrahantur certũ eſt, quod furti attẽditur diſpoſitio, quia concurrit cõtrectatio concurrit, rei alienæ, dum hæredis ſunt bona, & concurrit, inuito domino; dum hȩres dominus eſt, poſt hæreditatis acceptationem; quod ſatis mihi probat *tex.in l.ſi homo 35. ff.de vſucap. l. cuius interfuit 10. cum l. ſequenti, & l. falſus 44. §.qui alienum, ff.de furtis, l. prim. ff.de condictione furtina*, vnde concludendum eſt, in tali caſu poſſe furti actione ſubtractores hæreditatis bonorum conueniri; & ſic rationabilitèr docuit *Bonif. de Vital.eod.tract. rub. de extraordin.crim. ſub n. 15.& Menoch.vbi ſupra.*

6 Qua furti actione attenta, circa criminis punitionem non ſuſpenditur ciuilis actio ad rẽ furatã recuperandam, cum vna per alteram non impediatur, ex *tex. in l. vnica, C.quando ciuilis actio criminali praiudicet, l. ancillæ 52. C. de furtis, l.ſi pignore 56.§.cum furti*, vbi *Bar.ff.de furtis, l.ſi pro fure 7.ff.de condictione furtina*, & latè *Angel.de malef. gl.veſtem cœleſtem, num.* 30. vbi tradit formam libelli concipiendi in iſto caſu; vnde poteſt habere rem ſubtractam, & furti punitionem, attentis diſpoſitionibus diuerſis circa pœnã furti, quæ ſit; de quibus recurre ad *Clarum d. §. furtum*, relictis alijs, & ad *Campan. dicto c. Ad hoc de furtis* latiſſimè, cum ad euitandam prolipſitatem de hac punitione hic non tractem diſtinctè.

7 Benè tamẽ nota, ꝙ ratione huius ſubtractionis ſi q̃s actione furti cõueniatur, poteſt per procuratorẽ comparere, & tueri, vt latè dixit *Cæpolla conſ.71.& Giacharius in addit.ad Clarum lib.5. ſententiarum §.fin.q.32.ver.admittendi, littera A.*

8 Et iſtam concluſionem amplia in vtroque caſu; nempe furti, vel expilatȩ hȩreditatis, in eo, qui ſurripuit rẽ ſibi obligatam, vt teneatur actione expilatæ, ſi jacens eſt hȩreditas, & furti, ſi eſt adita, *l.res obligatas 3.C.de vi bonorum rapt.*

9 Amplia etiam in donatario, vt adhuc iſtis actionibus conueniri poſſit, *l.ſi res mobiles 2. C.* nupèr cit. *titul.* & quod peius pœnitẽtia in hoc non prodeſt; nẽpè ſi res ſubtracta reſtituatur, non impedit, quin minimè valeat iſtis actionibus conueniri, ſi dolo, & culpa, ſecus ſi per ignorantiam ſurripiatur, *l.qui ea 67.* vbi *gloſ.* cuius declarationẽ ad hoc diligentèr attendas, *ff.de furtis*, & facit *tex.in l.quis ſit fugitiuus 17. ff. de adilitio edicto.*

10 Vt videmus de ſimili circa hanc materiam, exactorem, & publicanum de furto teneri, ex indebiti per eum exactione facta, *l.etiam furti 8.* vbi *Bald. & Salye. C.de furtis*, & facit contra iſtum pro indebiti exactione; nempe ſi bis debitum petatur, & recipiatur, *Regia pragm.7. ſub tit. de falſis*, ſecundùm declarationem ibi factam per *Regentẽ Rouitum*, nempè eſſe immunẽ exactorem à pœna *dictæ prag.* ſi actus non eſt conſũmatus exactionis, cõtrà literam illius ſanctionis, vt ſufficiat petitio, dato non interueniat exactio pro pœnæ executione, Ibi, *Placet, quod contra petentes debitum aliàs ſatisfactum, ſi ſunt nobiles imponatur pœna relegationis per triennium, & ſi ignobiles pœna triremium, dummodò actores ſint principales, cum quibus debitum eſt contractũ, & dummodò de ſatisfactione conſtet per ſcripturas publicas, vel apocas de iure validas*, Ex quibus verbis nota, quæ circumſtantiæ debeant interuenire ad hoc, vt huius ſãctionis pœna quis flecti valeat.

11 Item

11 Itẽ poteſt furti actione conueniri qui vtitur pecunia, quæ ad aliquem mittebatur pro illius vſu, ſecundùm *tex. in l. ſi is 7. C. eod. de furtis.*

12 Nec non emptor rei furtiuæ ſi ad eum peueniat res, *l. eum, qui emit 14. ff. de furtis,* dũmodò culpa interueniat in emẽdo rẽ ſubtractã, vt dixi in ſecũda ampliatione, paulò ſuperiùs poſita, *n. 9.* ad q̃ adde apoſtillã *Salyc. in l. quamuis 17. in marg. C. de furtis,* per *tex. in l. alienũ 6. C. eod. Aret. de malef. gl. veſtem cęleſtem, n. 19.*

13 Similitèr qui pignore vtitur, furtiua actione eum teneri, ac commodati, vt vna per alteram non tollatur, voluit *tex.* cum *gl. in l. ſi is 73.* vbi *Bar.* quoque, *ff. de furtis.*

14 Ac caſum valde memoria dignum poſuit *Vlp. lib. 40. ad Sabin. in l. vulgaris eſt queſt. 21. §. ſi is, qui 20. nummorum, ff. de furtis,* vt etiam furti actione teneatur qui tali modo deliquerit, ſed ad hoc vt proprijs oculis diſpoſitionem huius *text.* videas; ideo indicatiuè in hoc pertranſeo.

15 At quęro, dum emptor rei ſubtractę, vt dictum eſt, poteſt conueniri actione furti, an rei emptæ poſſit à domino pretium recuperare, & omnes *DD.* negatiuam reſponſionem dederunt *in l. in ciuile, C. de furtis, l. mater, & l. ſi mancipium, C. de reiuendic.* & adeſt in hoc Regno *pragmatica* optima emanata ſub octauo Iulij 1540. *prima* in ordine *ſub rubrica de emptione, & vendit. in fine,* per hæc verba, *Mà ſiano obligati reſtituire le robbe alli veri padroni, e non poſſano quelli coſtringere à quello, che hauranno ſpeſo à comprarle.* Intellige ſecũdùm doctrinam *Roniti ſuper ead. pragm. num. 5.* vt tunc intelligatur deperdita pretij rei furtiuæ emptæ recuperatio, quãdo ab occultis latronibus res furatę emũtur, ſecus ſi à publicis hoſtibus, vt poſſunt dici piratæ, nam res empta domino non reſtituitur, niſi prius pretium verus Dominus ipſi emptori reſtituat, ad quæ adde *Clarum* alias citato *§. furtum, n. 27. & ſeq.*

16 Dubitatur ad præſens, an ſi quis conſilium dat, opem, fauorem, vel mandet rem hæreditariam ſubtrahi, poſſit etiam furtiua actione conueniri, ſiue actione expilatæ hæreditatis, & affirmatiuam poſſe ſententiam ſubſtineri ex multis iuribus probatur, nempe per *text. in l. vice 20. C. de donat. l. nihil intereſt 15. ff. ad l. Corn. de Sicar. l. hac edictali 6. §. ſi verò plus, in fin. C. de ſecũdis nupt. l. nihil 4. C. de ſolut. l. vtrum 6. & l. ſeq. ff. ad l. Pomponiam de Parric. l. 1. §. deiecisſe, ff. de vi, & vi armata, & prag. ſemo ſtati 5. ſub rub. de furtis,* quæ etiã diſponit, ferrarios eſſe puniendos, qui opus pręſtãt in falſas fabricandas claues ad furandum.

17 Sed ego nitor tanquã æquitatis amator cõtrariã partẽ ſubſtinere, etenim in pęnalibus ſtrictã eſſe legum diſpoſitionem capeſſendam, voluerunt *text. in cap. odia 15. de regulis iuris in ſexto, & l. 3. §. hac verba, ff. de negotijs geſtis,* vndè cum contra fures, ſiuè rubatores iura loquantur, non debẽt ad conſultores, aut fauctores extẽdi, quia non dicuntur iſti commiſiſſe maleficium, ſecundùm *Angel. in §. interdum furti, in principio, Inſtit. de oblig. qua ex delicto naſcuntur,* & ſignantèr in caſu, de quo ad præſens loquitur, qui cum enormitatem facinoris non contineat, tãtum expilatores, ſiuè rubatores comprehenduntur ſub pœnali diſpoſitione furti, vel expilatæ hęreditaris, vt ex eodẽ *Angel. de malefic. gloſ. & Sempron. Rodulphi, nu. 10. & ſeq.*

18 Etquid in receptatoribus rerum furtiuarum, & quoad iſtos dic, benè extendi pœnam furti, vt actione furtiua cõueniãtur, per literalem *text. in l. eos, qui à ſeruo 14. C. de furtis, l. 1. & 2. ff. de receptat. l. 1. C. de his, qui latrones, prag. 1. cum ſeq. de recep. delinquentium, & prag. 1.* vbi *Carau. n. 71. de Exulibus,* & eſt ratio, nã ex re furtiua, quæ penès eos reperitur, conuincuntur de furto, tãquam principales dirubatores, quod non eſt contra cõſulentes, & fauentes, tametſi ex rebus ſic inuenctis apud receptatorẽ, non poteſt condemnari ad pœnam, ſed conuincitur ex indicio ad torturam, vt docuit *Angel. eod. tract. de malefic. gloſ. veſtem cęleſtem, nu. 28. & ſeq.*

19 Cũq; cõtingat, vt experiẽtia docet, maleficia per plures cõmitti non dũ cõſilio, ſed opirulantia, ſi eueniat, ꝙ de re in hęreditate ſubtracta, q in tali opere interuenerunt, ſi vnus conueniatur, & puniatur, an cęteri ſint liberati, & in iſto caſu diſtinctione vti oportet, nẽpe aut loquitur de conuenctione quoad intereſſe, & reſtitutionẽ rei ſubtractæ, aut quoad pœnam furti, primo caſu, quoad ciuilitatẽ ſunt reliqui liberati, ſecundò verò tenentur ad ſolidũ, cũ vnius pœna alios non liberet, *text.* eſt in terminis ſic clarus *in l. vulgaris eſt, q. 21. §. ſi duo, pluresvè vnũ, ff. de furtis,* quod alia non indigeret corroboratione. Ibi, *ſi duo, pluresuè vnũ tignũ furati ſunt, quod ſinguli tollere non potuerũt, dicendum eſt, omnes eos furti inſolidum teneri, quamuis id vnus, nec contrectaret, nec tollere ſolus poſſet, & ita vtimur, neque .n. dici poteſt pro parte furtum feciſſe ſingulos, ſed totius rei vniuerſos, et ſic fiet ſingulos furti teneri,* & ad maiorem ſecuritatem lectoris pro hac opinione ita voluit de communi opinione *Rimin. in l. ſi familia, n. 6. ff. de iuriſd. omniũ iud. Andr. in c. ſi verò violator, §. quinq; ſolidos, nu. 4. de*

pace tenen. quem refert *Rou.ſuper prag.* 3.
nu. 2.*de furtis, & Clar.in d.§.furtum,in fin.*
hac ratione, nam quoad reſtitutionem rei
iam ſatisfactũ eſt domino, ſed quoad pu-
nitionem, nõ iuſtitiæ ſatisfit per vnius pu-
nitionem, cũ in criminalibus quilibet ad
ſolidum teneatur, vt alibi dixi,& in termi-
20 nis terminantibus hic mihi probat *text.*
in l. 1.vbi *Bald. C.de condict.furtiua, l.item*
mela 11.§. *ſed ſi plures,ff.ad l.Aquil. & l.ſi*
quis id 7.*& l.ſeq.ff.de iuriſd.omn. iud. gloſ.*
*in d.l.*1.*C.de cond.furtiua, verſ.in ſolidũ,&*
D *verſ.teneri*, & ſic deciſũ refert *Theſ.deciſ.*
254.ac eſt optima theorica *Angeli in §.itẽ*
*is,nu.*2. *Inſt.de oblig.quæ ex quaſi delicto.*
21 Et quia vt plurimum nondum in caſu
expilatæ hæreditatis, verumetiam in alijs
furtis, minores ætate annorum 25. ſecun-
dùm ius commune,vt in *l.fin.C.de ijs , qui*
veniam ætatis impetrauerunt,& de Iure Re-
gni annorũ 18. vt in Conſtit. *Minorum iu-*
ra,de reſtitutione minorum, vbi *Scribentes*,
& ſignantèr *Matthæus de Afflict. num.*14.
ſed maiores malitia , quæ hodie ſupplet
ætatem,ſolent interuenire,vt de experien-
tia teſtimonium faciunt pragmaticarum
latores ſub 2. menſis Septemb. 1569.*prag.*
2.*de furtis* , & iſtos puniendos eſſe furti
pœna , & expilatæ hæreditatis actione cõ-
ueniendos exiſtimo,*l.impuberum* 23. *ff.de*
furtis,l.pupillum 112.*ff.de regul.iuris,& d.*
pragm.ſecunda, de furtis, latiſſimè *ad Ma-*
rantam 4.*part.Foller.diſtin.*1.*à nu.* 85. *vſq.*
86. vbi nil additioni reliquit.
22 Eſt tamen verum , quod aduerſus eos
mitius proceditur, vt eſt videre in bis ci-
tata *pragm.* 2.*de furtis*, ita & talitèr, quod
pœna facinoris ordinaria maioribus im-
ponẽda.ipſi nõ veniũt puniendi,ſed arbi-
trio Iudicis pœna eis ſtatuenda relinqui-
tur,quæ ad mortẽ extenditur,attẽta qua-
litate delicti, vt *in prag.* 1. *de minoribus.*
Cumq; omne ortum habeat occaſum,
nempe cõcluſiones legales ampliationes,
limitationeſq; contineant , quia in hac
materia ampliauimus quæſtionis vires, eſt
opus, vt eas modo limitemus .
23 Vnde dicas,non habere locum actionẽ
furti , ſiue expilatæ hæreditatis aduerſus
hæredes diripatoris, vel expilatoris,quo-
niam cum pœnalis ſit, ad ſucceſſores non
tranſit,ex aureo *text.in l.furti* 15.*ff.de fur-*
tis,per hæc verba . *Furti actione minimè te-*
neri hæredes,l. pupillum 112.§.1.*ff.de regul.*
iuris,vbi ait *Caius lib.*2.*ad edict. Prouinc.*
In hæredes non ſolent tranſire actiones, quæ
pœnales ſunt ex maleficio,veluti,furti,dam-
24 *ni,iniuriæ, vi bonorum raptorum,iniuriarũ*,
tametſi benè ſucceſſores tenentur condi-
ctione furtiua, quæ datur ad intereſſe, &
recuperationem rei ſubtractæ , vt colligi-
tur ex *gloſ.in d.l.pupillum in medio* , & fa-
ciunt *d.gloſ.in l.*1.*ver.in ſolidum, ver.tene-*
ri, & verſ. condictionis, C. de condictione
furtiua, ac iura inferiùs adducenda, *n.*28.
25 Similiter furti actio locum non habet
in caſu *gloſ. in l.eum, qui emit* 14. *ver.an*
pater,ff.de furtis, & eſt altera limitatio, vt
tu poteris videre.
26 Limitatur etiam , actionem expilatæ
hæreditatis , vel furti in rebus hæredi-
tarijs commiſsi, non dari aduerſus vxo-
rem defuncti mariti, & è conuerſo, quia
promiſcuus eſt amor inter eos , & vſus
ſuarum rerum,& ideò non conuenit , vt
actio furti detur,aut expilatæ hæreditatis,
cum ſit famoſa,ſecundùm doctrinam *gloſ.*
in l.quamuis 17.*ff.de furtis*,& iſtam ſenten-
tiam promulgarunt *Papin. lib.*10.*reſpon-*
ſorum,in l.hæres viri 35.*ff.de negotijs geſtis,*
Paulus lib. 7. *ad Sabin. in l.*1. *ff. de actione*
*rerum amotarum, Hermog.lib.*2.*iuris epito-*
ma in l. vxor expilatæ 5.*ff. de crimine expi-*
latæ hæred. AA. & CC. Canoni in l.quam-
uis 17. C.*de furtis , & ſeruo corrupto, &*
habetur *in l. aduerſus vxorem* 4. *C. de cri-*
mine expil. hæred.
27 Fallit hoc tamen,quando de alia,quam
mariti hæreditate agitur,vti aui, tunc .n.
aduerſus vxorem tales actiones compe-
tere, voluit *text. in l.ſi aui tui* 2.*C.de crim.*
expil.hæred.gloſ.in l.vxor 5. *ff.eod. & gloſ.*
in l.hæres 35.ſupra cit.*ver.prudentius, in fi.*
ff.de negotijs geſtis .
28 Et licet actione furti, vel expilatæ non
conueniatur vxor proptèr rem ſubtractã
ab hæreditate ſui viri, ex adducta ratione
per *glo. in d.l.quamuis*,& altera *in l.*1. alias
citata *ff.de actione rerum amotarũ, in princ.*
quia tangeretur honor præteriti matri-
monij ex iſtis famoſis actionibus,tamen
poteſt conueniri actione in rem pro re-
bus ſubtractis,vt *in d.l.quamuis*, vbi *gloſ.*
ſupra ver.promiſcuus, vel condictione fur-
tiua,vt dixit *gloſ.*in pluries citata *l.*1.*ff.de*
actione rerum amotarum,quæ idem eſt,quã
actio in rem, cum poſſeſſionem tantũ in-
ſpiciat reſtituendam rei ſubtractæ, & non
pœnam,vti actio furti, ita elegãter docuit
*gl.in d.l.*1.*ver.liberari, C.de cõdict.furtiua,*
l.ſi cõdicatur 3 *ff.eod.*& ſic etiam videmus,
ſi vxor decedat priuſquã conueniatur,ra-
tione affectionis cum marito. & è contra-
rio,communicatæ hæredibus, ſiue ſucceſ-
ſoribus eorum,nec minus eos poſſe furti,
vel expilatæ conueniri, voluit *text. in l.de*
rebus 3.*C.rerum amotarũ*, ſed benè rerum
amotarum, actione, non in ſolidum , ſed
in quantum ad eos peruenit,ſed huius *tex.*
vera ratio eſt, non poſſe,niſi rerum amo-

tarum

Digitized by Google

tarum actione teneri, & non furtiua, vel expilatæ hæreditatis, quia pœnalia iu leuibus criminibus, vt ſupra dictum eſt, ad hæredes non tranſeunt.

29 Limitatur ſimiliter, actionem expilatæ, vel furti non competere aduerſus cohæredem, nempe ſi duo, vel plures ſint inſtituti, aut ſuccedant, ſi vnus expilet, actione ad exhibendum debet conueniri, *l. 1. §. 1. C. de crim. expil. hæred. Menoch. de arbitr. iudic. caſu* 300. *num.* 7.

30 Et quid dicendum ſit de vitrico, aut nouerca, an eorum reuerentia faciat has actiones ceſſare? & poſſet dici, quod ſic, per *text. in l. quia parentis* 17. *ff. ſoluto matrim.* at quia iſtorum affectio à vera parẽtum differt. Imò impietate potius, quam pietate repleti videntur, iuxta dictum.

Quaſi crudel nouerca à ſuoi preuigni.

ideo iura *in l. expilatæ* 2. *& l. ſequ. C. hoc eod. tit. de crim. expil.* dixerunt, minimè ceſſare actiones iſtas aduerſus eos, vnde benè conueniri poſſunt, & tanquam expilatores, aut fures puniri, *de Vitalinis in tract. maleficiorum, rubr. de extraord. crim. num.* 15.

31 Euenit ad hanc materiam, quod quędã mulier calliſſima omnium conſuluit eius filio hęredi ſui patris, & ipſius matris viri, vt ad vitandum ſatisfactionem legatorum diceret, quod hæreditas fuit expilata à nonnullis, quædam alia legata prætendentibus, & ſic propria authoritate res hæreditarias ſubtraxerunt pro legatorum ſatisfactione, & ideò non poterat cõueniri, ſtante expilatione prædicta, & inter cæteros expilatores fuit mater eius, (quæ ſimulando ſeorſum à filio habitare) ferè res omnes hæreditarias ſubtraxit pro certo legato ſibi ab eius viro relicto, vnde cum ratione reuerentiæ, eã ad relaxandam ſubtractionem non potuiſſet cõpellere, iudicat ſe excuſatum ab adimplemẽto cęterorum legatorum, at cum parui momenti exceptio ſit, Peritiores conſulẽdo, & hęres, & legatarij ſine iudicij ſtrepitatione, ſuccubuit matris conſilium prudentũ determinationibus, vnde per hæreditatis expilationem non excuſari hæredem à legatorum ſatisfactione fuit dictũ per deciſionem *text. in l. obtentu, la penul.* vbi *gl. C. de crim. expilatę hęred.* & eſt ratio, nam debebat inuigilare ad res hæreditarias conſeruandum, vnde ſi fuit paſſus dãnum ſua culpa, ſibi, & non alijs nocere debet, *c. damnum* 86. *de regul. iuris in* 6. ratio rationis in hoc videtur, nam per expilationem hæredi competit actio expilatæ, & per legatum legatarijs actio legati, iſti conueniunt hæredem, & hæres expilatorem; vnde patet, vllum eſſe illatum præiudicium ipſi hæredi, & legatarijs, cum omnes poſſint ſua recuperare. Immò à fortiori fuit concluſum pro legatarijs, attento *Bald.* intellectu *in dicta l. obtentu*, nempe ſi legatarius expilando hæreditatem non cadit à iure petendi legatum, ergo ipſi, qui non expilarunt, ſed alij, à tali petitione non ſunt excludendi, ſed ſi hæres expilet, bene perdit falcidiam, *§. ſancimus*, vbi *gloſ. auth. de hær. & falc.*

32 Conſtito ergo, quod furtum datur in rebus hęreditatis aditæ, & iam remiſsiuè de pœna furti ſupra viſum eſt, & quando eſt iacens hæreditas, expilatæ committitur crimen, de huius pœna nunc pro coronide præſentis concluſionis eſt inſpiciendum, cunque nõ poſsit dici eſſe furtum commiſſum, quando expilatur hæreditas in iſto caſu hec minus patitur, ergo vt furti pœna imponatur, contra *Iaſon. in l. prima, C. de ſeruis fugit.* aientẽ à fortiori, furtum expilatę hæreditatis cæteris eſſe improbrius, & *Bal. in l. de his, C. de furtis.*

33 Ita & taliter, quod ſi diſponat ſtatutũ, vt fur ſuſpendatur pro furto, non habet locum in expilatore, ita *Cepolla conſ.* 71. *à num.* 9. *vſque ad* 18. dixit *gloſ. in cap. Regni*, Incipiente *Carolus Dei gratia Rex, de furtis, col. fin. num.* 10. *&* 20. & firmat *Menoch. de arbitr.* alias citato *caſu* 300. *num.* 3. C & iſtam eſſe comunem fatetur *Campagna in c. Regni Ad hoc, nu.* 144. *de furtis*, quam etiã aſſectatur *Præſ. Vinc. de Franh. deciſ.* 315. & cæteri per iſtos relati.

34 Quapropter eſt neceſſe, vt altera pœna imponenda veniat, & ſicut diximus in principio huius concluſionis, quod actio expilatæ datur ob defectũ aliarum actionum, ita firmandum eſt ſimiliter circa punitionem, vt detur aliqua pœna ob defectum aliarum, quæ non poſſunt ſuper hoc crimine imponi, & hæc extraordinaria eſt arbitrio Iudicantium remiſſa, per *text. in l. 1. §. fin. C. de crim. expil. hæreditatis, l. 2. ff. eod. Io. Maria Rim. in addit. ad Salyc. in l. vltima, C. eod.* ſupra citato, vbi teſtatur hanc eſſe communẽ opinionẽ, nouiſſimè *Petrus Greg. lib.* 37. *ſintag. iuris, cap.* 9. *nu.* 8. *Fab. Montel. in arbitrali praxi* 5. *parte, nu.* 15. latiſſimè *de Nigris* præcitato *c. Ad hoc eod. n.* 144. *Bonifacius de Vitalinis in tract. ad Angel. de malef. rub. de extraord. crim. n.* 15. & concludit *Menoch. d. caſu* 300. *n.* 6. vbi docet, iſtam pœnam arbitrariam contra expilatores non poſſe extendi vltra relegationem.

35 Et ita de ſimili videmus in crimine ſtellionatus, quod à certo ſerpente ſic nomi-

natur,lacertæ ſimili, qui ſtellio dicitur à pictura ſtellarum,quam habet in ſe,ſecundùm *Azo.ita in tit.de crim.ſtell.& Menoch. de arbitr. caſu* 381.*n*.2. cuius actio in defectum aliarum actionum datur, vt in *l. ſtellionatus* 3.*C.de crim.ſtellionatus*, quia innominati criminis nomen eſt, vt dixit *Menoch. in principio* præcitati *caſ.* 381. & docuit *Papin.lib.*1.*reſpōſ.in l.*1.*ff. de crim. ſtellion.*& committitur varijs modis,vt iuribus *ſub tit.Digeſtorum,& C.de crim. ſtell.* & per conſequens cùm de extraordinarijs ſit maleficijs, extraordinariè punitur,cùm certam ſtatutam pœnam in ſe
36 nō retineat, & ſic arbitraria profertur sētentia, vt Iudici placebit, *l.*2. *& ſeq. ff. de crim. ſtellion. l. fin. C.eod.* ibi. *Etenim huiuſmodi fraudes ad extraordinariā criminis executionem ſpectare, Aegidius Boſſ. tract. cauſ. crim. de crimine ſtell.in princip. & Menoch.* qui alios refert *d. caſu* 381. *n*.4. & hæc ſint pro huius *rub.*cōplemēto.

S V M M A R I V M.

1 *Homagium cui,& à quibus detur?*
Munera grata ſunt Deo.
2 *Primitiæ,ſeù decimæ Deo debentur in ſignū vniuerſalis dominij,& num.*8.
3 *Decimarum ſolutio, quæ debetur Eccleſiaſticis perſonis, quomodo ſit taxata in patria* Auctoris.
4 *Nemo duplici onere grauari debet.*
Auctor *tractat de decimis debitis Deo, & de decimis, quæ dantur ab hominibus pro oneribus fiſcalibus,& num.*17.
5 *Decima iure diuino Deo debentur, declara num.*7.
6 *Decimæ definitio, & ethimologia ponitur, & num.* 7.
7 *Taxatio decimarum,ſiuè illarum terminatio, an ſit legitimè facta per SS.Pontific.*
Ciuitas Neapolis fuit tranſacta pro onere decimarum ad euitandam illam ſolutionē decimæ partis cuiuslibet rei, & dedit Archiepiſcopo Neapolitano Turrim Grecā pro dicta tranſactione.
8 *Solutionem decimarum negantes, Dei dominium negant.*
9 *Concionatores debent decimarum ſolutionem populis exhortare,ac imponere.*
Solutio decimarum multos producit bonos effectus,& è contrario ſi denegetur multa mala.
Sacramenta an poſſint denegari decimas non ſoluentibus.
10 *Decima ab omnibus regularitèr debetur.*
11 *Decima triplex eſt.*
12 *Meretrix an decimam ſoluere teneatur, & num.* 13. 14. 15. *& ſequent.*
13 *Decima debet ſolui de licitè,& non illicitè quæſitis,& ſic eſt eroganda eleemoſyna, ſed declara num.ſeq.*
14 Text.in cap.ſcriptum eſt,& cap.ex tranſmiſſa de decimis *qualitèr intelligatur.*
15 *Meretrix licèt turpitèr agat, tamen non turpitèr recipit.*
Meretrix ſi aliquid ei donatur proptèr actū, ſiuè copulam,non poteſt conueniri à donatore,vt donatam rem reſtituat.
Meretrix poteſt in iudicio compellere promiſſorem ad tradendum promiſſa ob rem cum ea habitam.
16 *Genus mulierum auariſſimum eſt.*
17 *Collectarum materia à quibus tractetur.*
18 *Decima debetur Eccleſiæ Miniſtris in præmium laborum, quos ſubſtinent circa curā animarum.*
19 *Decima ſolui an debeat decimatoribus proptèr ſatisfactionem Fiſcalium, deductis ſemine, & expenſis, & num.*20. 21. *& ſeq.*
21 *Ius Canonicum recurrit ad ciuile, quando Canonicæ ſanctiones aliquam quæſtionem non terminarunt, & ſic è conuerſo ius ciuile ad canonicum.*
Ciuiles leges ſacros canones ſequi non dedignantur.
22 *Eādem rationem habentium idem eſt iudicium.*
23 *Decima ſoluitur à Baronibus, ſecundùm Regionis morem,& conſuetudinem.*
24 *Conſuetudo inducitur per duplicem actum.*
Doctori atteſtanti de conſuetudine eius patria credendum eſt.
Conſuetudo loci ſeruari debet.
25 *Statutum diſponens, vt pro contributione fiſcalium ſoluatur quarta pars fructuum, iſta debetur, vlla expenſarum deductione facta.*

A R G V M E N T V M.

Decimam ſoluere ſi omnes regularitèr tenentur,diſputatur, an ad hoc compellatur meretrix, & an decimarum ſolutio, quæ hodie ſit vice collectarum pro oneribus fiſcalibus, debeatur deductis ſemine, & expenſis.

DE DECIMIS. CONCL. XI.

1 SI homagij tributum in ſuperioritatis ſignum, & fidelitatis ſacramentum,ac reuerentiæ demonſtrationē à vaſallis Principibus datur, ſecundùm *gloſ. in cap.fin.de regulis iur. verſ.homagiū, gloſ.*

gloſ. in Conſtit. Regni Probationum, ſub. quæ
probationes in cauſa homagij exigantur, et
in Conſtit. Domini à vaſallis, de aſſecuratio-
ne dominorũ à vaſallis, & dixit *Roſental.*
de feud. omiſſis alijs, *vol. 1. cap. 6. concluſ.*
85. *de iuramento fidelitatis, num.* 5. oh quã-
2 tò magis Chriſtifideles in Catholicæ Re-
ligionis, & humiliratis ſignum, cum à Re-
gum Rege dominentur, & gubernentur
omnipotenti Deo viuo, & vero deberent
munera ſic offerre, & rantò fortiùs, quòd
grata recipiũtur ab ipſo, vt patet *Geneſ. 4.*
& Leuit. cap. fin. & ramen videmus, hoc ab
aula receſſiſſe, cùm nec primitias noſtras,
nec alia domino offeramus, ad quæ vide
text. in cap. tua 26. cap. cum non 33. & gloß.
vtrobiq. de decimis, ac *Bonacin.* infra cit.
& Capye. dec. 10. num. 5.
3 Eſt tametſi introductum pro homagio
in recognitionẽ, & recordarionem bene-
ficiorũ, quæ innumera recipiũtur à Mũdi
huius Rectore, vt decimam demus de no-
ſtris frugibus, quæ moderata eſt ab Eccle-
ſia diuerſis Regionibus, vt vtilius, & me-
lius viſum eſt ad commoditatem fideliũ,
& in patria mea ſetuatur ſic, quod quili-
bet nobilis ſoluit carolenos tres, ignobi-
lis carolenum vnum, & agricola ſi duos
retinet boues dat modium vnum frumẽ-
ti ꝓ decima, ſi quatuor boues habet vſque
ad infiniros, dar duo modia; hac tamen
declaratione, quod ſoluendo frumentum
ex cultura ignobilis, non ſoluit carolenũ,
nec nobilis grana triginta, optima ratio-
4 ne, quia nemo duplici onere grauari de-
bet, *l. nauis onuſta, 4. §. cum autem, ff. ad l.*
Rhod. de iactu, Capibl. ſing. 21. verſ. colle-
ctas, num. 51. vnde ego quadam occaſione
motus .ſ. quod in nonnullis huius Regni
Prouincijs pro ſatisfactione fiſcaliũ exi-
gitur de fructibus, & vaſallorum introi-
tibus decima, ad modum decimæ, quæ
debetur Deo, volui ideo vtilem hic adap-
tare præſentem rubricam, & ſub ea non-
nulla congruentèr colloeare, ſcitu digna,
& ſic de ſpiritualibus, & temporalibus de-
cimis diſcurram.
5 Spiritualem, itaq. decimam de iure di-
uino deberi, indubitabile eſt, ex *cap. 22.*
Exodi in fine, ibi *decimas, & primitias tuas*
non tardabis reddere, citato per *Monetam*
Congregationis Clericorum Regul. S. Pauli
de decimis, & optione canonica, cap. 1. nu. 5.
cap. Parochianos 14. cap. tua nobis 26. cap. in
aliquibus 32. §. ille quippè, & cap. ſequenti,
de decimis, cap. decimas 47. 16. quæſt. 1, S. C.
Trid. ſeß. 25. de Reformat. cap. 12. & ſic om-
nes *DD.* confeſſi ſunt, vti *Innoc. in cap. fin.*
de Paroch. Ioannes Andr. in rubrica de deci-
mis, Archid. & Anchar. in cap. 1. de decimis,
in ſexto, Abbas in cap. in aliquibus, col. vlti-
ma, de decimis, & opinio communis eſt ſe-
cundùm *Phil. Francum* in præcitato *cap.* C
1. de decimis, in ſexto.
6 Et probatur per decimæ difinitionem
traditam ex *Hoſtienſ. ſua ſumma, lib. 3. de*
decimis, & primitijs, num. 1. vbi etiam eius
ethimologia ponitur, vt decima ſit om-
nium bonorum mobilium licitè quæſito-
rum pars decima Deo data conſtitutione
diuina debita, & firmat *S. Ant. ſua ſaluta-*
ri ſumma lib. 2. tit. 4. cap. 3. de decimis, §. 3.
& ſequitur *Ricc. coll. 1136. & collect. 3076.*
latiſsimè.
7 Tamen hoc intelligitur ſecundùm de-
clarationem *DD.* & ſignantèr *Martini*
Azpilcueta Nauarri ſua ſumma cap. 21. nu.
28. Didaci Couarruuias variarum reſolut.
volum. 2. lib. 1. cap. 17. num. 3. & 4. & Mar-
tini Bonacina operum moral. tom. 2. diſput.
vltima, quæſt. 5. de præcepto ſoluendi deci-
mas, puncto 1. fol. mihi 415. propoſit. 2. nu. 3.
nempè eſſe iure diuino decimarum ſolu-
tionem ad ſubſtentationem Eccleſiæ Sa-
cerdotum, tam de prædialibus, quàm de
perſonalibus, & mixtis, ſed non quoad
quotam, hoc eſt certam quantitatem, nam
ſic, eſt iure humano, & Pontificio, vt detur
de omnibus iã dictis decima pars Eccle-
ſiæ, cum ideo decima nuncupetur, *S. An-*
toninus d. §. 3. & iſtam taxationem legiti-
mè eſſe factam à Summis Pontificibus la-
tè ſcripſit *Bonac. vbi ſupra, num. 4.* & dein-
dè ad eximendum onus reddẽdi de vnã-
quaque decimam partem validas extare
tranſactiones factas diuerſimodè, vt ſupra
dixi, teſtatur *Maſull. ad Capye. deciſ. 20.*
ſub num. 3. vbi ait, ab Vniuerſitate Nea-
polis ex cauſa decimarum fuiſſe aſſignatã
in tranſactione Archiepiſcopo ipſius Ci-
uitatis Turrim Græcam, quæ ad præſens
combuſta videtur per exalationem Auer-
ni à cacumine Veſuuiani montis.
8 Vnde ex hoc dixit *Frater Ioãnes Vigue-*
rius Granatẽſ. Angelicæ Religionis Do-
minicanorum *inſtitutionibus Chriſt. n. 137.*
lit. B. de caremonijs antiquæ legis, quod
denegantes ſoluere decimas iſtas à Deo
inſtitutas in ſignum vniuerſalis dominij,
videntur ipſius Dei ſupremum dominiũ
denegare, & ne hoc ex ignorantiæ cauſa
proueniat, præcepit *Greg. Papa IX. in cap.*
9 *1. de decimis, in ſexto*, vt Prædicatores in
eorum concionibus decimarum ſolutio-
nem iure diuino debitam ſoluendam cũ-
ctis populis enarrent, nam ex hoc animã-
bus multa bona proueniunt .ſ. ſanitas
corporis, & fructuum abundantia, ſecun-
dùm *text. in cap. decimæ 66. 16. quæſt. 1.*
vbi *gloſ.* & ſi non ſoluatur è cõtrario ma-

gna

gna mala producit, vt ſcribunt *DD.* in
hac materia, & præcipuè quod non ſol-
uenti, Eccleſiaſtica poſſunt ſacramenta
denegari, à quibus omne bonum proce-
dit, & denegatis omne malum ſuccedit,
licèt poſt diſputatum articulum contra-
rium fuiſſe deciſum apud *Ricc. in dec.195.*
Archiepiſcop. Curiæ Neap. teſtatur *Paulus*
Squill.de priuileg. clericorum.cap.3.nu.13.

10 Decimam deindè ab omnibus regula-
ritèr deberi, colligitur ex *S. Antonino eod.*
cap.3.§.4. Bonac. vbi ſupra, puncto 3. et ex
Squill. nuper citato, circa *nu. 16.eiuſdem 3.*
capitis, ac ex *Moneta de decimis, cap.5. in*
principio.

11 Et triplici modo exigendam eſſe, nem-
pè à perſonis, à prædijs, & induſtrijs ho-
minum, latè probatur circa decimã per-
ſonalem *in cap.ad Apoſtolicæ Sedis 20. de*
decimis, circa prędialem, *in cap.fin.de Paro-*
chijs, & cap. ex parte 21.eod.tit. de decimis,
& circa mixtã, quæ debetur ex induſtria
hominũ, & fertilitate prædium, *in cap. ex*
parte 10.d.tit.de decimis, & in hac ſentẽtia,
C & diſtinctione ſunt omnes communitèr
Scribẽtes, & præcipuè *S. Antonin.in d.§.3.*
ver. videndum ergo, Nauarr. eod.cap.21.n.
29.Bonacina vbi ſupra, puncto 2. & Squil-
lant. eod.cap.3.num.2. licèt *Hoſt. ſua ſum-*
ma alias allegata *rub. de decimis, num.3.*
duas tantum ſpecies ponat. quæ etiam ad
tres extenditur; & ſunt perſonalis, & præ-
dialis, nullam de mixta mentionem fa-
ciens.

12 Cumq; igitur ex perſona decima de-
beatur illi Eccleſiæ, in qua fidelis ſacra-
menta ſumere ſolet, hic mihi dubitare
contingit, an etiam à meretrice debenda
ſit ex eius induſtria venerei actus, quæ
mixta dici poteſt, iudicio meo, cũ perſo-
na, & induſtria concurrant in meretrica-
li vita.

13 Et reſpondetur negatiuè per *text. in*
cap.ſcriptum eſt 11. 14. quæſt. 5. & cap.ex
tranſmiſſa 23.de decimis, vbi probatur, de-
cimam ex licitè quæſitis eſſe perſoluendã,
per hæc verba. *Quia fidelis homo de omni-*
bus, quæ licitè poteſt acquirere decimas ero-
gare tenetur, &c. ſed ſic eſt, quod mere-
trix non licitè lucratur, & de illicitis non
debetur, per argumentum *cap. non eſt putã-*
da 126. 1.quæſt. 1. vbi eſt ſic terminatum:
Non eſt facienda eleemoſyna de pecunia ſi-
moniacè acquiſita, quia illicitè acquiſita di-
citur, & firmat *gloſ.in d.cap. ex tranſmiſſa,*
lit.G. ergo decima per meretricem non
eſt eroganda.

14 At in contrarium eſſe verum exiſtimo,
ex reſolutione ſignantèr iurium citato-
rum, quæ non obſtant in caſu noſtro:
Cum intelligantur tunc procedere ſecun-
dùm nuper allegatam *gl.in c.ex transmiſ-*
ſa, & alteram *in c. non eſt putanda 27.ver.*
ex illicitis, quando ex malè, & turpitèr ac-
quiſitis dominium non trasfertur irreuo-
cabilitèr, vti de latrone dicimus, cui licèt
dominium rei furtiuę acquiratur, nullate-
nus reuocatur per actionem furti, quę ad-
uerſus eum proponitur, ſecus autem de
illicitè acquiſitis, & dominium transfer-
tur irreuocabilitèr, ſicuti acquirit mere-
trix, hiſtrio, & ſimiles, nã poſtquã per eorũ
induſtriã aliquid ab aliquo datur, quãuis
turpe ob turpẽ cauſam, non per hoc po-
teſt à dante repeti, nec aliqua actione
reuocari, vnde pãtet, quod meretrix debet
ſoluere decimam.

15 Quod comprobatur, nam mulier me-
retricando, etſi turpitèr agat, tamen non
turpitèr recipit, *l.idem 4.§. ſed & quod, in*
fine, ff.de condit.ob turp.cauſ. Mantica de ta-
cit. & ambig.conuent. vol.2.lib.14. tit.13.
num.28.Nauarr.cap.17.num.38. ita & tali-
tèr, quod vllo modo datum aliquid ei, à
dante repeti poteſt, ideò benè recipit ex
turpi actu, *gloſ.in d.cap.ex tranſmiſſa, gloſ.*
in l.2. in principio, C.de condict. ob turpem
cauſ. vbi ait, in illo caſu eſſe meliorem cõ-
dictionem meretricis poſſidentis, & ſic
firmat *in d.l.2.Cyn.* ſequitur *Iaſ. & Caſtr.*
in l.4.§.ſed quod meretrici, ff.eod. & confir-
matur per doctrinam *Gizzarelli in deciſ.*
52.num.2. vbi *de Angelis num.3.* & in for-
tioribus, vt promiſſor poſſit cõpelli à Iu-
dice ad dãdam meretrici pecuniam pro-
miſſam, ac voluit etiam *Viu. in ſua ſilua*
opin.499.in principio.

16 Et in proprijs terminis noſtris, mere-
tricem nempe ad decimę ſolutionem te-
neri, diſtinguendo, ſiue moderando dixit
Dinus Thom.in 2.2.quæſt.27.artic.2. vt me-
retrix teneatur ad hoc in habitu, ſed non
in actu, hoc eſt, non quando meretricali-
tèr viuit, quia cum genus mulierum aua-
riſsimum ſit, *l.ſi ſtipulata 26.§.vxor, ff.de*
donat.inter vir.& vxor. l. ſed ſi ego 4.§.1.
vbi *gloſ.ver.donat.ff.ad Sen.Conſ.Velleian.*
l.ſi à ſponſo 16. §.ſed ſi ſponſa, & ibi *gloſ.*
ver.raro accidit, C.de donat.ante nupt. de fa-
cili proptèr decimæ ſolutionem maior in
peccando præberetur occaſio, ſed poſt-
quam prauam dereliquit vitam, vt iſto
tempore decima ab eis petatur, & cum
hac doctrina *D. Thom.* pertranſit *Moneta*
de decimis, cap.4. quæſt.1. à num.42. vſq;
ad 49. ad quę adde *Ricc.in deciſ.Curiæ Ar-*
chiepiſ. Neapol.143. & Hoſt.vbi ſupra de
decim.n.5.in medio.

17 His perpenſis, & reſolutis ad decimas
temporales deueniendo, quæ ſoluuntur

pro

pro oneribus fiſcalium ad maiorem Vniuerſitatum facilem exactionem fructuũ vendentium pro omnibus decem vnum, & ideò decima appellatur, quæ eſt ſubrogata in locum collectarum, quas Regi ſoluere tenentur eius vaſalli, vti de his ſcripſerunt *Bar. conſ.62. Guid. Papa deciſ.* 5.7. 87.*&* 372. vbi *Addentes, de Aſſlict. deciſ.* 384. & ibi *Addentes, Borrell. ſumm. deciſ. tit.4. de tributis, vol.3. & Campagna in cap. Regni In ſingulis, de officio collectarum, fol. mihi* 191.*& ſeq.*

18 Videamus, an iſta decima, quæ propter onera fiſcalium imponitur laboris, & tuitionis cauſa Catholico Noſtro Regi ab inimicorum incurſu, ad exemplum decimæ Eccleſiæ Miniſtris debitæ ob laborem in animas fidelium, eas tuendo à diuerſis periculis, ſecũdùm *Couarr. var. reſol. vol.2. eodem lib.1. cap. 17. num.2.* debeatur deductis expenſis & ſemine, aliàs decimato, anno præterito?

Et quidam vulgaris, & popularis Doctor in patria mea dicebat, eſſe expenſas, & ſemen deducendum, quia grauaretur ſator duplici onere, nempe ſi tu ex decem vnum recipies hoc anno, anno ſequenti debet deduci modium ſeminatum, dum ſtetit ſub onere, & prima facie videtur rationabilis reſponſio, ſed cùm vllum retineat fundamentum, euaneſcit.

19 Itaque oportet, ut contrariam ſententiam ſubſtineamus, à qua minimè recedendum eſſe hic conſulo, & eſt nouus articulus, cum ſatis mihi probet, expenſarũ, & ſeminis deductionem in iſto caſu non eſſe faciendam, *text. in cap. cum homines 7. & cap. non eſt in poteſtate* 22. *& cap. tua nobis*, ad literam 26. *& cap. Paſtoralis* 28. *de decimis*, ꝙ quidẽ intellige de expẽſis factis pro percipiẽdis fructibus, quomodocunq; fiant, ſecus autem de negotiatione pecuniarum, cum de lucro ſolummodo in iſto caſu decima ſoluatur, deductis expẽſis vt in *d. cap. paſtoralis*, ubi *gloſ.* quæ aliquam rationem non adducit, ſed illius vice conſuetudinem ſic uigere teſtatur, & idem dixit *glo. in d. cap. cum homines, lit. X.* & latè *Bonac. vbi ſupra punct. 3. ſub nu.* 19.

20 Quam opinionẽ, ut decima ſoluatur, nec expenſis, nec ſemine detracto unanimiter ſubſtinuerunt *gloſ. & DD. in d. cap. cum homines, & in clem. diſpẽdioſam, col.2. verſ. præſtationem, de iudicijs, Nauarr.* alias cit. *cap. 21. num. 31. Bonacin. d. diſput. vltim. punct. 3. nu.* 19. antea ſubſtinuit *Diuus Thomas 2.2. q.87. ad quartum argumentum, de Aſſlict. in Conſtit. ſub rubr. de decimis, lib.1. num.19. de Nigris ſuper cap. Regni eadem rubr. de decimis, ſub num.3. Guid. Papa dec.* 383. *& Capye. deciſ. 20. num.9.* ubi *Maſull. num.1. & Petra* latiſſime *num.2.*

Nec obſtat, ſi dicatur, quod ſupradicta procedunt circa decimas ſpirituales de iure Canonico, & non de decimis, de quibus hic loquimur.

21 Reſpondetur, etenim ſatis notam regulam extare, quod quando aliquid circa materiam aliquam de iure ciuili terminatum non eſt, recurritur ad ius canonicum, & illius ſanctio attenditur, & ſic è conuerſo, *cap. 1. in principio, diſtinct.* 10. argum. *text. in cap. inter hæc 6. 33. quæſt. 2. gloſ. in cap. intelleximus, lit. E. de noui operis nunc.* & ratio eſt in caſu noſtro, quia ciuiles leges, ſacros canones ſequi non dedignantur, *cap. clerici* 8. ubi *gloſ. de iud. cap. Euphemium 7. in fine 2. quæſt. 3. cap. 1. & d. cap. intelleximus, de noui oper. nunc. cap. 1. de iuram. calumniæ, §. ſi verò, el penult. Auth. Vt clerici apud proprios Epiſc. §. fin. Auth. de Mona. gloſ. in cap. cum ad verum 6. verſ. tantummodò 96. diſtinct. Couarr. var. reſolut. §.4.2. par. de pactis, ſub num.13. ver. nam ſi quid omiſſum, fol. mihi 352. vol.1.*

22 Vnde cùm in articulo iam poſito nulla deciſio ciuilis diſpoſitionis habeatur, ius commune eſt attendendum, & tantò magis, quod dum eadem eſt ratio de decimis ſpiritualibus Deo debitis, & de tẽporalibus hominibus ſoluendis, idem debet eſſe iudicium, *de Aſſlict. in Cõſt. Regni Pœnam eorum, num.36. de forbannitis.*

23 Adducitur ad dictorum comprobationem ſimiliter *text. in l.2. Longobard.* quæ incipit, *præcipimus, de decim.* quæ diſponit, decimas à Baronibus eſſe ſoluendas, ſecũdùm morem, & Regionis cõſuetudinem, & confirmat *cap. Regni Item ſtatuimus 93. eodem tit. ſiue rubr. de decimis, Caſtrenſ. cõſ. 17. in cauſa decimarum, vol.2. Fulgoſ. conſ. 166. & Socin. conſ. 145. & 297.* ſed ſic eſt, quod ſecundùm conſuetudinem omniũ terrarum talis decima ſemper fuit ſoluta; non dum per duplicem actum, ex quo in-
24 ducitur, *§. pauonum, inſt. de rerum diuiſ.* ſed ex immemorabili cõtinuatione, & ſignãter in patria mea, de qua mihi atteſtanti credendum eſſe noluit per multa adducta *Iulius Chart. deciſ. Mediol. 65. num.6.* hæc eſt benè ſeruãda, ut ſoluatur decima, non deductis expenſis, nec ſemine, *l. de quibus 32. ff. de legibus*, & quia lex ei nõ aduerſatur, à fortiori ualet, *l. deprecatio* 9. ubi *Bart. ff. ad l. Rhod. de iactu.*

25 Coronatur tandem concluſio authoritate *Pauli de Caſtro*, quæ debet ſufficere pro omnibus, *in l. fructus 7. ff. ſolut. matr.* in proprijs terminis fiſcalium contributionum, ubi dicit, quod ſi vigore ſtatuti

ali-

alicuius, quarta pars fructuum eſt Fiſco ſoluenda, iſta debet dari, ulla expenſarum deductione facta, unde concluſum hic uidetur, decimas hodie eſſe ſoluendas uice collectarum, ulla leminis, aut expẽſarum excomputatione facta.

SVMMARIVM.

1 *Natura eſt prona ad malum, & terra prauos homines producit.*
Iuuenes ſunt incorrigibiles.
2 *Mulieres ſunt volubiles.*
3 *Cauſa dotis eſt ſummariè expedienda.*
4 *Alimentorum lis eſt de plano terminanda.*
Lupus viuit ex vento, ſed non homo.
Cauſa alimentorum, & dotis poteſt expediri etiam diebus feriatis.
5 *Voluntas teſtatoris facit legem.*
Legatum, quod fit à matre filiabus ſimpliciter, intelligitur pro dote factum.
Maſculi in Regno ſuccedunt virtute Conſtitutionis In aliquibus, *excluſis faminis, cum onere illas maritandi.*
6 *Falcidia quid ſit.*
7 *Falcidia non debetur, nec Trebellianica haredi, qui non confecit inuentarium.*
8 *Falcidia de legato dotis non detrahitur.*
9 *Lex vbi non diſtinguit, nec nos debemus diſtinguere.*
Legitima, debitum eſt de iure natura.
10 *Alimenta debentur ſorori per fratres, & quando pracipuè?*
Alimentorum appellatione veniunt veſtes, & ſimilia.
Alimenta debentur ſecundùm qualitatem perſona, & loci conſuetudinem.
11 *Alimenta lite pendente debentur, quando dos per ſororem petitur à fratribus.*
Praxis, quomodo ſe debeat gerere Iudex, *quando legitima, vel dos à fratribus quaritur per ſorores.*
Alimenta debentur in principio anni per totum annum, & non in dies.
12 *Prodigus quis & an ei bona interdicatur.*
Appellatio non impedit executionem ſententia lata ſuper legato dotis.

ARGVMENTVM.

Dotis legatum ſi tractetur in iudicio, ſummariè eſt ſuper eo cenſendum, & ſic etiam ſuper alimentis terminãdum.

DE DOTE LEGATA. CONCL. XII.

1 NVnc re uera poſſum experientia, cũ *Propheta* fari, quod natura eſt prona ad malum, & terra prauos homines producit, & habetur *in cap. 1. 12. quaſt. 1.* ac legitur *Geneſ. c. 6. lit. B. & cap. 8. in fine*, cum malitia omninò præſit ætati, etenim iuuenes in iuuentute eorum incorrigibiles ſunt, ſicut conqueritur *cap. 3. Prouerb. ſub lit.* C. Ibi *tria ſunt difficillima mihi, & quartum penitùs ignoro, viam aquila in Calo, viam colubri ſuper terram, viam nauis in medio maris, & viam viri in adoleſcentia*, quia cum ab hac vita migraſset quædã nobilis mulier, duos filios reliquit, vnum minorem, maiorem alterum, eoſque inſtituit hæredes, & grauauit, vt darent cõmuni ſorori ducatos quatuor centum pro dote, omneſque poſtea ſub tutela, & cura eorum patrui relinquendo, at maior malitia, ac iniquitate repletus ſuaſit minorem, ne ſtaret ſub tutoris, & curatoris tuitione, nec pro ſe ſtetit, ſororem ſimiliter ad talem animum inducere, quæ licèt minor, non minus vti maior, & animum fortem habuit, non ſicut cæteræ mulieres, de quibus dicitur

2 *Quid volubilius fumo, flamen, quid flamine, ventus, quid vento, mulier, quid muliere, nibil.*

Iſte maior verus prodigus, bona ſua diſſipauit vitiis perdiuerſis, ſic quod ſe ad præſens non poteſt panibus ſaturare, nec inuenit aliquem, qui miſereretur ei, adeò eſt hominibus eſoſus, ita vt ferè dilapidauerat omnia hæreditatis bona, & legatum non poterat ſorori ſatisfieri, quapropter tutor puellæ patruus, futuris malis, peioribuſq; euenientibus, occurrendo, comparuit in iudicio, & virtute teſtamẽti petijt legatum adimpleri pro dote teſtatricis filiæ, dum de bono, & æquo id perficere recuſauit, & quia imminebat in mora periculum, volui ego laborare, non dum pro iuſtitia cauſæ, quæ eſt clara, & difficultatẽ aliquam non patitur, ſed pro ſolicitudine ſententiæ, ne poſtea fuiſſet fruſtaroria, ſi bona non adfuiſſent, ſuper quibus ſuum potuiſſet ſortiri effectum.

Eſt itaq;, Domine Iudex, iſta lis omni celeritate poſſibili terminãda, & ſic ſummariè expedienda, tàm ex capite alimentorum quæſitorum, quàm ex capite adimplementi in ſolutione legati, dum libellus fuit alternatiuè conceptus .ſ. aut compellere hæredem ad adimplendum legatum, aut ad præſtandum ſorori legatariæ alimenta, præſtita cautione idonea de dando ducatos quatuor centum tempore matrimonij carnalis, aut ſpiritualis, quæ petitio omni iure procedit, dum ad omnia petita frater tenetur vti frater, & hæres ad legatum dotis, ex diſpoſitione teſtatricis, & diſpoſitione iuris, vel ad alimenta, cum cau-

cautione, quia talem in ſe retinet obligationem, vt latè ſcripſi *in rub. de dotis promiſſione, num. 32. 33. & 34.*

3 Ex capite dotis, vt in ea deplano procedatur, & cum terminorum abbreuiatione, ſola facti veritate inſpecta, patet ꝑ authoritatē *Bal. & Salye. in l. fin. C. de ſent. quæ ſine certa, &c. Barbat. cōſ. 87. vol. 4. Caualc. conſ. 13. Port. conſ. 94. Cor. cōſ. 151. Cephal.*
C *conſ. 213. n. 19.* & eſt cōmunis *DD.* opinio ſecundùm *Marin. Frecc. in tract. de præſent. inſtr. ſecundùm formam Ritus M. C. V. 12. par. q. 2. n. 10.* & iſtud caput retinet maiorem fauorem pro ſummaria expeditione, quam caput alimentorum, ex *Cyno in l. non omni, C. de adminiſtr. tut. Abb. cōſ. 115.*
4 Ex capite pro alimentis eſt diſpoſitio *Vlpiani in l. ſi quis 5. §. ſi vel parens, ff. de liber. agnoſc.* ibi. *Si vel parens neget filiū idcircòque alere ſe nō debere re contendat, vel filius neget parentē, ſummatim Iudices oportet ſuper ea re cognoſcere,* & ratio eſt optima, quia venter non patitur dilationem, nec homo lupinam retinet naturam, vt ex vento viueret, *l. 2. vbi gl. C. de alim. præſtandis.* Vnde propterea *D. Marc. in l. 2. ff. de ferijs* diſpoſuit, alimētorum cauſā poſſe etiam diebus feriatis expediri, cōmētat *Alex. in addit. ad Bar. in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, ff. de lib. agnoſc. Bal. in l. ſi quis in ſuo, C. de inoffic. teſt. Gul. & cæteri Scrib. in d. l. 2. ff. de ferijs,* & eodem modo cauſa doris poteſt expediri die feriata, vt cōcluditur per *Bal. Angel. Imol. Caſtr. & alios Viu. in ſylua com. opin. opinione 57. nu. 50.* ac adde *Campeg. de dote 88. quæſitu, fol. 227. p. 1.* itaque cum conſtet, quod tam ex cauſa alimentorum lis ſit ſummaria, quàm ratione legatæ dotis, *Mar. 4. par. ſui ſpeculi, diſt. 9. n. 184. fol. mihi 183.* ſic debet per Iudices expediri ſine vlla iudicij ſtrepitatione, *Bar. in extrau. ad reprim. verſ. ſummariè, & ver. & figura, & elem. ſæpè,* vbi *Cardin. de verb. ſignif. & Bal. in l. Iudices, C. de iud.* ac etiam ſcripſi *ſeq. rub. num. 50.*

Circa legatū ducatorū quatuor cētum relictorū à matre eius filiæ, non eſt dubitandū, quin debeatur, quia dum illud reliquit de dotibus ſuis, de quibus erat abſoluta domina, ex per me traditis *ſeq. rubr. de dotis promiſ. n. 46,* poterat ad libitū eius diſponere, & ſic legare, cū quilibet de rebus ſuis ſit moderator, & arbiter, & ꝑ cōſequens valida talis diſpoſitio eſt ſeruāda,
5 vt lex, *§. diſponat, Auth. de nupt. de Franch. dec. 11. n. 12. et dec. 631. n. 7.* & tanto magis, quod nomine dotis filiæ fuit relictū, quæ non poterat ſine dote congruenti remanere, ſed dato non eſſet dictū à matre, ꝙ legatū ſit ꝓ dote, iure ex tali cauſa cenſetur relictū filię, voluit ita *Bar. in l. quod autē, ff. de iure dotiū,* & hæc opinio ſeruatur in praxi, reiecto præcipuè *Imol.* cōtra *Bar.* vt teſtatur *Ang. in tit. de actionibus,* ad quæ vide *tex.* pro coronide *in l. qui filium 4. ff. vbi pupil. educari debeat.*

Et ponamus, quod à matre ſic nō eſſet legatū, etiā fratres ſi ab inteſtato hæreditatē obtinuiſſent, de paragio iſtam ſororē maritare tenerentur, & ſic etiam quatuor centū ducatos aſſignare ad parem duarū ſororum, quæ antea fuerunt dotatæ, vt parem, ſecundùm eius qualitatē poſſet innenire virum, vt dixi infra *ſeq. rub. nu. 38.* nā attenta *Conſtitutione Regni In aliquibus*, per quam extantibus maſculis excludun tur fœminæ, ſuccedere fratres dicuntur, cum onere tamen dotandi ſororem, per *Bal. in l. fin. C. de dotis promiſſ. & Aym. cōſ. 189.* vbi concordantes adducit, vnde concludatur, à fortiori teneri, attentis & legibus, & voluntate teſtantis.

6 Dubitarunt nōnulli, imò imperiti conſuluerunt iſtis fratribus, quod eis ex dicto legato dotis debebatur falcidia, quæ eſt quarta portio, quæ deducitur per hæredē de legatis, dodrantem excedentibus, vt in *toto tit. Digeſtorum, ad l. falcid.*

Fuitq; reſoluta dubitatio, & oppoſitio, quod non habeat locum in iſto legato ex pluribus.

Primò, quia non excedit dodrantem, & per conſequens ceſſat diſpoſitio *legis falcidiæ,* cum non vigeat ratio, propter quam fuit edita, quia nec minus legatū erat hæreditatis tertia pars, nam deducta quatuor centum ducatorū quantitate, ducati 800. & plus remanent hæredibus ipſis.

7 Secundò, dato non adeſſent tot bona, non debetur falcidia de hoc legato, quia non curauit hæres inuentarium perficere, & bona præſumūtur plus eſſe in hæreditate, quam exiſtimant homines, *§. ſancimus,* vbi *gloſ. Auth. de hæred. & falcid.* & voluerunt *DD. Inſt. de hæred. qual. & diff. §. in extraneis,* & ſignātèr *Ang. n. 11. & 12.*

8 Tertiò, nō debetur falcidia, quia agitur de legato dotis, quā magis fauendum eſt mulieri, quā hęredis vtilitati inſpiciēdū, *l. ſi vſusfructus 80. §. dos legata, ff. ad l. falc. l. 2. §. idem Iulianus, ff. de dote prælegata.*

Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ forſan dicta iura intelliguntur, qn̄ dos legatur à marito, qa tūc mulier videtur recipere rē ſuā, & nō in caſu noſtro, cum ſit legata à matre filię.

9 Reſpōdetur, quod vlla ſit de hoc diſtinctio ꝑ adductas leges, & proindè, nec nos debemus eas diſtinguere, *Bar. & gloſſ. in l. de pretio 10. ff. de public. in rem act.* imò quis oppugnare poterit, non minus mulierem recipere rem ſuam à marito, quàm iſtam ſororem à fratre in cauſam dotis,

cum iure debeatur, & ſic recipit quod ſuũ eſt, ſtante quod ſuccedit loco legitimæ, vt poteris videre *ſeq. rubr. nu. 11. & 12.* quæ legitima naturali debito debetur, *l. 1. ff. de port. quæ liberis damnat. conceditur*, & ego late dixi *in rub. de quarta, ſeu legitima.*

10 Et quoniam, vt dictum eſt, fuit alternatiuus conceptus libellus: & Iudex ſeutentiã poterat proferre illi conformem, vt præſtarent fratres hæredes alimenta, & darent cautionem de dotando ſororem tempore matrimonij, (ad quæ alimenta fratres iure tenentur, tanquam hæredes grauati de legato dotis, & tãquam fratres: tanquam hæredes ex authoritate *Cyn.* & aliorum *in l. alimenta, ff. de negot. geſt. & D. de Franch. deciſ. 559.* & ego adduco aureum *text. in l. 4.* & ibi *gloſ. ff. vbi pupill. educari deb.* & appellatione alimentorum continentur etiam veſtiaria, & alia, quæ habentur *in dicta l. 4. in l. legatis 6. ff. de aliment. leg.* & in *l. rogatus 23.* vbi *gloſſ. eod.* nuper citato *titulo de aliment. leg.* ac eſt *text. & gloſſ. in l. ſi qui 5. §. non tantum, ff. de lib. agnoſc.* cum *Bart. in tit. de aliment.* poſito in volum. *conſil. fol. mihi 128. à terg.* & debentur ſecundum qualitatem perſonarum, per *text. in l. quæro quanta 61. ff. de iure dotium, l. prima, C. vbi pupill. educ. deb. l. cum plures 13. §. cum tutor, ff. de adm. tutor.* & dixit *Præſ. de Franch. deciſ. 183. circa num. 2.* ac ſecundum loci conſuetudinem per argumentum doctrinæ de *Franch. deciſ. 44. num. 2.* tanquam fratres, probatur per *gloſſ. in d. l. 4. ff. vbi pupill. educ. deb. in fine, Molfeſ. in comm. ad Conſuetud. Neap. part. 1. cap. 1. nu. 4. & par. 3. q. 8. nu. 36. Paſc. de virib. patriæ poteſt. par. 3. c. 7. nu. 38.* & ſcripſi in *rubr. de dotis promiſſ. n. 32.* & à fortiori in caſu noſtro cum dos adhuc ſit penès fratres, ꝑ *D. de Frãch.* alias allegata *dec. 559.* & ſignãtèr iſta lite

11 pendẽte de petitione dotis, vt fuit deciſũ

D apud *D. de Afflict. dec. 11.* vnde praxim debent Iudices obſeruare in iſto iudicio, vt ſtatim poſt primã petitionem mandẽt, eſſe alimẽta præſtãda, quia ſemper lis põt durare per aliquos dies, & ſic interim nõ cõuenit, vt fame pereat ſoror petẽs ſuã legitimam, aut dotem, & nota quod in materia iſta alimenta non debẽtur in diem, ſed ſemel integra in principio anni, per *tex. in l. à vobis 5.* vbi *DD. et l. filia mea 22. ff. de ann. leg.* qa in fauorabilibus dies inceptus habetur ꝓ expleto) vel cõſtituẽdã dotẽ legatã ab hodie, at ego inſudaui, vt cerneret, dotem nũc eſſe dandã, & nõ alimenta præſtanda, cũ cautione de legatũ dando tempore nuptiarũ, quia frater minor defectu ætatis nõ poterat miniſtrare bona ſororis, nec maior ex cauſa prodigalitatis, ſed potiùs debet eis miniſtrari, &

12 ſignãter dicto prodigo, qui ſua bona breui tempore diſſipauit, vllum in expenſis modum habendo, vt dixit *tex. in l. 1. ff. de curat. fur.* cui ſi bona interdicuntur propria, & indiget curatore ſicut furioſus, dũ cum eo æquiparatur, *l. fulcinus 7. §. adeo, ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur, & l. is, cui 6.* vbi *gl. ff. de verb. obli.* à fortiori aliena ſub eius gubernatione nõ ſunt relinquenda. Quibus ſic probatis, & auditis obtinui infra mẽſẽ, & ſic ſũmariè ſẽtẽtiã, vt tales hæredes dotis quãtitatẽ aſſignarẽt puellę, ſub die 20. Nouẽb. 1638. quã deindè ſententiã cõdẽnati ꝑ appellationẽ minimè potuerunt impedire, ne exequeretur, per doctrinã *Bald. Nouelli de dote, p. 9. priu. 7.* prout ita etiã obtinuiſſe ait *Vin. in ſyl. com. opin.* D *opinione 57. n. 2.* de menſe Decemb. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Maior anno 18. poteſt ſe obligare in dotem contra* Borrellum.
Maior quando quis dicatur de iure Regni, & quando de iure communi.
Maior anno 18. ſi lędatur, non habet reſtitutionem in integrum.

2 *Figuratio caſus in præſenti concluſione eſt videnda.*

3 *Matrimonium quid ſit.*
Quos Deus cõiunxit, homo nõ ſeparet.

4 *Dos ad quid eſt introducta.*

5 *Dos dicitur patrimonium, & mulieris ſubſtantia.*
Actio ad recuperandam dotẽ q̃ritur marito.
Matrimonij onus à viro ſubſtinetur.
Vir dicitur caput mulieris.

6 *Dos quid ſit.*

7 *Dos ſuccedit loco alimentorum.*
Bona tàm vxoris pro dote præſtanda, quàm mariti pro eà reſtituenda ſunt obligata.

8 *Actio ex ſtipulatu datur hodie tàm pro dote exigenda, quàm reſtituenda, actione rei vxoriæ ſublata, ſed quando, num. 9.*

9 *Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio, ſed matrimonium poteſt eſſe ſine dote.*

10 *Legatum factum puellæ cauſa dotis, non debetur, ſi priùs nõ contrahitur matrimoniũ.*

11 *Dos eſt loco legitimæ ſubrogata, tàm de iure cõmuni, quàm de iure Regni, n. 12. & 13.*

13 Theſauri *opinio* deciſ. 159. nu. 3. *an ne dicatur contra formatam propoſitionem, vt dos ſit loco legitimæ ſubrogata?*

14 *Dos non poteſt eſſe minus legitima.*
Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum eſt facta ſubrogatio.

15 *Iudex non poteſt iudicare, vt dos ſit minus legitima.*

16 *Fi-*

Digitized by Google

16 *Filia dotata vſq; ad quantitatem legitimę aliud petere non poteſt.*
Laudatur D. Conſiliarius D. Franciſcus Merlinus.
17 *Reipublica intereſt, mulieres eſſe dotatas.*
18 *Dotare filias paternum eſt officium.*
19 *Pater iterùm filiam dotare tenetur, ſi ipſa primam dotem amiſit, non ſua culpa, aut dolo.*
20 *Dos data ſimpliciter filia à patre, non intelligitur data pro debito paterno, ſed donata.*
21 *Dos debetur sm̄ quantitatē patrimonij, & matrimonij qualitatem, & hoc Iudicis arbitrio remittitur.*
Vltrà vires nemo tenetur.
22 *Pater clericus tenetur dotare filiam etiam de bonis occaſione Eccleſię quæſitis.*
23 *Pater tenetur de iure canonico dotare filiam ſpuriam.*
24 *Pater tenetur filiam dotare, etſi nubat ipſa inſcio, dùmodo viro digno nubat.*
Pater ad duo tenetur in hac materia .ſ. filiā maritare, & eam dotare.
25 *Filia poteſt compellere patrem, quando eſt nubilis ętatis, ad conſtituendum ei paragium.*
26 *Filia excedens annum 25. ſi non dotetur à patre, & peccauerit in corpus ſuum, non poteſt exhæredari.*
27 *Fratres tenentur dotare ſorores virtute iuris Regni, præcipuè cum fœminas, ſiue ſorores excludat à ſucceſſione paterna, & num. 29.*
28 Conſtitutio Regni In aliquibus *an ne habeat locum in omnibus ſucceſſionibus?*
29 *Qui ſentit commodum, debet ſentire incōmodum.*
30 *Deus in Mundi creatione maſculum, & fæminam creauit æquales.*
Conſtitutio Regni In aliquibus *eſt contra iuris communis diſpoſitionem, & proindè odioſa refutatur.*
31 Conſtitutio In aliquibus *cùm odioſa ſit, an iure permiſſa videatur.*
32 *Fratres tenentur alere ſororem.*
Filia maritata à patre in vita, ſi quando moritur inſtituit filios hæredes, & eis ſubſtituat extraneos, nulla de filia mentione facta, an paternum teſtamentum annullet, remiſſiuè.
33 Fratres *qui tenentur dotare ſororem, de quibus intelligitur.*
Duo vincula fortiùs ligant.
34 *Fratres tenentur ſatisdare de dotando ſororem.*
35 *Sorores ſi à fratre non dotentur ſuccedunt ęqualitèr in bonis paternis, & num. 47.*
36 *Frater diues tenetur dotare ſororem egenā, & ſi non habeat bona patris.*
37 *Fratres vſq; ad quam ſummam tenentur dotare ſororem?*
38 *Paragium quid ſit, & quem locū retineat.*
39 *Legitima quanta ſit.*
Laudatur V. I. D. Ioānes Baptiſta Thoro.
Laudatur Conſil. Scipio Theodorus.
40 *Paragium quando legitimam excedat.*
41 *Dos de paragio quare non poſſit eſſe minus legitima, & num. ſeq.*
42 Viuij *doctrina, vt non poſſit iudicare Iudex, quod legitima filiabus auferatur, limitationem patitur.*
43 *Mulier Velleiano nō iuuatur, ſi dotem promittat.*
44 *Paragium an augeatur, & diminuatur.*
45 *Dotis tempus attenditur, quando filia dotatur.*
46 *Pactum non poteſt apponi inſtrumentis dotalibus, vt dos reuertatur ad fratrem, ſi ſoror ſine liberis decedat, nec minus, vt ad maritum perueniat, poſt mortem vxoris ſtipulari poteſt.*
48 *Dos promiſſa habet priuilegium, ac ſi eſſet tradita.*
49 *Dos probatur per leues probationes, & dicitur promiſſa etiam per verba enunciatiua.*
Verba enunciatiua in dote quæ ſint.
50 *Cauſa dotis debet ſummariè terminari ſinè figura iudicij, & quare.*
51 *Dos exigi poteſt etiam ſi ſtipulatio non interueniat.*
52 *Alimentorum appellatione quæ veniāt, remiſſiuè.*
Vſura dotis promiſſa poſt quanti temporis ſpatium peti poſſint, & ad quam quantitatem debeantur, & an dies interpellet pro homine in hoc.
53 *Solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio.*
54 *Contractus ex partium conuentione legē accipiunt.*
55 *Pactum contra iuris diſpoſitionem non tenet.*
56 *Beneficium viuente beneficiato conferri nō poteſt.*
Text. in l. 1. C. ad S. Conſult. Maced. *fuit editus ad euitandam moram parentum.*
57 *Vſura ſi non currerent ex promiſſione dotis, eſſet contra dotis fauorem.*
58 *Vſurę poſſunt peti, etiam ſi nulla interuenerit ſtipulatio in dote.*
59 *Dos cenſetur promiſſa per vſurarum tantum ſtipulationem, & debetur.*

ARGVMENTVM

Dos promiſſa, ſiuè dotis augmentum à fratre ſorori poſt mortem communis patrui, an valeat, & an viuente patruo poſt lapſum anni, vel biennij poſſit maritus petere vſuras, quãuis nõ aduenerit tempus ſatisfactionis de quantitate ſtipulata?

DE DOTIS PROMISSIONE. CONCLVS. XIII.

Legum latores non minus in prouidendo, quam *DD.* in conſulendo, & in decidendo Iudices fuerunt in materia dotium fauorabiles, & ideò licèt minimus ego omniũ ſim, nec dignus inter V.I. Profeſſores nominari, volui non minus æquitate, & fauorabilitèr in hac cõcluſione de dote tractare, quia cũ interſit Reipublicę, mulieres eſſe dotatas, de facili inducantur viri ad matrimonia contrahenda, cum ad onera ſubſtinendum illorum commoditatem habeant, vnde vos precor, benigniſſimi Lectores, vt ſicut clemẽs in ſcribendo de dote videor, ita vos in iudicãdo cenſeatis.

Laboraui pro quodam meo familiari ſequenti forma, & caſus ſignra. Iſte duxit in vxorẽ certam mulierẽ, nõ ſibi ſãguine coæqualẽ, & habuit in dotẽ ducatos cẽtũquinquaginta, ſicut cæteræ ſorores, & patrueles tantũ, & vtrinq; coniunctæ prævxoratæ, cum eorũ ſimilibus. Habens reſpectũ frater ad iſtam ſororẽ vltimo loco in matrimonio collocatã ex nobilitate viri, & eius virtute, dũ erat in potentia vacandi ſtudio, ſi tempore matrimonij dabatur ei certa nummorum quantitas à ſuæ vxoris fratre, promiſit in dotis augmentum alios ducatos tercentum in alio contractu (eius patruo inſcio) dandos poſt dicti patrui mortem; iſte frater erat in facultate forſan ducatorum 5000. tempore præfatæ promiſſionis; & maior anno 18. & ſic ab onere tutelæ ſolutus, & liber, vnde poterat ſtipulari, & dotis augmentum polliceri;
1 contra *Borr. ſumma dec. tit. 4. de iure dotiũ. num.* 21. vbi ait, quod talis obligatio vt valeat, eſt neceſſe, vt fiat à maiore anno 25. qui poteſt excuſari, quia forſitan habuit reſpectum ad ius commune, & non Regni, vt in *Conſtitutione Imper. Feder. Minorum iura*, & meminit *Dominus de Franch. dec.* 404. *num.* 2. vbi declarat, quis maior de iure communi, & quis de iure Regni dicatur, & ita iſta maior ætas in anno 18. reputatur, quod ſi talis maior lędatur priuſquã deueniat ad ætatem per ius commune ſtatutam, in integrum ei reſtitutio non datur, ita voluit *glo. in d. Conſt. Minorum iura nu. 40. col. 2. fol. mihi* 197. per *tex. in l. 1. C. de his, qui veniãtat. impetrau. & gloſſ. in l. 2. C. de eo, quod certo loco.* & voluit *Iacob. de Belu.* relatus per *Bal. in auth. ſi captiui, C. de Epiſc. & Cler.* vnde cum pollicitus ſim fauorabilitèr in hac *rubr.* procedere, & dotis cauſam ampliare, eſt fatendum, promiſſionem iſtam factam à maiore anno 18. validam exiſtere, dato quod ætatem annorũ 25. non excederet, vt dixit vbi ſupra *Borr.* quia ſi eſſet læſus, non reſtitueretur ex ſuperius traditis: proinde potuit ſe obligare à fortiori.

2 Iſte maritus poſt lapſum biennij vſuras promiſſæ dotis ducatorum tercentum in illius primæ promiſſionis augmentum, & nomine dotis, etiam factæ petere intentauit; motus, quia pro ſtudio quantitatem non dederunt promiſſores, vt fuit frater, & patruus vxoris, eſt ideo videre, an legitimè illas petat, & tales vſuræ debeantur.

Et quia eſt iſta digna materia ſciru; polliceor concluſionem terminare, ſi promiſſio facta poſt mortem patrui teneatur ad vſuras; ſed prius alia nonnulla congruentia enarrare mihi videtur, vt facilius me inducam ad facti, & iuris terminationem, & ideo vos hic *DD.* exoro, vt me excuſatum habeatis, ſi ad vlteriora mea dicta protrahantur.

3 Matrimonium ergo, ab hoc incipiendo, cum magnum Sacramentum ſit, ex *Paulo Apoſt. cap. 5. ad Epheſ.* & dicatur maris, & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitam, conſuetudinem continens, Diuini, & humani iuris cõmunicatio, iuxta illud, *quos Deus coniunxit homo non ſeparet, cap. quos Deus* 18. 33. *quæſt.* 2. Relicta quęſtione contra definitionem; quod malè ſit definitum matrimonium, vt contineat indiuiduam conſuetudinem, cum videamus dari ſeparationẽ thori; quia poteſt reſponderi, hoc eſſe per accidẽs; nam coniuges talem animum conſtantem habere debent, quãtum ad eos ſpectat, vt nunquam ſeparetur coniunctio affinitatis, & cum magnum ſit, coæquale retinet onus; vnde introductum eſt ſanctionibus diuerſis, dotem ad hoc eſ-
4 ſe conſtituendam, vt ex eius fructibus ſubueniatur, non dum coniugibus, verum etiam filijs ex matrimonio procreandis, *Præſ. de Franch. deciſ.* 283. *num.* 14. & nouiſſimè *Hippolytus Maia conſultat. 25. n. 15. 16. & ſeq. ac Theſ. deciſ. 195. num. 3. per tex. in l. pro oneribus* 20. *C. de iure dot.*

5 Et licèt dos patrimonium, & mulieris ſubſtantia ſit, ex eodem *Præſ. de Franch.*

deciſ.

deciſ.161.num.5. nullatenus ad recupe randam dotem, & petendum illius intereſſe marito quæritur actio, *l.ſi pater 5. & l. de iis 11.* vbi *Bald. & Salye. C.eod. de iur.dot.* faciuntiura adducta per *Dec. conſ.521.n.1.* & argumentum *tex.in l.doce ancillam 9.C. de rei vend.Ioſeph. Maſc. de probat. vol.1. concluſ.211.num.5.* & ratio eſt, quia ipſe ſubſtinet onera matrimonij, *l.ſi filia nupta 20. §.ſi filiusfamilias, verſ.nec ſolum, ff.familiæ erciſcundæ, Bald.Nou.de dote par. 12. num.72.in fine,*tanquam caput mulieris,& totius familiæ,ex *Apoſt.d.cap.5.ibi Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint,ſicut Domino,quoniam vir caput eſt mulieris.*

6 Et vltra prædicta, dotem eſſe introductam ad ſubſtentandum onera matrimonij comprobatur ſimiliter ex definitione tradita per *Azon.in tit. de iure dotium n.7.* nempe dos eſt ius,quod à muliere,vel eius parte marito propter onera matrimonij datur,vt perpetuò ſit penès eum,ex *tex. in l.1.ff.de iure dotium*, cui definitioni libentèr me ſubſcribo,etſi diuerſimodè ab alijs definiatur: & præcipuè à *Ripa in Rubr. ſoluto matr. nu.40.43.& ſeq.*& à *Campeg.in tract.de dote,parte 1.in princ.*

7 Quam dotem de iure debitam loco alimentorum ſuccedere; (vt ſicut alimenta dantur ad vitæ; ſic dos ad matrimonij ſubſtentationem conceditur) probat doctrina de *Affl. deciſ.111. num.10.* vbi *Vrſ. num.14.& Guid.Pap.quæſt.96.num.16.*cum hoc magno priuilegio, vt ſic bona mulieris pro dote præſtanda;quam viri facultates pro ea teſtituenda in obligationem tranſeant,*l.1.§.& vt pleniùs, C.de rei vxoriæ act.*

8 Vnde ſtante iſta tacita hypotheca, ſiuè ſtipulatio interceſſerit, ſiuè non, pro iuribus dotalibus conſequendis in vtroque modo datur actio ex ſtipulatu; vxoriæ rei actione ſublata,*tex.*eſt in *d.l.1.§.1.*cum initio præſentium verborum,vbi *DD.*omnes ibi *rei vxoriæ itaque actione ſublata ſancimus,omnes dotes per ex ſtipulatu actionem exigi,*& confirmat *Borr.*noſter eximius inter Scribentes Doctor *ſumma dec.tit.5.lib. 3.nu.11.de Priuileg.dotal.*

9 Tunc tamen eſt, quando contrahitur carnale,aut ſaltim ſpirituale matrimoniũ; cum appellatione primi veniat ſecundũ; nam alias non poſſet dici,dotem eſſe conſtitutã, ſicut anima nõ informatur niſi in corpore, *l.3. ff.de iure dot. l.inceſtæ nuptiæ 52.ff.de ritu nupt.Ripa in Rubr.ſoluto matr. num.60.& 66.Alex.conſ.74.vol.5.verſ.viſo principio,Surd.conſ.45.nu.50. Riminald. Sen.conſ.39.n.30. vol.1. Mantic.de coniect. tit.22. num.26. lib.11. gloſſ. in Conſt.Regni Comitibus, de adiutorijs,num.80. col.2. fol. mihi 244. Conſtant. Roger. de dote,in princ. ſui operis,num.3.fol.352.Franc.Cremenſ.in 1. ſingul. num.2. Statuto cauetur de Affl. in Conſt.Regni Hoſtici,de except.hoſtica,n.14. Borrel.ead.ſumma deciſ.de iure dot.in princ. tituli,& Præſ. de Franch. deciſ.677.num.5.* nullatenus,& ſi dos non poſſit dari ſine matrimonio, tamen matrimonium poſſe ſine dote exiſtere, voluit *Vlpian. in l.3. ff.de iure dot.*adductus per *Io.Gutier.in rep. tex. §.ſui intereſt,num.22. fol.71. de hæred. qual.& differ.& Aldobrand.Inſtit.de nuptijs §.ſi aduerſus,num.28.*

10 Ita quod ſi ſit legatum in fauorem alicuius mulieris dotis cauſa, vel pro dote, hoc legatum nomine dotis non debetur; matrimonio non ſecuto,carnale, aut ſpirituale,ſecundùm communem opinionem C *DD.* quam refert *Caſtr. in l. Titio centum §.Titio genero,ff.de condit.& demonſt. Corn. conſ.214.vol.4.Bald.Nouell.de dote parte 6. priuil. 50. propè num. 2. Dilect. de arte teſt. tit.6.caut.51.* & ſic refert iudicatum *Gram.* D *in Conſt. Regni In aliquibus nu.25. de ſucceſſione filiorum.*

11 Nec tantum loco alimentorum dos ſuccedit: verum etiam ſubrogari in locũ legitimæ; vt eius ſapere naturam voluerunt *Bart. in l.Titio centum, §.Titio genero, ff.de condit.& demon. Bald.in l.non ſine,C.de bonis quæ lib. & in auth.res,quæ,C. communia de leg.*latiſſimè *Tiraq.in l.ſi vnquam, C. de reuocan.donat.n.112. verſ.ſuſceperit liberos, Alber. de Roſat. in l. quoniam in prioribus, col.fin.*vbi etiam *Salyc.C.de inoffic.teſt.Iaſ. in auth. nouiſſima,num.60. C. eodem, Caſtr. conſ.222.num.5.vol.2.Curt.Sen.conſ.5. Cephal.conſ.245.nu.31.Carolus Ruin.conſ.26. nu.17.vol.3. Cepoll.conſ.55. n.21.Loffredus conſ.26.Dec.conſ.106.Angel.cõſ.311.Alex. de Imola conſ.131. vol.1. & vol.2. conſ.7. Petr. Girard.inter ſingul.DD. fol.mihi 320. in antiq.num.17. Bald.Nouell.& Ant.Giuber.de dote : iſte cap.3.nu.10.& ille priuileg. 4.in fine,D.de Franch.in Conſuet: Neap.Si moriatur aliquis,lit. D. fol.mihi 71. de Affl. d.deciſ.111.num.10. & Boer. deciſ.62. n.6. & deciſ.104.num.10.11.& 12.*

12 Quod procedit, non dum de iure communi, verum etiam de iure Regni huius habito reſpectu ad ſtatutum, ſiuè conſuetudinem *Conſtitutionis In aliquibus de ſucceſſione filiorum,* ita *D.de Affl.in d.Conſtit.* nuper citata, *num.43. Conſil.Fab.de Anna conſ.6.n.10.Fraue.Vin. deciſ.415. in princ. Franc.Milan. deciſ.Sicil.11. nu.51. & ſeq. lib.1.*ſic optimè *Gram.deciſ.57. n.24.* & de nouiſsimis *D.Conſil.D.Franc.Merlin.* qui omnes ſua eruditione antecellit *controu. for.cap.3.num.10.*

13 Et

13 Et quamuis de hoc contrarium prima facie videatur ſentire *Theſ. deciſ. Pedem. 159.num.3.& ſeq.* nullatenus ſi bene intelligatur, idē fatetur, q̃ *DD.* oēs prænominati dixerunt; & colligitur ex concluſione, quã poſuit, ſcilicet, vt aliud ſit dos, & aliud legitima, & deinde ait, quod ſi à patre legitima aſsignetur filiæ, non poteſt poſtea dotem petere; & per conſequens eſt dicendum, vt dos ſit ſubrogata in locum legitimæ, ad quæ vide *Horatium Viſc. in ſuis concluſ. iur. ver. dos debita à patre, fol.62.*

14 Quibus ſic ſtantibus eſt inferendum, vt dos non poſsit eſſe minus legitima, ſubrogatum etenim ſapit naturam eius, in locū cuius ſubrogatio facta videtur, *de Affl. ead. Conſt. In aliquibus, dicto nu.43.* ſic doctiſsimus *Menoch.* latiſſimè in proprijs terminis *de Arbitr. Iudicum caſu 149. num.2. & ſeq. Addentes ad Matth. de Affl. deciſ. 160. in principio, & Gram. ead. deciſ. 57. num.25.*

15 ita & taliter, quod Iudicantes minimè cenſere poſſunt, vt minus legitima ſit; ſecundùm *Præſ. de Franch.* in alias adducta *Cōned. Si moriatur, ead. lit. D. & Boer. dec. 3. num.12.*

16 Vnde aduertant, vt ſemper patres filias dotent ad quantitatem legitimæ eis tangentem, nam ſic tollitur omne litigium: dum excluduntur ab omni alia petitione, & à legitimæ ſupplemēto, cum congruenter ſint dotatæ, vt voluit idem *D. Merlin. vbi ſupra num. 9.* qui cum pro mille ſufficiat ſolus, ideo pro hac authoritate citatur.

17 Nec mirū videatur, ſi dos ita fauorabilis ſit, vt dicatur ſubrogata, vt ſuprà, quia inſpicitur Reipublicæ vtilitas, cuius intereſt, mulieres eſſe dotatas, *l. 2. ff. de iur. dot.*

18 Quod onus dotandi principalitèr à patre terinetur: paternum enim filias dotare officium dicitur *l. fin. C. de dotis promiſſione, l. qui liberos 19. ff. de ritu nupt.* vbi *Coraſ. nu.10. l. fin. §. vtramque, C. de dotis promiſſione*, vbi *gloſ. ver. paternum, gloſſ. in l. obligamur 51. ver. lege, ff. de act. & oblig. gloſſ. in l. eum plures 13. §. cum tutor, ver. alio patre, ff. de adminiſtr. tutorum, Curt. Iun. conſ.133. Menoch. conſ.238. & conſ.370. Petr. de Gregor. de dote, & parag. quæſt.20. n.5. Campeg. de dote quæſt.13. in princ. Ludouic. deciſ. Perus. 21. Oſasc. dec.43. Giurba dec. Sicil. 45. num. 7. & de Affl. decis. 162. num.6. & 371. num.3.*

19 Et adeo eſt verum; quod ſi ſemel dotata filia non ſua culpa, & dolo dotem perdat, eam pater dotare iterum tenetur. *Viſcont. ſuis concluſ. iuris verbo dos debita à patre* alias citato *fol.62.*

20 Nec ſi ſimplicitèr à patre dotetur filia; quando eſt præmortua vxor poteſt dici eſſe officium paternum extinctum ex dotatione filiæ; ſed cenſetur illa dos, vel donata, vel ex parte matris conſtituta integra; adhuc ſolita eius obligatione remanente: vt decreuit *Imper. Iuſtin. in l. ſi pater 7. §. vtramque igitur, C. de dotis promiſ.* per hæc verba *Vtramq. igitur dubitationem certo fine tradentes ſancimus, ſiquidē nil addendū exiſtimauerit, ſed ſimplicitèr dotem, vel ante nuptias donationem dederit, vel promiſerit, ex ſua liberalitate hoc feciſſe intelligi debito in ſua figura remanente; l. quoniam nouella 29. C. de inoff. teſt.*

21 At procedit tale debitum dotandi cum moderamine iuris, dum pater debet filias dotare, habita ratione ad eius facultatem: qualitatemque matrimonij, *l. quæro quanta 61.* & ibi *gloſſ. ff. de iure Dot. Boer. conſ. 50. num.15.* ac adeſt *tex. in lege cum poſt 70. §. gener, in fine, ff. de iur. dot.* & de hoc meminit *D. de Franch. dec. 616. n.3.* quia vltra vires nemo tenetur, *regula nemo poteſt 6. de reg. iur. in 6.* quod Iudicis arbitrio eſſe remittendum circa tale moderamen docuit *Borr. ſumma dec. lib.3. tit.4. à num.32. vſq. ad 39. & Menoch. de arb. iud caſu 149. num.34.*

22 Quam poſitionem, vt pater filias dotare teneatur amplia, & ſi ſit clericus; vt nondum de patrimonialibus, verum etiam de alijs bonis Eccleſiæ occaſione acquiſitis filiabus dotem conſtituat ad earum honorem; ita *Borr.* noſter non modicæ authoritatis *Summa dec. tit.4. de iure dot. num.32. & 33.* vbi alios refert.

23 Amplia etiam vt talis obligatio tranſeat ſimiliter in filias ſpurias, vt, & ipſis dotem aſſignet *Præſ. de Franch. dec. 283. n.11.* quod de iure canonico, *DD.* procedere bene verùm dixerunt, ex traditis per *Borr. vbi ſup. num.38.*

24 Vnde ſi genitor paternum tale non adimpleat officium, & filia, (vt euenit in patria mea anno 1639. dum quędam N. Herrico contraxit matrimonium cum N. Nigro patre inſcio) ſine paterno conſenſu antè annum 25. nubat viro digno, ad deinde dotem aſſignandam eſſe patrem compellendum voluerunt *Abb. in c. 1. de deſponſ. impub. & in cap. 1. de adult.* ac *conſ. 12. Bart. in l. cum is, §. ſi mulier, ff. de cond. indeb. et in Auth. res, quæ, C. com. de leg. Campeg. de dote parte 1. quæſt. 13.* & latè *de Affl.* in alias cit. *Conſt. In aliquibus, num.74.* & ratio eſt: nam ſi pater ad duo tenetur, ſcilicet ad collocandam filiam in matrimonium carnale, vel ſpirituale, & ad ei dotem congruam conſtituēdam, adimplemento vno perfecto per filiam, quæ ſe nupſit: adimplemētum alterum tenetur genitor ſupplere, nempe dotem conſtituere, ita *Pariſ. conſ.29.*

conſ.29.vol.3.n.62.Couar.var.reſol.to.1.p.2.c.3.§.8.n.7. vbi per plures alios refert,& *Napod. in Conſu.Neap.Si quis habet filios,*
25 *n.6.fol.*212.vbi ait,quod filia ſi eſt nubilis ætatis,poteſt à patre paragium petere,immo ad illud dandum compellere,& meminit *D.de Franch.* in pluriès adducta *Conſu. Si moriatur aliquis,d.lit.D.* eodemq. *fol.71.* & latiſsimè dixit ad hoc ſimilia , & opportuna *Mantic.de coniect.vltim.vol.tit.*18.*lib.*10. *num.*17.

26 Immo ſi poſt annum 25. ex negligentia paterna filia non fuerit maritata , & dotata,& peccauerit in corpus ſuum,quãuis eſſet cauſa exhęredationis; vt in §.*cauſas,auth.vt cum de appell.cognoſ. & gloſſ.in c.Quintauallis 23. de iure iurando,* ſecundũ carmina ibi poſita,quæ hic tranſcribũtur.

Bis ſeptem cauſi ex hæres filius eſto:
Si patrem feriat,vel maledicat ei.
Carcere atrusum ſi negligat,ac furioſum.
Criminis accuſet,inſidieſue paret.
Si dederit grauia ſibi damna , nec hoſte redemit.
Teſtari prohibet,aut dat arena locum.
Si prauas ſequitur , vel amat genitoris amicam:
Non orthodoxus,filia quando coit.

A patre propterea exhæredari non poterit,*auth.ſed ſi poſt,cum l.præcedenti ſi filiam tuam* 19. *C.de inoffic.teſt.de Affl. ſuper ead. Conſtit.In aliquibus,in fine.*

27 Deueniendo paulatim ad diſcuſsionem propoſiti caſus; ſcias,quod mortuo patre onus præfatum ad filios transfertur, & ſic fratres tenentur maritare ſororẽ , vt in *d. Conſtitutione In aliquibus,* vbi *de Affl. n.*40. eſt ratio , quod dum fœminæ,attento tale ſtatuto per maſculos excluduntur à ſucceſſionibus ab inteſtato tantum, ſecus ex teſtamento, *de Afflict. vbi ſupra, num.*15. ne ſorores remaneant bonis , & patris affectione ſpoliatę, debent à fratribus dotari,cum talis ſucceſsio, cum lucro,& damno tranſeat, vt optimè *Reg. Rouit.* in forcioribus terminis ſuper *pragm.*5. *num.*56. *&* 57. *de cenſib.*

28 Nec obſtat ſi dicatur, talem *Conſtitutionem* habere tantum locum in ſucceſſionibus Baronum, ſed non paganorum , & proinde mea dicta eſſe limitanda , & non extendonda ad omnes fratres, omnes ſorores,ſucceſsioneſq; omnes,nam ſatis benè declaratur *Cõſtitutio* prędicta, generalẽ habere vim in omnibus quorumcunque ſucceſſionibus per *gloſ.ibi in princip.*

29 Vnde eſt concludendum ex prædictis, fratres teneri dotare ſororem, ex trãſmiſſiuo iure à patre relicto, *de Affl.in princip. dict.Conſtit.* tetigit *de Franch. deciſ.*618.*& Vrſill.ad Afflict. deciſ.*158. *num.* 1. nam ſi ſentiunt commodum, incommodum vt ſufferant dignum eſt, *l. ſecundùm naturam* 10.*ff.de regu.iur.*

30 Et tanto magis id fatendum eſt , ne in totum iuri Diuino *dict. Conſti.* refragetur, dum legitur *Gen.*1.quod Deus maſculum, & fœminam creauit eos : & proindè eſſet ſeruanda inter illos æqualitas, *l.maximum vitium* 4.*C de lib.præter.l.vt liberis* 17.*C.de collationibus , cap.*19. *naturali* 7.1.*diſt.* nec ſolum *Conſtit.* prędicta videtur lata contra ius Diuinum, verum etiam contra ius *Digeſtorum,* contra ius *Codicis,* & contra *Iuſtiniani leges* , vt demonſtrat idem de *Affl. ſuper ead.Conſti.In aliquibus,num.*4.ac ita, & talitèr alijs iuris ſanctionibus hoc ſtatutum aduerſatur, quod odioſum reputatur p *Viuium in ſylua com.opin.* ex magis cõ- C
muni *DD.* ſententia *opin.*812.*& Gramma. dec.*57.*num.*24.

31 Tametſi,quamquam odioſum ſit ſtatutũ iam dictum, nullatenus iure licitum videtur, ac permiſſum , vt benè procedat *dicta Conſtit.* in terminis , in quibus loquitur in hoc Regno, ſecundùm *Bald. in l.cum lege, C.de Epiſcop.& Cler.*& eſt communis opi- C
nio, ex traditis per *Ioannem Andr.& Anton.de Butrio in c. Raynutius,de teſtamentis, & Viu.vbi ſupra num.*22.

32 Tenetur ſimiliter frater non dum ad dotem ſororis, ſed ad illius alimenta , donec maritetur,& dotetur in maiori obligatione,quam pater,dum viuebat tenebatur, ex notatis per *D.Vincent.de Franch. dec.*559. *num.*10.& de hoc ſcripſit *de Affl. dec.*158. *in princ.* vbi *Vrſill.* apud quos vide, an filia faciat nullum teſtamentum patris,ſi prius; ab ipſo in humanis exiſtente fuit dotata, & tempore,quo obijt,vllam de ea mentionem fecit, inſtituendo maſculos , & illis alios ſubſtituendo.

33 Sed dubitatur ad declarationem pluries enunciatæ *Conſtitutionis In aliquibus* , & *Conſtitutionis Fratribus , ſub rubr. de fratr. oblig.partem feudi* , de quibus intelligatur fratribus, qui ad dotem tradendam ſororibus tenentur , nempe de conſanguineis, vterinis,vel patruelibus,& quod de omnibus intelligatur, quomodocunq. ſint coniuncti, reſoluit *de Affl. in d. Conſtit.Fratribus,num.*1.hoc modo videlicet , ſi ex parte patris coniuncti ſint,de bonis paternis dotem exigere coguntur, ſi ex parte matris, de maternis bonis,vt docuit idem *de Affl.* per multa iura *vbi ſupra* , vndè facilius modò poterimus noſtram , citra vllam difficultatem,concluſionem firmare propter promiſſionem dotis talis fratris ſuæ ſorori, vltrà quod non eſt neceſſaria iſta

reſo-

reſolutio, dum dotata, & dotator, ſunt
frater,& ſoror vtrinque coniuncti, & ſic
duo vincula fortius ligant, *auth. itaq. C.
com.de ſucceſſ.*& proinde valida obligatio
promiſſæ dotis,quæ intelligitur de bonis
paternis tantum,cum adhuc viuat mater,
vnde ſaluum eſt ius de legitima ſuper
matris rebus,argumento *text. in l.ſi pater
7.*vbi *gloſſ. C.de dotis promiſſ.*

34 Attenta igitur *dicta Conſtit.In aliquibus
& Conſuetnd. Neapl.Si moriatur aliquis,de
ſucceſſ.ab inteſt.*ad hoc ne ſorores à fratri-
bus defraudentur; & opprimantur, adeo
onus habent de illas dotando; quod ſuc-
ceſſio ſtatim eſt habita de parentibus ex-
cluſis fœminis, tenentur ſatisdate de ad-
implendo diſpoſitionem *dict. Conſtit. &
Conſuetudinis* tempore nubilis ætatis, vel
nuptiarum, ſi ætatem habent perfectam;
ita *Vrſ.ad Dom.de Afflict.deciſ.*108.*num.*2.

35 Quod debitum dotandi ſorores eſt
omninò adimplendum per fratres, nam
alias non ſuccederent ſoli, ſed omnes
æquali lance;quia adhoc vt mulier ab ali-
cuius excludatur ſucceſsione, oportet,
vt ſit dotata de bonis illius, de cuius hæ-
reditate, & ſucceſsione agitur, *l. quoniam
nouella 29.in fine,C.de inoff.teſt. l.vt liberis
17.C.de collat.Viu.in Sylua com.opin.opin.
812.nu.54.de Affl.ead.Conſtit.In aliquibus,
num.21.& decif.158. num.5.* vnde ad hoc
vt ſoror excludatur à ſucceſſione patris,
eſt neceſſe, vt de bonis illius dotetur per
fratrem, etſi adita hæreditate,bona non
genitoris, ſed fratris dicantur, ex *Iaſ.in l.
1.§.veteres,col.3.ff.de acquir.poſſ.in l.eius,
qui in prouincia,col.5.ff.ſi certum pet.& in
l.Paulus,ff.de acqu.hæred.*

36 Vltra quòd debitũ dotandi ſororẽ teti-
netur per fratres, nõ dũ ex cauſa paternæ
ſucceſſionis, ſed propter proprium ho-
norem, quẽ quilibet cunctis rebus pferre
debet; & ſic dato frater ſit aliunde diues,
& ſoror egena, debet illi cõſtituere dotẽ,
ſecundum notabilem doctrinam *Azonis
in l.cum plures 13. §.cum tutor,verſ.alio pa-
tre,de adminiſtr.tutorum*,quam annuerunt
Bal.& Salyc.in l.non omni,C.eod. de admi-
C *niſtr.tut.*& eſt communis opinio,vt inquit
*Raphael Fulgoſ. conſ.124. Peregrin. de fi-
deic.art.41.num.50.gloſ.in Conſtitut.Regni
Comitibus, ſub rubr. de adiutorijs, num.60.
col.2.fol.mihi 243.Conſtant.de dote,num.3.
pag.352. in art.*quod incipit, *dos à quibus,
Guid.Papa deciſ.439.nu.7.de Affl.dec.371.
num.3.& Præſ.de Franch.deciſ.87.num.12.*
ac *Theſ.deciſ.192.num.8.*vbi plures refert.

37 Cum igitur viſum ſit ex pluribus, quod
fratres tenentur dotare ſororem; eſt de-
clarandum, vſque ad quam ſummam, &
quantitatem debet tale onus aſcendere,&
dicas, quod debet eſſe de paragio ſecun-
dùm *gloſſ. in dicta Conſtitut. In aliquibus,
num.30.fol.255.col.2. & fol.256. col.1.nu.
40. Viuium in dict. opin.812. num.51. & de
Affl.deciſ.160.per tot.*quod paragium fuit
à patre transfuſum filijs, dum ipſe dotare
tenebatur filiam vſque ad paragij quanti-
tatem,*Præſ.Vinc.de Franc.deciſ.610. nu.1.*
& tetigit *ſup.num.16. verſ.Vnde aduertant.*

38 Paragium enim, vt omnis tollatur du-
bitatio: ſcias, quod obtinet legitimæ lo-
cum, eandem quantitatem continet, ac
legitima: & ipſo iure debetur, quo etiam
legitima traditur,ſic *de Aff.deciſ.160.& de
Frãch.dec.618.n.2.per tex.in l.quæro 61. ff.
de iure dot.*& dicitur paragiũ,vt de pari nu
bere poſſit ex *Napod.* in pluries alleg.*Con-
ſuetudine Si moriatur aliquis*,relato per eũ-
dem *de Franch.dec.87.num.*11. Vnde poſ-
ſet dici in caſu noſtro: quod dum talis ſo-
ror poterat ducere virum parem; vt aliæ
duxerant cum dote ducatorum 150. alia
promiſſio ſtipulata per fratrem in dotis
augmentum non tenet, cum ſit ſuperflua;
tamen hoc corruit: dum maior imminet
ratio in contrarium,quę eſt,nam licèt dos
ducatorum centumquinquaginta potuiſ-
ſet dotatæ parem inuenire; tamen non
concurrit quantitas legitimę,ad quam de-
bet aſcendere paragium, vt ſupra viſum
eſt; quapropter dum facultas fratris erat
pro concurrenti quantitate ducatorum
5000.ſi legitima eſt triens,vel ſemis,habi-
39 to reſpectu ad numerum filiorum; ex
*Borrello ſumma deciſ.vol.3.tit.4.de iure dot.
n. 330.331.332.333.334.& 335. cum plur.
ſeq.*ex laborioſiſſimo non minus, quam
doctiſſimo viro probo *Ioan.Baptiſta Thor.
comp. deciſ. verb. legitima relicta à Patre*;
ex ſemper laudabili Viro *D. Ioanne Aloy-
ſio Riccio coll.deciſ.3849.*ante eos dixerũt
Boer. deciſ.104.num.10. latiſſimè *Capyc.
deciſ.158.num.1.& ſeq.*omninò videndus,
ſic deciſum refert *Ioachim. Minſynger. in* D
Camera Imperiali obſeruatione 21. cent.4.
& omiſſis diuerſis iuribus, quæ cum nota
ſint tàm tyronibus, quàm veteranis *DD.*
in hac ſententia etiam eſſe videtur inte-
gerrimus Iuris Conſultus,& *Regius Conſi-
liarius Scipio Theodorus alleg.35.n.10. &
ſeq.* igitur cum eſſent quinque filiæ, & ipſe
frater, quæ ſunt ſex perſonæ, medietas
portionis debebatur vltimæ ſorori vxora-
tæ, in qua erat ſucceſſura ab inteſtato,
quæ habito reſpectu ad ducatos 5000.
eſſet ducatorum 833. quorum medie-
tas ſummatur in ducatis 418. vnde vide-
mus, quod paulo plus eſt facta promiſ-
ſio à fratre tali ſorori; quam quod quan-
titas

Digitized by Google

titas legitimæ concurrit, nam ſi ſtipulatio
eſt ducatorum 450. & legitima, vt viſum
eſt, aſcendit ad tantum ducatos 418. dif-
ferẽtia eſt ducatorum triginta duorũ: quę
modica quantitas ſortem legitimæ exce-
40 dens; etiam poteſt rolerari, ſtãte viri qua-
litate, quo caſu legitimæ ſummam ſemper
debet paragiũ excedere, vt deſumitur ex
ſanctione à *Celſo* tradita *lib.11.digeſtorum*
in l.quaero 61.ff.de iure dotium, & ſic fuit de-
D ciſum in proprijs noſtri articuli terminis
terminantibus in S.R.C. apud *D. de Affl.*
*deciſ.*160.& ad ſaturitatem adde termina-
tionem *Papiniani*, *in l.cum poſt 70.§.gener*
in fine, & §.nuptijs, lib.4. reſponſ. vbi *gloſſ.*
ff. eod. de iure dot. text. ad argumentum *in*
l.ſi curatores 9.C.de admin.tut. Alex.conſ.7.
quod incipit, *viſis, &c.Rol.à Valle conſ.85.*
num.10.& Curt.Iun. conſ.37. col.fin. nec
omittas ad ſupradicta videre *Rimin. Sen.*
conſ.40. num.1. Cephal. conſ.309. num.23.
vol.3.& conſ.501.num.15.vol.4. de Affl.in
dicta Conſtit. *In aliquibus, num.52.* vbi ſex
enumerat requiſita ad inſtructionem no-
ſtram, vt ſciamus quantitatem dotis, ad
quem recurre, ſi opus fuerit, circa prænar-
rata.

41 Ratio poſtea; vt dos de paragio non
poſsit eſſe minus legitima, attenta *dicta*
Conſtitutione In aliquibus, eſt, nam licèt
tale ſtatutum excludat fœminas per ma-
ſculum, & ſorores per fratrem à succeſ-
ſione parentum, tamen non priuat illas à
ſupplemento legitimę, prout voluit con-
ſulendo *Alexan.conſ.7.col.2.lib.2.conſ.69.*
vol.1.& conſ.78.vol.4.Socin.Iun. conſ.30.
C *& conſ.150.vol.1.*& hæc eſt communis sẽ-
tentia ſecundùm *Viu.com.opinionum, opi-*
nione 812.num.38.

42 Nec minns diſponit, vt filia ſit conten-
ta de omni dote, vt diſpoſuit ſtatutum
Ferrariæ *lib.2.ſub Rubr. Quod filia ſit con-*
tenta de eo, quod Pater dederit, prout teſta-
tur *Menoch.de arbitr.caſu 149.num.2.*& in
hoc caſu limitatur doctrina *Viuij opin.811.*
*num.3.*vbi dicit, quod bonus vir non po-
teſt arbitrari, legitimam eſſe filiæ auferen-
dam; quia vigore dicti ſtatuti Ferrariæ au-
fertur; nempe non tota, ſed ſupplemen-
tum; dum ſtante diſpoſitione, quod filia
ſit omni dote contenta, poteſt ei minus
legitima aſſignari; vt decreuerunt *DD.*al
legati per *Menoch.vbi ſup.*

43 Itaque eſt concludendum in caſu no-
ſtro, dotem pro aſſata quantitate eſſe le-
gitimè promiſſam, & proinde deberi citra
vllam difficultatem, & exceptionem; &
præcipuè ætatis: dũ probatum eſt in prin-
cipio huius concluſionis, quod erat ma-
ior; vltra quod ſine hoc omnes in dotis
promiſſione, quomodocunque ſint, tenẽ-
tur ex *Borrel.dicta ſua ſumma, rubr. de iure*
dot.nu.17. vnde mulier ſi in dotis alicuius
ſtipulatione interueniat, Velleiano non
iuuatur, *Bald.Nou.de dote priuileg.12. p.6.*
Borr. vbi ſup. plures ſuo more allegando,
ac annuerunt *Praeſ.de Franc. deciſ.182.&*
Dominus Ricc.coll.3225. verſ.adhuc priui-
legiatur dos.

44 Sed dubitatur, an paragium augeatur,
& dimiuuatur per augmentum, & decre-
mentum facultatum poſt mortem patris,
dum facultates creuerũt poſt obitum pa-
ternum in caſu noſtro?

Pro qua reſolutione dicas; quod dum
loco legitimæ ſuccedit dos, vt diximus, &
iſta non debetur ſuperexcreſcentibus bo-
nis poſt paternam mortem, eſt dicendum,
non dari augmentum, neque decrementũ
in paragio, ſic de communi opinione te- C
ſtimonium facit *Ripa in cap. cum Marcus*
Ferrarienſis, de Conſtit. num.38. Iacob.Bu-
tric.in l.pactum, C. *de collat. Bald.*ſibi con-
trarius *in l ſi ſucceſsione*, C.*de reuoc. his, quae*
in fraudem cred. & in l.quamquam, C. *ad l.*
falc. Boer.deciſ.62.num.2.& 3.Vrſ.ad Affl.
deciſ.141.num.7.& ad hoc ait idem *Bal. in*
l.fin.C.de dotis promiſ. quod ſi filia eſt ma-
ritata tempore, quo pater in humanis age-
45 bat, illud dotationis tempus attenditur, &
cõcurrunt in hâc opinione *Caſtr. in auth.*
res, quae, C.com.de leg.Cor.conſ.107.col. fin.
vol,2.Alex,conſ.181.Sylueſter Aldobrandin.
conſ.39.num.103.& Gram.dec.57.num.30.

46 Et in iſto caſu conſtituendo frater ſo-
rori dotem de paragio, non poteſt ſtipula-
ri, vt ſi ipſa ſine liberis decedat, dos ad
eum reuertatur, quia nil proprij in do-
tando ſororem appoſuit, ſed debito ſatiſ-
fecit iura adimplendo, ita *Vrſill.ad Afflict.*
deciſ.160.num.4. & pactum tale in capitu-
lis matrimonialibus non valere concludit
idẽ *Vrſill.eod.loco*, p doctrinã *Lucae de Pen-*
na ibi per eum politam, & eodẽ modo ſti-
pulatio inualida eſt, ſi dicatur, vt poſt
mortem mulieris perueniat ad virum,
Card.Mantic. de tacit. & amb.conu. tom.1.
tit.34.num.1.per text.in l.haereditas 5. C. de
*pactis conu.vbi gloſſ.& Salye.*vnde colligi-
tur; quòd mulier ſuæ dotis eſt ipſa abſolu-
ta domina.

47 Si ergo fratres negligentes erunt in
dotando ſororem in Ciuitate Neapolis
de paragio ſecundũ allegatas ſuperiùs *Cõ-*
ſuetudinem, & Conſtitutionem; per quam
ipſi ſuccedunt, illa excluſa, & ſoror plu-
ries petijt ſibi dotem aſſignari congrua m
pro eius maritagio, & illi aures obtuſas ſi-
mulando debitum adimplere diſtulerunt,
ſi annum vigeſimum ſextum excedat, ſuc-

Digitized by Google

cedit ipſa de pari cum illis in paternis bo-
nis,ex doctina *de Affl. in Conſtitutione In
aliquibus,num.30.& gloſſ.ibid.nu.40.col.2.*
D *fol.255.*& ſic fuit deciſum in S.R.C. apud
eundem *de Affl. deciſ.159. per totam*, vbi
*Vrſ.*qui refert, fuiſſe confirmatam deci-
ſionem iſtã in eodẽ Tribunali anno 1551.
Actuario Annibale Cæſario.

48 Eſt poſtea dos multum priuilegiata, vt
vidiſti circa mulierem,Velleiani beneficio
non gaudentem:& modò ſcias,quod dato
ſit tantum promiſſa:vim retinet,ac ſi tra-
dita eſſet & ſic cẽſetur tradita, ſicut pro-
miſſa; ita & taliter,quod ſi ſtatutum ſim-
pliciter de dote loquatur, comprehendit
ita dotem promiſſam: vti traditam, *l.ſi
mulier ita dotem 60. ff.de iure dot. l.ſi pater
5.& l.ad extractionem 6.C.de dotis promiſ-
ſione,l.1.verſ.ſi tantum promiſſa,ff.de collat.
dot.Tiraquell.de retractu, §.fin.num.32. cir-
ca finem*; Campeg. *de dote, parte 5. Viu. in
Sylua com.opin. opinione 227. in princ.* vbi
C communem eſſe *DD.* ſententiam fatetur,
& opin.228 num.2,Angel.conſ.76.& conſ.
180.*Borr.ead.ſumma deciſ.d.tit.de iure dot.
num.341.342. & 343. de Affl.deciſ.61.* vbi
*Vrſ.Gram.deciſ.163. nu.18. & 19. Magon.
deciſ.Flor.13. n.26.deciſ.84. n.12.& deciſ.
86.n.2.& 3. & Ludou.deciſ.Peruſ.21.n.12.*

49 Ad quam promiſſionem probandam
ſufficiunt leuiores probationes, *Dec.conſ.
135.ſub num.2.* ita quod verba enunciati-
ua,quæ ſolent in dotibus interuenire,pro-
bationem inducunt, dotem eſſe promiſ-
ſam, *Abb.in cap.cum ſicut, num.4. de conſe-
crat. Eccleſ.vel altar. Bart. conſ.123. lib.1.
num.2.per tex.in l.2.*vbi *Bald. & gloſſ.*not.
*C.de dotis promiſſione,*Caſtr.*conſ.92.num.3.*
incipiẽte,*quod præfata ſententia,vol.2.Ma-
ſcard.de probat.concluſ.566. num.1. & Gaſ-
par Theſ. quæſt. forenſ. quæſt. 29. lib.3.* &
verba iſta enunciatiua declarantur per *D.
de Afflict.deciſ.83.in principio:*& ſunt,quã-
do non continent facti certitudinem, nec
veram promiſſionem,ſed tantùm eſt proœ-
mium,in quo volũtas affirmatiua non in-
teruenit:& mihi videtur, vt ſit modus lo-
quendi,quando nuptiæ tractantur:ſcilicet
promittis iſtam dotis quantitatem:& pro-
miſſor reſpondit,non poſſum, quia non
habeo in ære,vt valerem me ad iſtã quan-
titatẽ extendere,ſed poterimus maturiùs
excogitare, & ſic diſcurrentes orator, &
pater, vel frater mulieris vxorandæ, ſi
effectuetur Sacramentum ſine ſtipulatio-
ne,cenſetur promiſſa quantitas petita per
legatum ad ſubſtentationem matrimonij:
& iſta ſunt in ſenſu meo verba enũciatiua.

50 Et in cauſæ cognitione debet fieri ſine
iudicij ſtrepitatione: ſed ſũmariè eſt pro-
cedendum,& per Iudicantes terminari:ne
ex lite longeua fame pereant coniuges,&
ſoboles eorum:ita *Minſynger.obſer.3.cent.
3.verſ.Septimum,D.Ricc.collect.3225.verſ.
adhuc etiam priuilegiatur el 2.*& ego plenè
dixi in *rubr.de dote legata*, & poteſt eſſe
optima ratio: quia cũ dos cauſa pia dica-
tur,& in pijs cauſis ſinè figura iudicij pro-
cedẽdum eſt:meritò debet ſummariè ter-
minari, *Imola in l.1.ff.ſoluto matr. Bald.
in l. mandatum col.4. C.mand. Tiraquel.de
Priuileg.piæ cauſæ, in præfat.verſ.item cum
dos,& alimenta,Campeg.de dote,quæſitu 91.
parte 1.fol.228. Borr.ead.ſumma deciſ.d.tit.
de iure dot.num.20.& de Aff.deciſ.371. n.2.*

51 Cum ergo,vt ſupra diximus *nu.5.* ma-
rito actio quæratur ad exigendum dotem;
quod procedit, dato ſtipulatio non inter-
ueniat,*l.1.ff.de rei vxoria actione;* dum nu-
do pacto efficaciter pro dote obligatur,
ſecundùm *DD.& gloſſ.in l.fin. verſ.ſepius
C.ad Velleian.*in caſu noſtro poſſumus di-
cere, quod vir à fratre ſuæ vxoris, qui
dotem promiſit, poſſit petere ſtipulatam
promiſſionẽm;ſiuè vſuras,cum non adhuc
venerit dies ad petitionem forſan ſortis
principalis, dum ſe obligauit in dando
doris augmentum poſt patrui occaſum,
& ratione,quoniam onus ſubſtinet matri-
monij,per optimum *text.in l. cum poſt 70.
§.in domum,ff.de iure dotium.*

52 Vnde,meo quidẽ iudicio, poſſet dupli-
citèr agere:ſcilicet cõuenire aut dictũ fra-
trem dotantem ad præſtandum alimenta,
& omnia, quæ ſub hoc nomine continen-
tur ſecundùm perſonarum qualitatem,
per multa iura adducta per *D. de Afflict.
ſuper Conſti.Regni Comitibus,in fine,*& me-
minit *de Franch.deciſ.283. num.20. & 21.*
aut ad vſurarum exhibitionem pro quan-
titate in obligatione contenta: & iſta mi-
hi videtur validior cõuentio: quia alimẽ-
torum taxatio ſecundùm optimam ſentẽ-
tiam non poteſt excedere quantitatem
vſurarum, ad quam iſte frater tenetur, &
per conſequens fruſtratorium eſſe, redu-
cere cauſam ad actum,à quo poteſt habe-
re principium:& ſine vlla opponendæ for-
ſan exceptionis formidine talẽ petitionẽ
valet exigere vſurarum, vel intereſſe pro-
miſſæ dotis: quia non dum eſt annus à
ſtipulatione decurſus, ſecundùm dicta *de
Affl.deciſ.284.de Franch.deciſ.642. num.9.
& Theſ.deciſ.43.*verum etiam elapſum eſt
biennium à die contractus, ſecundùm au-
reum *text. in l.fin. §.præterea ſancimus,* vbi
Bald. C.de iure dot. per quem diſponitur,
vſuras non deberi,niſi poſt affati temporis
curſum, ſed ſine aliqua interpellatione,
cum ſtatim cõſtituatur in mora: quoniam
hic

hic dies poſſumus dicere, quod pro homine interpellat, *cap.fin. §.emphyteuta, de loc. & conducto, l.quoties in diem 59. ff.de verb. oblig.* & in ſpecie magis, talem actionem marito competere elapſo biennio ad vſuras, vel intereſſe dotis, notauit *Franciſcus Ripa in rubr. ſoluto matr. num.58. per text. in cap.ſalubriter, de vſuris, & d.l.fin. §.praeterea, C.de iure dotium*, in quo *text.* habetur etiam de hoc intereſſe taxatio; ſiuè vſuris, & hodie ſeruatur, quod ſoluuntur ducati ſeptem in anno pro quolibet centenario, vſque dum dos promiſſa non fuerit ſoluta: poſt etenim ſatisfactionem debiti om-
53 nem tolli obligationem, voluit *text. Inſt. quibus modis tollitur obligatio.*

54 Poſſet pars aduerſa opponere ſic, vt nō teneatur ad vſuras: quia dotem promiſit ad certum tempus: nempè poſt mortem patrui: & per conſequens non poteſt dici ad vſuras teneri, cum tempus præfixum non aduenerit: quia contractus ex partiū conuentione legem accipiunt, *reg.contractus 85.* vbi *gloſ.de regul. iur.in 6.*

55 Reſpondetur, nullam eſſe obiectionem ſi opponeretur, quia procedit, quando pactum eſt rationabile, & non contra ius: ſed ſic eſt, quod talis promiſſio dotis non dum diſpoſitioni iuris aduerſatur: ſed nec minus rationem in ſe continet, ergò non tenet, licet adiectum ſit, *cap.vides fili mi 10. diſt.10. cap.Imperiali 13.25. quaeſt.2. & clem. paſtorialis, de re iud.*

56 Et probatur, vt irrationabile, & contra ius ſit pactum ſtipulatum de ſoluendo dotem poſt mortem patrui; quia ſi valeret, daretur occaſio captandę mortis, arg. *text. in cap.1. & 2. de conceſſione praeben.* vbi *glo.* ait, hoc diuina prouidētia fuiſſe ſtatutum poſt *Lateranenſe Concilium*, *Maſcard. de probat.concluſ.313, nu.20. vol.1.* & iſta confirmātur ad inualidādā pactionē præfatā, per *tex.in l.prima, ff.ad Sen. Conſ. Maced.* vbi *gl.* mirabilia dicit; ꝙ patres à filijs necabantur pro ſoluēdo cōmodatas à creditoribus pecuniarum quantitates: ne fortè principalē vſurę excederent, ꝙ deteſtabilius fari nō poteſt, vt nati ſint cōtra genitores, quid mirū ergo ſi talis ꝓmiſſio non valet propter imminens periculum mortis duplici modo: quia patruus poſſet interfici à nepote ad euitandum vſurarum, curſum poſt annum elapſum, ſecundùm tradita *ſup.num.52.* & poſſet etiam morti tradi à marito mulieris propter conſecutionem promiſſæ dotis poſt obitum eius.

57 Eſſet ſimiliter inualida talis promiſſio in dotis augmentum: cum dotium fauori repugnet, ſi permitteretur, ne currerent vſuræ poſt tempus, vt dictum eſt, per *tex.in l.quamuis 3. C. de pactis conu. l. conueniri non poteſt 5. ff. de pactis dotal,* & etiam contra *text. in l. ſecundùm naturam 10. ff.de reg.iur.* quia ſuſtineret maritus matrimonij onus ſine commodo vſurarum dotis; vnde tale pactum retrotrahitur, vt non poſt mortem patrui, ſed poſt tempus à iure ſtatutum vſuræ currant, licet ſaluum poſſit remanere de dando quantitatem proprio conſēnſu promiſſa in die adiecta in contractu: quia magis res, ſcilicet dotis adimplementum per ęquipollens, nempe per vſuras, quam verba ſtipulationis in iſta materia ſunt attendenda. *l.promittendo 42. ff.de iure dot.* & talis actus, ſi vt ago valere non poteſt, vt quantitas promiſſa aſſignetur ante obitum patrui: debet valere eo modo, vt poteſt, nempe ad dandas vſuras, *l.3. ff.de militari teſtam.*

58 Quod ampliatur, vt poſſint tales vſuræ peti, etiam ſi de dote pactum, & ſtipulatio non eſſet appoſita, ex notabili doctrina *Boerij conſ.6.num.15.*

Concludatur itaque articulorum terminatiò per *text.* in argumētum, quod eſt à contrario ſenſu de iure fortiſſimum: ſcilicet ſi debetur dos per vſurarum promiſſionem, cum intelligatur principale per acceſſorium: à fortiori debentur vſuræ in caſu noſtro per dotis ſtipulationem; cum principale trahat ad ſe acceſſoriū, ꝙ legibus toleratur, *tex.* eſt in *l.2.* vbi *Bald. & gloſ. C.de dotis promiſſ. Dec.in cap. prudentiam, §.ſi verò, col.2. de offic.deleg. cap.paſtoralis, §.verum 4. notabil. de appellat.* ſequitur idem *Dec.in l.ſi creditores, col.2. C. de pactis, & in rubr. C. de edendo, col.1. ac in conſ.682. nu.10. Curt.Iun.conſ.168. ſub n.5. & Maſc.de probation.concluſ.568. in princ.* Vnde ab omnibus poteſt fateri, validam exiſtere talem promiſsionem ſtipulatam à fratre in augmentum dotium ſuæ ſororis, & vſuras deberi eo modo, vt dictum eſt, & tanto magis, quod ſi æquitas eſt rigori præferenda, & propriè in caſu, de quo actum eſt: dum nec rigor, nec æquitas ſcripta eſt, non poteſt dubitari, quin vſuræ debeantur, ex latè probatis: & hæc omnia ad maiorum meorum emendationem, quibus viribus valui, collocaui.

SVMMARIVM.

1 *Officiorum diſtributio in Regno aſſimilatur officijs Populi Romani, remiſſiuè.*

2 *Studia ad Reipublicæ vtilitatē hortari dicitur* Imperator Iuſtinianus.

3 Auctor *quare præſentem concluſionem poſuit.*

4 *Officialis quis debeat eligi.*

Officialis electus à Principe in dubio præſumitur cauſa meritorum.

Officialis promotus ob merita, etiam eſt honorandus ab eum eligente.

5 *Officia vendi, vel emi prohibitum eſt ſub graui pœna.*

6 *Officialis priuſquam poſſeſſionem officij ſuſcipiat, quid debeat iurare.*

Ætas Auctoris *indicatur.*

7 *Officialis, qui officium emit, quod nomen retineat, & à quo Capitaneus denominetur, qui gubernationem auro retinet.*

8 *Officialis prauæ conditionis propter populi peccata dari ſolet.*

9 *Barones debent eligere Officiales probos; nam alias ipſi* Deo *tenentur.*

10 *Officiales tantum per annum eligendi ſunt, & num. 11.*

Auditorum creatio in Prouincijs per biennium fit.

11 *Officiales ſine cauſa non ſunt ab officio remouendi infra annum, etiam à nouo terræ conductore.*

12 *Actuarij debent eſſe annales.*

13 *Officialis inter cætera requiſita, quæ in eo debent ineſſe; Dei timor eſt præcipuum, ac mundas debet habere manus.*

14 *Officialis quæ munera poſsit accipere?*

Munera placant homines, ac iuſtitiæ curſum impediunt.

15 *Capitaneus priuſquam poſſeſſionem apprehendat, debet coram decem iurare de rectè miniſtrando.*

Debet ſi alia officia exercuit, illorum liberatoriales literas oſtendere, nam alias non poteſt recipi.

Debet etiam dare cautionem de parêdo ſindicatui; alias enim poterit ei poſſeſſio denegari.

16 *Fideiuſſor ſi non fuerit datus à Capitaneo ex æquitate illorum de Regimine, & poſſeſſio fuerit conceſſa, & ciues de hoc lamentantur, quid agendum?*

17 *Officiales ſi non iurant tempore ingreſſus de obſeruando leges, & conſuetudines locorum, inualidât, ideſt annullant acta, quæ per eos fiunt.*

Iudex, lege deficiente debet ſaltim iudicare per conſuetudinem approbatam.

18 *Poſſeſſio quot modis capiatur per officiales, remiſſiuè.*

19 *Capitanei an habeant merum, & mixtum imperium.*

20 *Clerici, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ an poſſint eſſe officiales in terris Baronum, & quid in terris Prælatorum?*

Exceptio declinatoria fori non poteſt denegari clerico, ſi fuerit officialis Baronis, & eam in ſindicatu petat.

21 *Cardinales creantur Proreges in Regno.*

22 *Officialis experitur per ſindicatores; ſicut aurum per artificem.*

23 *Sindicatus introductus videtur de iure Diuino.*

24 *De iure Ciuili.*

25 *De iure Regni, &*

26 *De iure Municipali.*

Ius municipale patriæ Authoris *circa ſindicatum officialium ponitur.*

27 *Sindicatus noua traditur definitio.*

28 *Iuſtitia de per ſe ſeuera eſt.*

29 *Querelæ contra officialem infra quod tempus ſint proponendæ, & diſcutiendæ in eius ſindicatu, & num. 59.*

Quod tempus ſit à legibus ſtatutum pro ſindicatu officialium?

30 Conſtitutio iuris Regni Volumus, vt nullus officialis *declaratur.*

Auditores Regij prouinciarum quomodo, & pro quanto tempore ſindicentur.

31 *Sindicatui ſtare qui teneantur?*

32 *Sindicatui parere quando officiales non teneantur.*

33 *Regentes à latere, Præſidentes R. C. Summariæ, & Conſiliarij S. R. C. quomodo, & à quo ſindicentur.*

34 *Officiales quo loco ſindicari debeant?*

35 *Officialis parendo ſindicatui, non poteſt recedere vſque dum tempus ſindicatus elapſum non ſit, dato vocetur à Principe.*

Sed quando hoc intelligatur?

36 *Officialis an durante officio conueniri poſſit?*

Delicta grauia, quæ committuntur per officialem in officio, quæ dicantur, remiſſiuè.

37 *Officialis ſi recedat negans parere ſindicatui, quid agendum?*

Fideiuſſor quando tenetur pro principali?

38 *Barones ipſi debent curare, vt eorum officiales ſindicatui pareant.*

39 *Bona tutoris, vel curatoris sũt obligata pro tutela, & cura, ſed non bona officialis pro mala eius adminiſtratione.*

40 *Tertiaria vltima prouentuum non debet ſolui officiali, niſi prius ſteterit ſindicatui.*

Officialis non habens in ære, ſi condemnetur, an corporalitèr ſit puniendus?

41 *Officialis debet reddere rationem de geſtis, etiam tanquam Capitaneus ad guerram.*

Aſſeſſores etiam ſindicandi ſunt; & quando Capitaneus ad nil teneatur.

42 *Officiales in ſindicatu tanquam ſimplices perſonæ ſunt reputandæ: ita quod non poſſunt arma deferre, nec ad aliud promoueri officium.*

43 *Officialis ſi offenditur in ſindicatu: & ſi non eſſet officialis in actu offendens punitur.*

44 *Succeſſores in officio an poſſint intereſſe in ſindicatu prædeceſſoris?*

45 *Barones an poſſint cognoſcere de delictis officia-*

Digitized by Google

ficialium, & an poſſint interuenire in eorum ſindicatu.

46 *Officialis delinquens vt priuatus à quo Barone conuenitur, à Barone originis, vel loci commiſſi delicti? ſed quid agẽdum, n.47.*

48 *Sindicatores electi ab Vniuerſitate ſunt Iudices idonei competentes ad ſindicandum, & habent merum, & mixtum imperium.*

Sindicatores debent iudicare cum concilio Doctoris viciniorís Oppidi.

49 *Sindicatores an ſint Iudices ordinarij, vel delegati, contenditur.*

Sindicatores quarè ſint introducti à iure.

50 *Delegatus alienã, & non propriam iuriſdictionem exercere dicitur, ſed quomodo intelligitur, num.51.*

51 Rouiti opinio: *vt Sindicatores ſint Iudices delegati, ſubſtinetur.*

Sindicatores poſſunt eorum exequi ſententiam facere.

52 *Sindicatores non poſſunt procedere ad ſententiam mortis, vel membri mutilationem contra ſindicandum; ſed qua in hoc ſit praxis.*

Pœna quadrupli datur contra officialem de pecunijs extortis.

53 *M.C.V. eſt Iudex competens contra officiales Baronum.*

Barones procedere an poſſint contra eos, qui officialem offendunt?

54 *Regia prouinciarum Audientia an poſſint cognoſcere, ſiue ſindicare officiales, remiſſiuè.*

55 *Officialis condemnatus à Sindicatoribus, quamuis ſupplicet ad M. C. non impedit ſententia executionem.*

Supplicatio non impedit ſententia curſum, ſed benè appellatio.

56 *Declaratur.*

57 *Appellatio non datur à ſententijs S. C. ſed reclamatio, qua non impedit ſententiam.*

58 Caſus nouus *proponitur cum duabus deciſionibus, num.61.*

59 *Terminus in materia ſindicatus currit de momento ad momentum.*

Querela in termino à iure præfixo ſi non porrigantur, ſindicandus debet liberari.

60 *Praſentata in ſcripturis quomodo hodie debeat fieri, & n.61.*

Forma à iure introducta ſi omittatur, vitiatur actus, & num.ſeq.

Paria ſunt aliquid non facere; quam non recte facere.

61 *Statutum prohibendo aliquid, vel diſponẽdo, vt fiat per verbum negatiuum, non dũ inducit pœnam, ſed etiam actus nullitatẽ.*

62 *Officialis laude ſi benè gubernauit, & ſi malè vituperio eſt dignus.*

63 *Officialis non accuſatus de crimine; poteſt etiam poſt obtentas liberatoriales literas proceſſari à quocunque, etiam per viam inquiſitionis.*

64 *Officialis an poſſit in eodem officio confirmari, ſine paritione ſindicatui de præteritis?*

65 *Officialis condemnatus in ſindicatu non poteſt amplius alia exercere officia.*

ARGVMENTVM

Officiales, tám Regis, quàm *Baronis*, qualitèr creari debeant; & quomodo ſindicari, tàm circa tempus, quàm circa locum, & perſonas.

DE ELECTIONE OFFICIALIVM, ET EORVM SINDICATV. CONCLVS. XIV.

CVnctæ Iuris vniuerſi ſanctiones ad ve-
rum confitendum, propter Reipublicæ
rectum regimen promulgatæ videntur;
cumque non ſufficiant legum diſpoſitio-
nes citra miniſtros, & gubernatores; prop-
terea officialium creatio à Romano tunc
introducta Populo, qui per Conſules, Tri-
bunos, Præfectos, & Prætores gubernaba-
tur; hodie, & ſignãter in Regno confirma-
ta, & approbata videtur, & diſtributione
conſiderata officiorum omnino cõſimilis
eſt illi Romanorum, quam hic demonſtra-
rem, ſi aliquid vtilitatis in ſe contineret;
attamen vt mihi de hoc credatur, adeas
1 *Franc. de Leonardis in ſua praxi officialium
in princ.* & hac de cauſa, vt rectè Reſpubli-
ca regeretur, *Imper. Iuſtin.* iuuenes eſt ad
2 ſtudij laborem hortatus in §. *fin. ad Proœ-
mium Inſtitutionum*, dicens. *Summo itaque
ope, & alacri ſtudio has noſtras leges accipi-
te, & voſmetipſos ſic eruditos oſtendite, vt
ſpes vos pulcherrima foueat, toto legitimo
opere perlecto, poſſe etiam Rempublicam in
partibus eius vobis credendis gubernari*, &
proinde cum non omnes litteris æquali-
ter proficiant, ij ſunt ſub onere iuſtitiam
miniſtrandi eligendi, in quibus maior cõ-
currit ſolertia, & quoniam ferè ſemper
3 circa hoc ordo controuerſus apparet, vo-
lui proinde non fruſtrà in præſenti con-
cluſione peragere de officialium electio-
ne, & eorum ſindicatu: cum eſſent duo
mala peſſima, inſipientem, & prauum eli-
gere hominem in gubernando: & poſtea
eum facere immunem, ne rationem admi-
niſtrati redderet.

4 Sunt itaque in gubernationem Reipu-
blicæ hi promouendi, in quibus eorum
virtutis merita concurrere videntur; & nõ
alij tanto honore indigni, nam iſta ſunt

in-

inſpicienda, & non facultates, ac forſan eligendotum nobilitates, *l. vt gradatim. 11.§.1.in fine,ff.de muner.& honor.l.2.§.poſt orizinem.ff.de orig.iuris,l.ſcire oportet 21.§. eum reliquis,ff de tutor. & enr. datis ab his,* & proinde electus officialis à Principe,in dubio meritorum cauſa debet dici creatus: vt dixit D.*de Affl.ſuper Conſt.Vt vniuerſis,n.7.de ſeruando indemnitatem Comitibu s,lib.1 fol.mihi* 144. *& Muſc.poſt ſuam praxim 2.p.de Doctoratus quiditate, & dignitate, nu.*25. quia poſtquam electi ſunt, dato quod ptoterui appareant:cum in dignitare conſtituti dicantur;ſi non promouentur propter eorum ſcelera: honorandi ſunt etiam ab ijs,à quibus auctoritatem receperunt, cum eligentium perſonas repręſentent, ita ſingulariter ſcripſit *Capibl. ſingul.*139.

5 Et proinde benè diſpoſuit *text. in cap. Regni Quod præd. officiales iuſtitiarij 276. Regina Ioa.*vbi de *Nigris ſub rubr. Quod officiales ſeruiant, &c.* & ſequitur *Prag.4. de Baron.*ne officia emanrur, nec vendantur, cum pecuniæ, & non merita concurrerent: & ad huius ſanctiſſimæ diſpoſitionis obſeruantiam præcepit *Carolus I.* Rex *in cap.Item recipiant. ſacramentum,de iuramento præſtando ab official.* corroborat *text.*de iure communi in *d. l. ſcire oportet, §.fin.& authent.Vt iudic.ſine quoquo ſuffragio,ſupra §.conſideranimus,* & ſcripſit *Paris de Puteo in tract.ſindicatus,verſ.iuramentū, n.1.fol.mihi* 158.in paruo volumine:& ratio eſt in prōptu, vt Reſpublica conſeruaretur, quoniam tunc Reipublicę ruinam eſſe dixit *Caietan. in ſua ſumma*, quando officia sūt venalia, vt officialis priuſquam regiminis poſſeſſionem ſuſcipiat, coram
6 decē teſtibus iuret,nil propinq.nec remotè impendiſſe pro officio obtinendo:quod mihi ab aula abuſiuè receſſiſſe videtur abſque formidine pœnę in prænotatis iuribus ſtatutæ,dum per hæc mea quinque luſtra ſemper obſeruaui officia venalia perpenſo non virtutis pondere, ſed oblatione attenta maiori: & ideo non mirum ſi ſcandala in diem oriātur: dum oportet, vt veniant propter iuris inobſeruantiam, & eius inobedientiam diſpoſitionibus, & contemptus naſcantur, iuxtà ſententiam *D.Gregorij lib.7.epiſt.*113.vbi ait, *quis veneretur quod venditur,aut quis non vile putat eſſe quod emitur?* ex eo quia tales officiales creati præ oculis iuſtitiā rectam nō habent, ſed intereſſe excogitantes inſpiciunt auri numerationem ad officium cōſequendum factam: vnde non poterunt Capitanei ad præſens dici à capite ciuitatis,vel oppidi,ſed à capiendo: dum quærūt non tondere, ſed deglubere Domini vaſſallos, & ſic peragendo nomine Iudicis,& Gubernatoris indigni dicuntur, cum in eis non ſit iuſtitia, *cap.1. 23.q.2. & c.forus 10.§.in omni quoque,de verb.ſignif.* & canes nuncupati merentur, vt per *Angel.de Malef.in rubr.de Inquiſitionibus, nu.8.fol. mihi* 438. ſiuè per *Bonifacium de Vitalinis* verius loquendo *in d.tract.de malef. eod.n.* citato,*rub.de Inquiſitionibus*: benè tamen verum eſt, quod multoties à *Deo* prauus
8 permittitur Iudex, propter populi peccata,vt minatur in *Sacra Scriptura* dicēs, *Dabo vobis Regem Iuuenem*, & probatur in *cap.1.2.q.7. c. ex merito 13. cauſa 6.q.1. & cap.audacter 18.*vbi legitur, *Non ſemper Principes populi, & Eccleſiæ Iudex per Dei arbitrium datur, ſed prout merita noſtra depoſcūt.Si mali ſunt actus noſtri,& operamur malignum in conſpectu Domini, dantur nobis Principes ſecundùm cor noſtrū,&c.* vnde tanto minus officia nō debent eſſe venalia:ne Domini flagellum vēdāt ſuis vaſallis: at bene inuigilare tenentur tanquam boni paſtores, & non quaſi vtiles mercenarij ſuper eorum gregis cuſtodia, ne opprimatur,*cap.ſancimus el penul.1.q.6. & l. ſancimus la finale,C.ad l. Iul.repetund.*& ſic doctos,&non ignaros,bonę vitæ,& non prauos,aut ambitioſos, vel argenti cupidos eligant,nam ſic conſulit *Prophet.pſal.* 25.dicens *Attendite ad eos, in quorum manibus iniquitates ſunt, & quorum dextera repleta eſt muneribus,*nam ſi aliter faciant, pro ſubditorum iniuria eius cauſa illaeam rationem reddere Deo tenentur: vt dixit *Par.de Puteo in d.tract. ſindicatus, in princ. operis,in verſ. ſindicatui, fol.3.* quoniam eſt impoſſibile,vt qui emit officia,iuſtè iudicet,ait etenim *D.Hierony. ſuper Matth. c.26.*ſic *Caipham Pontificatum ab Harode pretio redemiſſe, & ideo non eſt mirum,ſi nequam Pontifex iniquius iudicet.*

Quæ omnia ſint dicta in perſonas Baronum, & non Principis,cum,vt probatū eſt, ob virtutum merita electiones ab eo factæ,& non alia de cauſa cenſeantur.

10 Barones itaq; non dum debent ſupradicta ſeruare, ſed etiam in terris eorum officialem,non ad beneplacitum, ſed per annū creare, quia ſi eſt bonus,dato ſindicatu poterit confirmari,ſi malus per tanti temporis ſpatiū tolerari, *prag.5.de Baron.* vbi *Capibl.n.144.c.Regni Electionē 173.de Iudic.perpetuis, Franc.Marc. deciſ.19. & Boer.deciſ.146.* nam videmus,quod Regij Auditores ꝓuīciarū,& Iudices Mag.Cur. Vic.relictis Conſiliarijs Illuſtribus,S.R.C. Præſid.Reg.Cameræ Summariæ,ac Rēgētibus Regiam Cancellariam, non creātur

à Re-

à Rege, niſi per bieunium, *pragm. 1. num. 1.*
de offic. Iudic. & aliorum offic. pragm. 3. in
princip. de offic. Iuſtitiarij, vide *Capibl. vbi*
ſupra, nu. 154. Amend. ad D. de Franch. dec.
409. & latè *Capyc. dec. 121. nu. 5.*

Qui quidèm anni circulus non dum
de Iure Regni præfixus inſpicitur officia-
libus, verum etiam & de iure communi,
vt in *l. neminem* 4. vbi *Bart. C. de ſuſcepto-*
ribus, præpoſitis, & arcarijs, lib. 10. & per
11 alia inra notauit *Boer. ead. dec. 149. nu. 4.*
ac adde *Luc. de Pen. in d. cap. Regni Electio-*
nem, in fine, vnde deſumitur, quod capta
poſſeſſione infra annum, non poſſunt de-
ſiſtere, nec remoueri ab officio: quod de-
gunt, ſi legitimè illud exerceant, *de Frãch.*
decis. 409. nu. 2. & ampliatur etiam in no-
uo terræ conductore feudali, dum iſte non
poteſt Capitaneos priuare gubernatio-
ne, anno non decurſo, ſecundùm eundem
de Franch. deciſ. 216. ac *dicta dec. 409. nu. 2.*
D *& ſeq. & Capibl. vbi ſupra, n.* 109. deciſum
ſic refert.

Et non dum tempus vnius anni eſt Ca-
pitaneis arctatum in Oppidis Baronum
12 gubernando, verùm etiã & in eorũ Actua-
rijs, qui debent eſſe annales, ex firmatis
per *Annam ſing. 369. Amend. ad deciſ. de*
Franch. 409. vbi etiam *Ricc. Capibl. ſupra*
citatum *num.* 58. *& gloſ. in Conſtitutione*
Regni Occupatis, ver. anni circulo. Vt nul-
lus officialis cogat aliquem, & in *c. Electio-*
nem Car. II. Regis de Iud. perpetuis, &c.

13 Officiale itaq; creato aliquo, ita ſe
oportet gerere, vt cunctis ædificationis
appareat ſydus; nã debet ſuper õnibus ti-
mere Deum, & mundas habere manus,
cap. penult. 1. quaſt. 6. & l. fin. C. ad l. Iul.
repetund. cap. Regina Ioan. Vt ſtatus 273.
ſub rubr. de offic. ordin. & Conſtit. Cum cir-
ca, de ordinandis Iudic. ac firmat *Paris de*
ſindic. cap. 1. in fine, de officio ſindicatorum.

14 Vnde non poſſunt nec minus munera
accipere, præter eſculenta boni Iudices,
ſicut eis permiſſum eſt, vt in *c. Regni Hac*
edictali, Vt nullus officialis recipiat mune-
ra, pragm. 5. quæ incipit *Suſcepti à Deo,*
ſub rubr. de actuar. & aduertit *gloſ. in*
Conſtitutione Legator autem, de pœna illorũ,
qui Iudices corrump. num. 50. col. 2. fol. 206.
quia impediunt iuſtitię curſum, iuxtà ver-
ſus recitatos per *D. de Afflict. ſuper Conſt.*
Apud Iuſtitiarios, Vt Iuſtitiarij, & vniuerſi,
&c. num. 4.

Munera (crede mihi) placant, hominesq;
Deosq;
Placatur donis Iupiter ipſe datis.

Et ſic eſt diſpoſitum etiam circa Commiſ-
ſarios Apoſtolicos, qui ꝓ ſpolio Presby-
terorum expediuntur, vt non poſſint ac-
cipere eſculenta, vel poculenta, niſi tri-
duo conſumantur, vt pluries ego notaui
in eorum patentis expeditis, vbi expreſsè
hoc præcipitur.

15 At priuſquam officij poſſeſſionem Ca-
pitanei adipiſcantur, coram decem homi-
nibus tempore ingreſſus eorum tenentur
iurare de benè, & fidelitèr iuſtitiam mi-
niſtrando, ſecundùm *gloſſ. in cap. Caroli I.*
Regis Item quod iuſtitiarij, col. 2. num. 10.
Matth. de Afflict. in Conſtit. Bajuli locorum,
n. 1. lib. 1. f. mihi 181. *à terg.* ac nonnulla alia
obſeruare, quæ notantur in *c. Regni Item*
recipiant, collocato inter *Regias* Cõſtitutio-
nes, nam alias officia exercere nõ valebũt,
vt *in* §. 1. præcitati *capituli* notatur, & ſi
prius alia exercuerit officia, debet libera-
toriales litteras demonſtrare; nam alias nõ
ſunt recipiendi, prout eſt *Ritus M.* C. 295.
vbi *Caran. n. 8. Bar. in dicta l. neminem, C. de*
ſuſceptor. lib. 10. et in l. reſcripto, §. debitores,
ff. de mun. & bonor. Luc. de Pen. in c. Regni
Electionem, n. 8. de Iudicibus perpetuis non
ſtatuendis, & Anna alleg. 143. n. 2. Et ſic
etiam poterit eis poſſeſſio denegari, niſi
dederint fideiuſſores de parendo ſindica-
tui finito officio, vt ſunt obligati, *Prag.*
caueãt 42. in ordine de officio Procur. Cæſar.
& aduertit *Par. de Puteo in eod. tract. de ſin-*
dic. ver. fideiuſſor, Iul. Clar. §. *fin. quæſt.* 35.
Et ſi eueniat, quod æquitate Sindici, &
16 aliorum de Regimine Vniuerſitatis non
præſtiterit talem cautionem, & malè ſe
gerat in exercitatione officij, praxis eſt,
vt procurent ciues expediri prouiſiones à
M. C. V. dum ipſa tantum de officialibus
cognoſcit, per *deciſ. Domini de Franch.* D
407. directas dicto Capitaneo, vel vt det
fideiuſſorem idoneum de ſtando ſindica-
tui, vel vt ab officio deſiſtat, nam ſic dato
fideiuſſore, mitius res ſuas agebit, & ego
ſic obſeruaui anno 1637. contra quendã
officialem in patria mea, argumento eo-
rum, quæ dixit *Præſ. de Franch. deciſ.* 409.
ſuperiùs citata.

17 Inſuper ingreſſus tempore Sacramen-
tum præſtare tenentur, omnes leges ſerua-
re, & ſignantèr municipales, capitula, con-
ſtitutiones, ſtilum, & conſuetudinem
Regionis, ſiuè Oppidi illius, in quo officia
exercẽt, contrafaciendo etenim acta non
valent, ſed nulla cenſentur; tanquam ab
incõpetenti facta, per *text. & gloſ. in l. di-*
ligentèr 5. ff. mandati, in l. ſi itaq; 19. ff. de in-
reiur. l. 1. C. ſi à non compet. Iudice, l. fin. C.
de edicto D. Hadriani toll. & gl. in Conſtit.
Culpã, n. 20. col. 2. f. 113. de ſeruientibus, &c.
quia Iudex iure cõmuni deficiente, ſaltim
debet iudicare, vt ſuum rectum ſit iudiciũ
ſecundùm conſuetudinem approbatam,
l. de

l.de quibus 32.*ff.de leg.*& hodie indifferentèr omnes officiales de loci conſuetudinē obſeruando iurant,nam diuerſæ in dinerſis Oppidis ſunt,& eſt anreus in hoc *text. in c.1.de iureiur.in 6.*

18 De actibus verò,per quos officij poſſeſſio capitur nil dico,cum appouantur per *Boer.deciſ.*150.

19 Sed dum hodie fere omnes Capitanei habēt merū,& mixtum imperium,vt dixit *Maranta 4.p.ſui ſpeculi,n.66.fol.*113.& tacit *lex* 1.vbi *gloſ.ver.tribuūtur, ff.de officio. eius,cui mand.eſt iuriſd.in fine*,& merū imperiū nihil aliud eſt,quam gladij poteſtas, concernens ſanguinis pœuā,*l.illicitas 6.§. vniuerſas*,vbi *gloſ.ver.ius gladij,ff.de officio preſ. l.imperiū 3.ff.de iuriſd.omn.iud.l.nemo. poteſt* 11.vbi *gl.ff.de regul.iur.Ang.in l.1.§. ſolent,ff.quando appellandum ſit,Io.Andr.in addit.ad Specul.in tit.de iur.omn.indic.* an clerici,vel aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ poſſint eſſe officiales in terris ſecularium? &

20 ex duabus rarionibus officiales eſſe prohibeutur. Prima,quia cum apponenda quandoquè veniat ſanguinis pœua in delictis. ipſis ſanguinem ſitire non licet, dū irregularitatem incurrerent,vt deſumitur ex *cap. ſuſcepimus* 10.*de homicidio*. Secunda,quoniam ſi limites exceſſerint pro adminiſtratione, in ſindicatu poſtea non poſſent puniri à Iudicibus ſecularibus,declinatoriam fori exceptionem opponendo, quæ nō debet denegari,vt in iſtis terminis demonſtrat *Carraba de ſindicatu part.1.à num.* 105. *vſq; ad* 117. & in facto euenit rempore, quo erar Vicerex in præſēti Regno Excellentiſsimus Dux de Alcalà , dum quidā nobilis de Capuano Sedili fuit officialis crearus , cum ſecularis reputaretur , qui poſtea in ſindicaru,ne vexaretur,clericū ſe eſſe dixit, & iam obtinuit ſecundùm eius intentiouem, prout

D refert *Præſ.de Franch.dec.*479. & tandem clericos non poſſe officiales extare in terris Baronum,diſpoſuit *Conſtitut. Regni Imper.Feder. Vt Clerici,vel Iudices*,& cōfirmauit *pragm.1. de Eccleſiaſticis perſonis*, vbi *Reg.Rouit.* qui ampliat,vt nec etiam à perſonis Eccleſiaſticis clerici poſſint in eorum terris eligi gubernatores,& forſan ex prima cauſa rationis adducta propter indecentiam ordinis,qui ſanguine maculatur, & irregularitatem incurrit,in Gallia verò cum abuſiuè poſſint clerici à ſecularibus puniri, vt ait *Clar.pract.crimin. quæſt.36.num.21*, valemus etiam dicere quod poſſunt per Barones ibi gubernatores in illorum caſtris creari , quoniam ceſſat formido declinatoriæ exceptionis, ad quæ melius vide *Par. ver.Clericus officialis,per tot.fol.mihi* 101.*à terg.& Capibl. in ead.pragm.5.num.* 119.

21 Nec obſtat dicere, quod nonnulli Cardinales fuerunt in hoc Regno per Catholicam Maieſtatem electi in officio Proregis, quia in his diſpenſatur à Papa,cum tractetur de magna gubernatione ſacratorum Principum, quod non procedit in Barouibus, *gloſſ. in l.vnica,verſ.iudicaturus,ff.de officio Præfecti Prętorio.*

22. Capta igitur poſſeſſione, & deinde cōpleto officio,ſicut exportatis ad artificem metallis ipſe experitur , quæ auri,& quæ plumbi ſint, cum eius lapide,ita ſi bona, vel praua fuit operatus officialis , debet videri per ſuum ſuperiorem ſuper iuſtitiæ lapide per querelas ciuium , quia tempore, quo gubernat, non dignoſcitur,ſi vir probus ſit, vel non, tum quia non permittitur moleſtari, tum etiam quod grauati non poſſunt conqueri, cum adhuc præſideat cum gladij poteſtate. Vnde ſindicatus eius propterea fuit introductus,qui de omni iure ſtatutus videtur.

23 Primò de iure Diuino; vt *Eccleſ.c.29. 1.Regum,cap.12.apud Luc.17. & Matth.15.* dixit *Par. de Puteo in princ. oper. de ſindicatu,ver.ſindicatui,nu.4. fol.mihi* 3. & nouiſſimè *Reg.Rou.in prag.1. de ſindic.nu.61.* contra *Capibl.in ſupra* citata *pragm.5. de Baron. num.*186.

24 Secūdò eſt de iure ciuili,*l.conſiliarios 3. C.de aſſeſſor.l.1.C.vt omnes iudic. & §.neceſſitatem,Auth. Vt ſine quoquo ſuffragio.*

25 Tertiò de iure Regni, vt in *Conſtitutione Volumus Imper. Feder. ſub Rub. Vt nullus officialis cogat aliquem, cap.Item ſtatuimus, Rub. Pro quanto tempore remanebunt officiales,&c.prag.1.* (vltra *Ritum M.C.V.* 211.)*§.6. de officio Iudicum, & aliorum officialium,pragm.3. de officio Iuſtitiarij , & pragm.1. de ſind. officialium, de Afflict.in Conſtitut.Regni Occupatis,num.9. fol.mihi* 222.*& Ricc.ad deciſ.de Franch.*409.

26 Quartò, & tandem de iure municipali, vt videmus in Ciuitate Neap.in *cap.Regis Federici* 16. *in ordine* inter alia ipſius *Ciuitatis*,licet in *pragm.2. de ſindicatu* apponatur 66. & dictū capitulū fuit cōfirmatū per felicisſim. mem.*Carolū V.Imperatorē*, vt in *d. prag.2.* & ſic similirèr non omittā dicere de patria mea , dum inter cæteras gratias ei cōceſſas ab Excellentiſsimo D. Fabririo Ieſualdo Compſano Comite iſta eſt, vt officialis creari debeat per annum, & eo elapſo,vt pareat ſindicatui, ibi *Item ſupplica V. E.detta Vniuerſità, che ogn'anno l'habbia da mutare vfficiale, e quello in fine anni à ſtare à ſindicato.* Placet Domino Comiti, q fiat , vt petitur p d. Vniuerſitatē.

27 Qui

Digitized by Google

27 Qui quidem ſindieatus dupliciter de-
ſeribitur per *Paridem*, & ſic in *d. verſ. ſin-
dicatui,num.* 2.vt ſit experimentum totius
iuſtitiæ;& in *ver. dicitur,in princ. fol.mibi*
30.ait,ſiudicatum eſſe ſermonem de ſin-
gulorum quærelis,quibus iunctis deſerip-
tionibus,meo quidem iudicio, vna,& bo-
na poterit formari definitio, nẽpe, vt ſin-
dicatus ſit experientia totius iuſtitiæ per
ſingulorum quærelas. Dieitur experien-
tia;ex eo quia experiri non poſſumus quẽ
doctum,vel indoctum, bonnm, vel malũ:
niſi conſtituatur in officio,quoniam tunc
eum opera ſecuntur, & talis exiſtimatur,
qualem ſe demonſtrauit. Dicitur per quę-
relas ſingulorum, nam ſicut aurum mal-
leis magis ſolidum, purũque deuenit:ſic
officialis magis clarus, & illuſtris fit per
quærelas inſidiosè porrectas, poſt earum
diſcuſſionem, ex eo quia rectam iuſtitiam
miniſtrando quis hodie (ſi forſan iſte re-
periatur) prauus reputatur ex antiqua
regula, *veritas odium parit*, & ſic inſidiari
ei videntur, contra quos iuſtitiam adim-
28 pleuit: quia de per ſe ſeuera eſt, *Par. de
ſind.verſ.ſequitur de Regnm,&c. n.9.fol.*5.

Eſt igitur videre circa hoc de tribus,
dum Officiales rationẽ reddere tenentur,
ſcilieet quomodo ſiut ſindicãdi, quo loco,
& à quibus puniendi.

De modo enim,quo ſindicandi ſunt of-
ficiales,dicas:quòd quærelę aduerſus eum
ſunt præſentandæ Sindicatoribus electis
infra 20. dies regulariter;& infra alios 20.
illę proſequendæ,cum tantum quatragin-
29 ta dies dentur pro ſindicatu eorũ, *l.*3.C.*de
Aſſeſſoribus,l.vnica,§.neceſſitatem*, C.*vt om-
nes Indices*,alias adducta *Conſtitutione Re-
gni Volnmus,vt nullus Officialis, &c.* vbi
de Aſflict.nnm.3.cap. alias etiam adducto
*Item ſtatuimus,ſub rub. Pro quãto tempore,
Pragm.1.per tot.de offic.Iudicnm,Pragm.3.
de officio Iuſtitiarij,& Pragm.1. cnm ſeq.de
ſindic.officialium, Par.eod.tract.ſindica.ver-
officialis,in princ.ver.eſt videndum,per tot.
& ver. & modò videndum eſt*, & dixi re-
gulariter dari quadraginta dierũ ſpatiũ,
cum minuantur pro rata temporis, quo
quis officium exercuerit, & augeantur ſi
exceſſit annum expectandi cauſa ſucceſſo-
rẽ, vt probatur in *d.cap.Item ſtatuimns*, vbi
*Campagna nnm.65. Par. de ſindic. verſ.&
modo videudum eſt. ſub num.* 2. quem
adeas circa quendam abuſum, qui hodie
ſimiliter per Barones obſeruatur circa
officialium creationem vltra annum.

30 Nec obſtabit dicere; quod in allegatis
iuribus communibus, & *Conſtitutione Re-
gia* videtur, non 40. ſed quinquaginta
dierum terminus ad ſindicatum officialis
præfixus, etenim loquitur ibi de officiali-
bus maioribus, & Regijs, & non de Capi-
taneis: & *dicta Conſtitutio* ius antiquum
circa illos etiam confirmauit, vt ibi legi-
tur, *Volumus, & præſentis legis edicto ſan-
cimus,vt iuxta formam iuris antiqui poſt fi-
nitum officinm Iuſtitiarij, & Camerarij de-
gradati cũ officialibus ſuis per quinquaginta
dies apnd ſucceſſores continuè commorentur*,
& quod hoc ſit verum, quamuis per *cap.
Regni* adductum, & citatas *pragmaticas*
dierum 40. appareat terminus datus ad
ſindicandum, intelligitur de officialibus
Baronum, vel Regiarum terrarum annu-
libus,& videtur etiã è conuerſo in *pragm.*
adducta 3. *de officio Iuſtiriarij*;quod Regij
Prouinciarum Auditores; qui maiores
ſunt præuominatis per tempus dierum
quinquaginta ſindieatui parent coràm
Cõmiſſario eis à Prorege deſtinato, *prag.
6. de ſindic.offic.* de quibus ſcripſit Regens
*Rouit.ſup.pragm.1.eiuſdem tituli,nu.*50.

Et licèt omnes officiales ſindicatui re-
31 gulariter obtemperare teneantur, imò
& etiam Actuarij, Locatenentes, Camer-
linghi, Prothomedici, &c. vt in *pragm.3.
& 5.de ſindicatn.Foll.in ſragm.poſt prac.cri-
min.rubr.vt omnes officiales,nu.30.Muſcat.
lib.1.par.5.gloſſ.ſuſpectum,nn.7.& Capibl.
vbi ſup.num.* 184. & idem diſpoſitum eſt
de Regentibus, & Iudicibus M. C. *prag.
de ſindicatu*, ad quæ vide *Camp. in dict. cap.
Item ſtatuimus, nu.63.* per *text. in l.1.§.ge-
neraliter,ff.de leg.praſt.* intelligens de om-
nibus, & quibuſcũq; officialibus, tã maio-
32 ribus, quã minoribus, vt teneantur ſtare
ſindicatui dũmodò in eorũ literis, vel cõ-
miſſionibus, vel per conſuetudinẽ contra-
riũ non appareat diſpoſitum, ex *D.de Af-
flict.in Conſtitutione Minoribns,in fine,fol.
mibi 149.& Capib.* ſupra citato *nnm.*183.
quod ſi poſſit procedere rectè, tuum ſit iu-
dieium; dum firmauimus, etiam de iure
Diuino ſindieatum eſſe, cum aliud me
vtilius tractare iſta materia ſuadeat, quam
ad præſens de hoc diſputare; nullatenus
videntur mihi vera nuper propoſita circa
Regios Conſiliarios S. R. C. Præſidentes
Regiæ Cam. & Regentes à latere, qui per-
petuam habent iuriſdictionẽ, ſiue digni-
tatem, & vnquam ſindieatui parent: &
ignoro, ex quo capite, vel quia conſuetu-
do ſic permittat, vel quia in literis eorũ
ſic contineatur; ſed neutrum eſſe benè pu-
to, cum iſti tales maiores officiales etiam
ſindicentur, ſed diuerſo modo, habito reſ-
pectu ad eorum creationem: dum tantum
à Rege eliguntur, & proinde maioris au-
33 ctoritatis ſunt: quia mittitur ſingulis tri-
bus annis ab Hiſpania per Cæſaream Ma-

ieſtatem Viſitator, prout fuit expeditus
tempore Ducis Excellentiſsimi de Alba,
in Regno noſtro Proregis D. Franciſcus
Antonius Alarcon Conſiliarius in Caſtel-
læ Conſilio, de quo fit mentio in *prag.3.*
de off. Baiuli, in princ. qui viſitauit tàm Sac.
Conſilij Conſiliarios: quam Præſidentes
Regiæ Cameræ Sũmariæ, & Regios Col-
laterales Regentes, & cum eos inueniſſet
ex omni parte laudabiles, & iuſtificos, ſuũ
iter Hiſpaniam verſus redirigẽdo, retulit
quæ ipſe vidit, quia talis Viſitator aliam
non habet poteſtatem, niſi inquirendi,
& ſuper inquiſitis relationem faciendi;
nam priuatio ab officio, ſeu dignitate
contra inuentos culpatos ad Regem tan-
tum ſpectat, & ad hoc vide *Par. ver. viſo*
de modo, fol. mihi 35. *atergo.*

Si igitur infra dictos viginti dies datos
ad porrigendum quærelas, libelli aduer-
ſus officiales non fuerint præſentati, con-
cludimus ex adductis hic, non poſſe am-
plius audiri ciues in eorum inſtantijs, &
poſitionibus, vt inferius.

De loco eſt dicere, Capitaneos, & cæte-
34 ros iuſtitiæ miniſtros ſindicãdos fore, vbi
ius adminiſtrarũt, vt in *d. c. Itẽ ſtatuimus,* &
in ſupra allegatis *Prag.1. §.2. & prag.2. de*
offic. Iud. §.4. ac in prag.1. pluries adducta
de sind. nec non multa ad hoc etiam de
iure communi congerit *de Affli.* in alias
citata *Conſtit. Volumus,* à quo loco diſce-
dere non poſſe, niſi prius ſteterint ſindi-
catui, dixit *Foll. 5. part. principali ſuæ pra-*
xis crim. num. 2. fol. 345. ita nec minus re-
cedere, ſi ſindicatui pareant, & ſi quærelæ
35 ſint aduerſus eos præſentatæ, vſque dum
diſcuſſæ non fuerint, dato, quod ſint à
Principe vocati, docuit *Reg. Rouit. in dict.*
prag.1. de ſindic. num. 64. Quod intellige
quando eſt accuſatus de crimine, pro quo
veniret imponenda pœna corporis affli-
ctiua: nam alias poteſt recedere, ſubſti-
tuendo tamen procuratorem, vt eius par-
te aſſiſtat in ſindicatu, & ad Principem
proficiſci, ſecundùm *Scribentes in d. capit.*
Item ſtatuimus, num. 45. 46. & 47. fol. 145.
Matth. de Affl. in Conſtitutione Occupatis,
num. 11. fol. 222. aterg. qui non mentitur
atteſtando *ibi Bar. de Cap.* & ſequitur *Par.*
de Sind. in ver. procurator, col. 2. & per tot.

Hodie verò obſeruatur: quod quando
quis veretur de grauaminibus forſan fa-
ciendis per ſindicatores loci illius, vbi
iuſtitiam miniſtrauit, quaſi perhorreſcens
illorum ciuium in proprio municipio po-
tentiam, comparet in M.C.V. Iudice con-
petenti ſindicatus capitaneorum, & ibi
offert ſindicatui parere, & in effectu in d.
M.C. ſindicatur, *de Franch. deciſ. 407.*

Sed poſito, Capitaneũ non poſſe duran-
36 te officio conueniri, per *text. in l. nec ma-*
giſtratibus 32. ff. de iniurijs, vbi *gloſſ. in fine,*
ver. abeat. l. græca pars litterarum 48. ff. de
Iudicijs, Bart. in l. 2. ff. ad l. Iul. repet. Cyn. in
l. ſi præſes, C. de Epiſc. Audient. Carau. ſuper
ritu 68. num. 7. latiſſimè *Par. de ſind. ver.*
Officialis durãte, per tot. fol. 120. & Amend.
ad D. de Franch. deciſ. 407. licèt hoc non
intelligatur de grauibus delictis, debet
etiam de illis conueniri officio duran-
te, per *text. in l. 3. C. de offic. Præfect.*
Prætor. Orient. l. iubemus 6. C. ad l. Iuliam
Maieſt. de Ponte deciſ. 25. Capyc. deciſ. 12. &
quæ ſint iſta delicta grauia, connumerat
Paris de Puteo in ver. adulterium, Maſtr.
de Magiſtr. lib. 6. c. 5. & Clar. §. fin. q. 16. n. 6
qui barrattariã de enormibus eſſe ponit.
Si anno gubernationis elapſo ſindicatui
ſtare recuſauerit, quid erit agẽdum? & di-
37 cã, ꝙ ſi in ingreſſu fuerit datus fideiuſſor,
ipſe tenetur, & compellitur, ſi principalis
diſcedat à loco officij, vt omiſſo auctori-
tatum cumulo probatur *in auth. præſente,*
§. abſente autem reo, poſt *l. 3.* collocata, *C. de*
fideiuſſoribus, præſens tamen ſi extiterit
ipſe principalis officialis; non debet mo-
leſtari interceſſor, ſecundùm præcitatam
auth. quod ſecus prius erat legum diſpoſi-
tio, priuſquam à iure Authent. corrige-
retur, ſed de hac materia vide ex profeſſo
Mant. de tacit. & ambig. conu. tomo 2. lib. 16.
per omnes titulos, & ſignanter *tit. 17.* Sed
adſtringi, & cõpelli per Regias prouiſio-
nes à Iudice, & ſuperiori legitimo, qui eſt
M.C.V. vt inferius dicemus, per *text. in l.*
1. §. ipſe autem, C. Vt omnes Iudices, & An-
ton. de Nigris in d. cap. Item ſtatuimus, nu.
68. & ad hoc Barones debent inuigilare,
38 cum ad eos ſpectet: vt eorum officiales
ſindicatui obtemperent, per *pragm. 5. de*
Baron. vt relictis alijs ſic diligentèr obſer-
uari curat meritiſſimus meus Dominus
colendiſſimus Princeps Venuſinus Ni-
colaus Ludouiſius: quia cum bona officia-
lis non ſint pro mala eius adminiſtratione
39 obligata; ſicut bona tutoris, vel curatoris
ꝓ eorũ adminiſtratione, ex *l. pro officio 20.*
vbi *gloſſ. Bal. & Salyc. C. de adminiſtr. tut.*
eſt proinde cogenda perſona, & ipſa aſſe-
curanda, vt rationem reddat: vt ante nota-
uit *d. de Nigris,* vbi *ſupra, num. 15. & Addẽ-*
40 *tes ibid. num. 50.* ſed benè tamen vltima
tertiaria ſalarij de prouentibus ſuſpendi-
tur, ne ſoluatur ei, niſi dato ſindicatu; ad
hoc vt dari poſſit quærelantibus, ſi fa-
uorabilem obtinent ſententiam iuxta
eorum petita, vt in *d. pragm. 1. de ſindic.* &
ſi nõ ſufficeret dicta tertiaria, de alijs ſuis
rebus tenetur, quod limitatur ex inopia,
&

Digitized by Google

& in iſto caſu nec minus poterit de per-
ſona moleſtari, & ſic in corpore pro pœ-
na pecuniaria: ſecus de alia ſi veniret pu-
niendus, vt dixit *Petr. Foll. 5. par. principa-
li ſui ſpeculi, ſiuè praxis crim. num. 7. fol. mi-
hi* 345. & *Reg. Rouit. ſuper d. prag. 1. de ſind.
num.* 51. licèt videatur contra *text. in l. 1. ff.
de pœn.* & an ſint iſta de obſeruantia de iu-
re, vel de æquitate, adeas *Clar. §. fin. quæſt.*
95. *num.* 3.

Vnde reducti ſub onere ſindicatus: ra-
tionem reddere tenentur de omnibus his,
quæ *Matth. de Afflict.* docet in *d. Conſtitut.
Volumus, num.* 12. ac imò de malè forſan
41 geſtis in officio Capitaneatus ad guerrã:
quando tamen fuerit conceſſum cum re-
gimine iuſtitiæ, licèt in diuerſis literis, vt
notatur in *pragm. 7. de ſind. off.* & ſi fuerit
Officialis idiota, vt relicto Regente M.C.
V. videmus in Ciuitate Salerni, qui *Strati-
cò*, vulgo dicitur, qui ſemper idiota crea-
tur cum ſuo aſſeſſore, & in omnibus hodie
fere huius Regni ciuitatibus, & terris; dũ-
modo non retineant priuilegium in con-
trariũ, quod officiales ſint ſemper Docto-
res, vt in diuerſis ego Oppidis obſeruaui:
non dum ipſe, ſed etiam ſuus aſſeſſor eſt
ſindicandus; vnde ſi omnia cum eius con-
ſilio perfecit; ad nihil idiota tenetur, *dicta
pragm. 1. de ſindic.* & eſt optimus *text.* de
iure communi *in l. 2. ff. quod quiſque iuris*,
vbi *Bart.* & optimè docet *Capibl. de Baron.*
42 *tomo 2. quæſt.* 17. Qui quidem ſindicandi
vti ſimplices perſonę reputantur, ita quod
nec minus poſſunt arma portare, ſecundũ
*D. de Affl. in Conſtitutione Intentionis no-
ſtræ* latiſſimè, *num. 18. de illicita exportatio-
ne armorum*, & ad aliud officium promo-
ueri non poterunt, *l. neminem 4. C. de ſu-
ſcep. & Præp. lib. 10. l. ordinariorum 7. & l.
ſolita 3. C. de cohortal. lib.* 12. vbi *gloſſ.* exẽ-
plificat, ſindicatum poſt officium, ad di-
geſtionem poſt commeſtionem, & eam
imitatur, *Par. eod. tract. de ſindic. ver. euidẽ-
tia, num.* 3.

Benè tamen verum eſt, quod ſi offende-
rentur, offenſor punitur, ac ſi eſſent ij veri
43 Officiales, per *Cataldinum de Sind. n.* 185.
quæſt. 291. & de pœna adeas *Carrab.* etiã *de
de ſind. par. 1. num 156. & 157.* & ratio de-
ſumitur *à num. præcedent.* 133. vbi ait, quod
debetur eis illa reuerentia; cum ſindicen-
tur, ac ſi eſſent in officio: *Amend. ad D. de
Franch. deciſ.* 403.

De Iudicibus tandem competentibus
44 Officialis ſindicandi, ſcias; quod ſunt ſuc-
ceſſores, vt in *d. Conſtitut. Volumus, & in d.
cap. Item ſtatuimus, quod tam Iuſtitiarij*, in
quibus iuribus apertè hoc legitur; nulla-
tenus hoc hodie non procedere docue-
runt *de Afflict. & de Nigris* in præcitatis
iuribus, iſte *num. 71. ſuper cap. Statuimus*, &
ille ſuper *Conſtit. Volumus, ſub nu.* 2. ſequi-
tur *Carauit. in ritu 195. num. 16. Carraba de
ſindic. par. 1. num.* 33. & ſic etiam deciſum
refert *Reg. Rou. ſup. pragm. 1. de ſindicatu, à
num. 13. vſque ad* 22. quod intellige abſo-
lute, & de per ſe; vt nouus, ſiue Officialis
ſucceſſor, non poſſit interuenire in ſin-
dicatu prædeceſſoris; ſecus autem ſi eliga-
tur forſan ꝓ ſindicatore per Sindicum, &
Electos Vniuerſitatis, tunc etenim non
procedit dicta deciſio; dum tanquam eſ-
ſet perſona priuata, procedit per electio-
nem ad ſindicatum; & ego vidi obſeruatũ
pluries in nonnullis terris, & eſt doctri-
na Regij Conſiliarij *Iacobi Anelli de Bottis
in d. cap. Item ſtatuimus, ver. ſucceſſoribus,
col. 1. in princ. fol.* 341.
45 Ita, & nec etiam Barones ſuorum offi-
cialium in eorum ſindicatu Iudices com-
petentes poſſunt dici, per *Capibl. d. pragm.*
5. *num. 60. & 61. & Præſ. de Franch. deciſ.*
407. at hoc pro vero procedit, quãdo oc-
caſione, & authoritate officij delinquunt
ſecus vero ſi alio modo extra guberna-
tionis limites, nam tunc poſſunt per Ba-
rones puniri, *Reg. Rou. ſub rub. de Officiali-
bus, Capyc. deciſ.* 27. & ſic deciſum teſtatur D.
idem *de Franch. deciſ. 274. à num. 7. & dec.*
505. *in fine*, & diſcriminis ratio eſt; nam
tunc ſi voluerit, ſcilicet cum aliqua honę-
ſta muliere rem habere: non vti Capita-
neus, ſed vti priuatus quis ſcelera com-
mittere videtur, quapropter cùm Barones
à Rege in inueſtitura habeant feudorum
omnimodam vtriuſque Imperij poteſta-
tem, de delictis ſic ab officiale tanquam
à priuato commiſſis cognoſcere non pro-
hibentur, *Capibl. vbi ſupra, num.* 64. & adde
Amend. ad deciſ. D. de Franch. ſuperius ci-
tatam 407.
46 Difficultas hic tamen eſt, à quo Barone
nempe Officialis iſto modo ſi delinquat
puniendus ſit, ab illo loci, vbi eſt delictum
patratum, vel ab illo originis capitanei
delinquentis, & cum hanc quæſtionem
terminet *Capib. vbi ſupra, num.* 61. ipſe eſt
videndus, cui adde *Præſ. de Franch. deciſ.*
505. *num. 11. & Reg. Rou.* qui ait, præuen-
tionem in hoc attendi, *ſup. pragmat. 1. vbi
de delicto quis conueniri debeat, num. 29. &*
30. & *Ego* latiſſimè dixi in *rubr. de iuriſd.
inu. non tueb. à num. 8. vſque ad* 11.
47 Nihlominùs tunc vera ego ſupradicta
procedere exiſtimo, quando eſt facta re-
latio Regijs Superioribus: quod delictum
fuit commiſſum, non ex ratione poteſta-
tis; ſed cauſa priuata, vt diximus, & proin-
de virtute priuilegiorum ipſe Baro petit

ei remitti erroris commiſſi punitionem: quod quidem eſt memoria dignum, cum aduertat hoc *D. de Franch. deciſ.274. per tot.& deciſ.326.in fine.*

Sunt itaque Iudices competentes offi-
48 cialium ſindicandorum illi, qui ab Vniuerſitate eliguntur pro ſindicatoribus, & iſti ſi Doctores non ſunt, cum voto Iuriſperiti viciniotis Oppidi poſſunt cognoſcere contra Capitaneum ſindicandum, vt in *prag.* pluries citata 1. *de Sindic. offic. & prag.5.de Baron. merum, & mixtum imperium habent. §. neceſſitate, auth. vt Iudic. ſine quoquo ſuffragio, l.1.C. vt omnes iudic. & Rouit. in d. prag.1. num.10. Par. de ſind. ver. An Sindicatores debeant habere ſalar. nu.2. fol.263. ater.* & tàm de ciuilibus : quàm de criminalibus, vt firmat *Campag. in d. cap. Item ſtatuimus.*

Nullatenus licèt conueniant præcitati
49 *Rouit. & Camp.* nuper relati quoad auctoritatem ſindicatorum, diſconueniunt tamē circa modum. Ait etenim *Rou.* quod habent merum, & mixtum imperium vti delegati particulariter, nè delicta officialium in gubernatione commiſſa reſtarent impunita, *l. ſi ita vulneratus 52. ff. ad l. Aquil. cap. quòad conſultationem 15. de re iud.* & concurrunt *Carraba eod. ſuo tract. de ſind. par.1. num.133. fol.36. & Gallup. in pract. S. R.C. par.1. cap.1. nu.15. Camp.* verò inquit, quòd tale retinēt imperium, tanquam Iudices ordinarij, & cum eo concurrere videtur *Carauit. ſup. Ritu 295. nu.23. & 24. & Par. d. verſ. An ſindicatores debeant habere ſalarium. n.1. in fine.*

Quoniam ſunt *DD.* concordandi: poſſumus in hac altercatione dicere; vt procedant dicta *Camp.* de iure communi, prout videbatur aſſerere *Marcell. Bon. in ſuis commentarijs*, qui fuit reprobatus per *Rou. vbi ſupra*, & ipſe *Regens* forſan de Iure Regni loquitur. Poſſunt alias etiam concordari; vt dicantur Iudices ordinarij; cum valeant procedere tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis ſindicandi, vt firmatum eſt ſupra, & poſſunt dici delegati, cum auctoritatem tantum habeant per 40. dies limitatam, & de vnius tantum cauſis cognoſcant.

Pro *Camp.* enim faciunt, nempe ſi volumus dicere, quod ſint delegati: iſti alie-
50 nam, & non propriam iuriſdictionem exercent, *l.1. §. qui mandatam, ff. de officio eius, cui mand. eſt iuriſd. l. & quia 6. ff. de iuriſd. omn. Iudic.* & per conſequens nō poſſunt habere merum, & mixtū Imperium, *l.2. C. de Pedan. Iudic. l. nec quicquam 9. §. vbi decretum, ff. de off. Proconſ.* & dato præfatū haberent imperium, per *tex.* in ſupra citata *l.1. eod. §. qui mandatam, vbi glo. ver. transferri*; nec minus extenderetur poteſtas in executione ſententiam demandando, *l. à Diuo Pio 15. vbi gloſſ. Paul. & Bart. ff. de re iud.* quod eſt contra diſpoſitionem adductæ *pragm.1. de ſindic.* vbi diſponitur, vt poſſint ſindicatores latam eorum ſententiam executioni demandare; itaque non poſſunt dici delegati, ſed ordinarij.

Verum, non obſtantibus his, *Rouiti* opinionem puto, quæ nō modicæ auctoritatis eſt apud Doctores noſtros, dum omnes ſua tempeſtate iura cōmentando præcellerat; vnde dicēdum eſt itaq. ſindicatores procedere contra Capitaneum vti dele-
51 gatos à Principe, vel à Rege per ſanctiones Regni ſupra adductas, quibus eſt eis regia impartita, & ſuprema facultas procedendi contra officiales ſindicandos cōceſſa : & iura in contrarium adducta loquuntur in delegato ab Inferiori, & non à Prinelpe, & ideo reſtrictam videtur habere poteſtatem, *Abb. in cap. ſi quis contra clericum, col. fin. de foro comp. Alex. in d. l. à Diuo Pio.* Idem ſequitur *Abb. in cap. ſignificaſti, de off. deleg.* Vnde cum hoc verum ſit, ideo ſindicatores ab eis latam poſſunt exequi facere ſententiam; quia per Principem delegati dicuntur, vt in adduct. *prag.1. de ſindic.*

Qui quidem ſindicatores poſſunt cognoſcere contra officiales, tàm circa delicta intuitu: quàm non intuitu officij cōmiſſa; dum alias non eſſent omnia crimina punita, licèt contrarium videatur ex infra dicendis; & quamuis viſum ſit, quod poteſtatem habent plenam præfati ſindicatores: nullatenus ad mortis ſententiam vel ad membri mutilationem procedere
52 prohibentur, *§. ad hoc prohibemus, auth. de coll. Maran. 4. part. ſui ſpeculi, num.66. fol. 113.* ſed debent denunciari cauſæ M. C. V. ad hoc vt ab ea prouideatur, ſi velint ipſi, vel non capitis proferre condemnationē, *Anton. de Nigr.* in ferè millies adducto *cap. Item ſtatuimus, num.22.* In minoribus tamen pœnis indubitatè ſindicatores deueniunt ad ſententiam proferendam, vt obſeruatur in dies: quæ pœna ſi pecuniaria eſt, (cum poſſit etiam eſſe infra membri mutilationem) in quadruplum ſubtractarum, ſiuè extortarum pecuniarum datur, vt notatur in *l.1. vbi gloſſ. & Salyc. C. ad l. iul. repet.*

Eſt inſuper Iudex competens in ſindicatu Officialium M. C. V. vt dictum eſt, quod procedit, tàm ſi Capitanei Regij
53 ſint, quàm Baronales, *de Puteo in tract. ſindicatus, verſ. Iudices ad ſindicandum qui ſint, cap.1. num.2. Capyc. deciſ.27. num.10. de*

*de Franch.deciſ.*407. vbi *Additiones,nu.*11.
ſequitur idem *de Franch.deciſ.*274.*in fine,*
& Amend.per tot. ad deciſ. præcitatt 403.
eſt & in hoc *Ritus* 49. ordine meo, qui ſe-
cundùm *Præſ.de Franch. ubi ſupra ſ. dec.*
274. ibiq; *Amend.num.*2. fuit actiue, &
paſſiuè interpretatus, ideſt tàm ſi officia-
lis offendat, quàm ſi ipſe gubernando oſ-
fendatur, dummodo intuitu officij, & non
alio appareat, delictum eſſe commiſſum,
vt probatur *in d. deciſ.* 274.*num.*7. *& deciſ.*
D 326. *in fine* §. & ſic deciſum ibi videtur.
Quod procedit tàm ſi tempore officij,
quàm ſindicatus vtroq; modo delinqua-
tur, §. *Illud* ſecũdùm *gloſ.in verbo mortis,*
Auth. Vt Iudices ſine quoquo ſuffragio,
Cotta in ſuis memorabilibus,in verb. Digni-
tas, & de communi teſtatur *Farinac.in tit.*
*de delictis,q.*17.*nu.*38. & in hoc non dum
M. C. verum etiam Barones poſſunt co-
gnoſcere. ſ. contra vaſallos, qui officialẽ
D ſuum offenderunt, vt fuiſſe deciſum teſta-
tur *Foller.pract.crim.par.*1. *ver.audiantur*
excuſatores, ſupra nu. 138. & meminit *D.*
*de Franch.deciſ.*407.

54 Sed an poſtea iſta authoritas Mag.C.V.
ſit Regijs Audientijs Prouincialibus cõ-
municata, adeas *Capibl.in d. pragm.*5. *de*
*Baron.num.*70. cum turpe ſit aliorum ven-
tilata tranſcribere.

55 Quæ quidem M.C. non dum eſt compe-
tens in prima inſtantia circa hanc mate-
riam, verũ etiã in ſecunda, vnde ſi fuerit
Capitaneus aliquis à ſindicatoribus loci,
vbi officium exercuit, cõdemnatus, poteſt
ſupplicare, quamnis non appellare ad di-
ctam M.C. vel Regias Audientias, dum
ſententiæ executio non impeditur, vt per
*dictam pragm.*1. *de ſindic.* & firmat *Specul.*
in tit.de appellat. §.*in quibus*, & ſupplicare
dicto condemnato officiali permittitur, &
non appellare, quia non eſt ſic interdicta
ſupplicatio, ſicut appellatio, *Auth. Quæ*
ſupplicatio, C. de prec. Imper. offer. Viu. in
ſylua comm.opin.opin. 423. vbi plura con-
gerit, & *Bonif. de Vital. in tract. maleſic.in*
rubr.de inquiſ. & earum formis, num. 23.
fol.mihi 439.*à terg.*

56 Nullatenus, hoc declaratur procedere
ſecundùm *Marant.*6.*par.ſui ſpecul. ver.Et*
*quandoque appellatur, num.*204.*&* 302. in
appellationibus à definitiuo, ſecus autem
ab interlocutorijs, dum ab iſtis non dum
reclamari, ſed etiam appellari poteſt.

57 Confirmantur ſupradicta ex eo, quod
videmus in S.R.C. à cuius ſententijs non
poteſt appellari, ſed tantum reclamari,
Pugn.in pragm. 4. *de falſ. teſt. Anna ſing.*
476.*D.de Affli.deciſ.*231.*&* 383. *& Capyc.*
*deciſ.*28.*in fine,&* 202.*num.*15. & per iſtam
reclamationem ſententiæ executionem
non impediri, relictis omnibus nouiſſimè
teſtatur *Gallup. ſua praxi* 3.*par. capite* 2.
in princip.

Obſeruantia etiam circa adducta, vt
M. C. Tribunal competens in ſindicatu
officialiũ quãuis pateat, his ſimilitèr cõ-
firmatur, quod cum valdè meus familiaris
58 amicus anno 1640. exercuiſſet magna
prudentia officium Soloſræ, vt ſępiſſimè
accidit, quod quando Capitaneus omittit
facere, quæ non debent fieri ad inſtigatio-
nem Baronis, non benè ſe habet cum eo,
ob ſimilem cauſam nonnullas haberet
differentias cum Illuſt. D. Ferdinando tũc
filio Principis (nũc Excellentiſſimo Prin-
cipe ipſo, ob patris obitũ) de grauamini-
bus timens ob Baronis potentiam in Op-
pido ſuo, comparuit in ipſa M.C. & præ-
ſentauit ſe cum libello, offerẽdo ibi ſindi-
catui parere, & non in loco officij ex ad-
ducta ratione, de menſe Octobris eiuſdem
anni fuit datus terminus ad recipiendum
querelas, & commiſſa fuit receptio talis
Gubernatori Atripaldæ, & ſic illis porre-
ctis citra illarum diſcuſſionem meritorũ,
ſindicandus cum ſuo Aduocato V. I. D.
Ioanne Thoma Tirone doctiſſimo viro,
meo Domino obſeruandiſſimo, & magno
cauſarum patrono in Sac. R. C. nunc de-
uotiſſimo Presbytero Sacerdote inſtitit
circa iſta duo capita, ſcilicet. Quòd quæ-
relæ non fuerunt porrectæ in termino hic
à iure præfixo 20. dierum, qui ſe-
59 cundùm *Rouit. ſuper dicta pragmat.* 1. *de*
ſindic. currit de momento ad momentum,
& proinde à ſindicatu debebat liberari,
ſecundùm *Par. de Puteo,& Franciſcũ Car-*
raba de ſindic. iſte *parte* 1. *num.* 56.*fol.* 12.
& ille *cap.*6.*n.*1. *ver. ſindicatorum officium*
60 *quid ſit, fol.mihi* 103. Et quod præſen-
tatæ non fuerunt factæ per extenſum ſecũ-
dùm diſpoſitionẽ Illuſtriſs. & Excellentiſs.
Proregis Comitis de Lemos in *pragm.* 11.
*num.*80.*de Offic.Iud.* tàm circa diem, quàm
circa menſem, & annum, cum nomine, &
cognomine comparentis, quia iſta forma
omiſſa vitiat actum, & nullitatem indu-
cit, & per cõſequens tanquam non eſſent
præſentatę, etenim idem eſt non facere
actum, quam nõ ſollemnitèr facere, *l.quo-*
ties 6. vbi *Bart.ff.qui ſatiſd.cog.l.ſi aut nul-*
lum 4. ibiq; *Salyc. C.de legit.hæred.* & in
proprijs noſtris terminis concludit *Alde-*
ranus Maſc. Sardanẽſis de genere ſtatutorũ,
*concluſ.*9.*num.*62. Vbi inquit, ſi ſtatutum
diſponat, vt apponatur nomen proprium
diei, non ſufficit apponere diem per nu-
merum, & ſequitur *Albericus de ſtatutis,*
*lib.*1. *quæſt.*139. ac concluditur *in gloſ. no-*
mines,

Digitized by Google

minet, num.20. Muſc.3.par.ſuæ praxis, quo-
remuis dictorum, & ratio deſumitur ex
Regia pragmat. lata tempore Illuſtr. Pro-
regis Comitis de Mõterey 79. in ordine
§.8. *de offic.S.R.C.* vbi per verbum nega-
61 tiuum diſponitur, ne fiant præſentatę in
ſcripturis per abacum, ſed per extenſum,
quo modo facta diſpoſitio per ſtatutum;
non ſolum pœnam inducit, ſed etiã actus
nullitatem, ita *Tiraquell. de leg.connub. gl.
4.num.*5. & rationis eſt ratio, quod forma
ad vnguem eſt ſeruanda, alias omiſſa da-
to, quod ſit leuis, vitiat actum, quia indiui-
ſibilis eſt, *gloſſ. in cap. cum dilecta 22. in
ver. irrieum, de reſcript. Tiraquell. de retract.
ligna. gloſ.21.§.1.num.11. & ſequent.* & in
D punctis in ſindicatu Doctoris Hieronymi
de Amico Capiranei in terra Cerreti fa-
cta relatione per M.C.V. ad S.R.C. de or-
dine ipſius Sacri Conſilij fuit pronisum,
quod reijciantur querelæ non habentes
præſentatam per extenſum Commiſſario
D. Camillo Lanfranco, Actuario tunc Ba-
rilio, nunc Corcione ſub die 24. menſis
Septembris 1621. fol.177. in proceſſu, &
quamus nonnulla fuiſſent contra præfatũ
decretum appoſita, fuit inde dictũ, oppo-
ſitis non obſtantibus conſignentur litte-
ræ liberatoriales, & quòad caput expen-
ſarum infra quatuor dies audiantur par-
tes 8. Nouembris 1621. eodem proceſſu
fol. 181. & ſic fuit deinde obſeruatum
per eandem M.C. tàm circa cauſas ciui-
les, quàm criminales, & in fortioribus ter-
minis, dum tantum annus fuit appoſitus
per abacum, ſed dies menſis, & nomina
comparentium per extenſum eranr, in
ſindicatu Didaci de Lumbreras, cenſendo
vlla qnęrelarum diuiſione facta de ciuili-
bus à criminalibus, illas etiam recijcien-
D das ſub die 11. Angulti 1623. cauſæ Com-
miſſario D. Thoma de Loterio, patrocinã-
te V.I.D. Proſpero de Alexio, Actuario
Lucina, fol. in proceſſu 41. & 51. & meri-
rò vnica ſententia non facta diuiſione
quærelarum, eas proijci decreuit, dum
ſuper criminalibus. Iudices Criminales,
& ſuper ciuilibus Iudices Ciuiles M.C.
prouidenr in ſindicatu officialium ex eo,
quia non deciderunt ſuper merita facti,
vel ſuper ordinem Iuſtitiæ, ſed ſuper ordi-
nem iudicij. At qnoniam habuerunt no-
titiam partes aduerſæ de tali obſeruantia,
& de adductis deciſionibus, deſiſtetunt à
proſequutione quærelantes, in cauſa dicti
mei familiaris, qui honoratam, & lauda-
62 bilem obtinuit laudem victoriæ, ranquam
bonus officialis *Foll. in 5.parte principali
ſuæ praxis crim. num.7. fol.345. Par. de ſind.
ver. euidentiale, per tot. fol.3. in principio
operis, & Carr. in fine 2.partis de ſind.* vbi
ait, quod inuentus innoxius, ſtatim debẽt
capitaneo ſindicato liberaroriales litteræ
concedi, & per contrarium ſi fuerit pro-
ceſſatus, repertus culpabilis: honor, q. de-
bebatur etiã poſt finitũ officium, ſicut in
officio, ſecundùm *DD.* ſupra citatos con-
uertitur in vituperium, & in infamiam ob
eius prauitatem, & inſignia eius picta tã-
quam memoria indigna delentur *l. Iudices
27. C. de Dignit. lib.12. Parid.* vbi *ſupra, nu.
8. & 9.* & poteſt addi *Angel. in auth. vt om-
nes iudices ſine quoquo ſuffr. §. oportet* ad ſu-
pradictorum corroborationem.

Ex his nota tu diligentèr, & faciet tibi
ingentẽ bonorem, quod præfatę deciſio-
nes M.C. ſupra traditæ: non tantum pro-
cednnt in materia ſindicatus, ſed in qui-
buſcunque alijs cauſis, in quibns ſi pręſen-
tatæ ſcripturatum non fiunt per exten-
ſum, omnia acta nnlla declarari poterunt,
ad hoc inuigilant Aduocati.

At hic veretur, qnid ſi quis obtinueric
litteras abſolutoriales, an de male geſtis
in officio, & in ſindicatu, nec propoſitis,
63 nec diſcuſſis, poſſit deindè puniri, libera-
torialibus obtentis reſcriptis non obſtan-
tibus, & affirmatiuè in hoc reſpondemus.

Quod primo ampliatur, vt à quocũque
Tribunali mulctari valeat, vt in *pragm.7.
de ſindic. offic.*

Ampliatur ſecundò, vt poſsit procedere
etiam per viam inquiſitionis, *Cataldinns*
ſic in *quæſt.209. num.184. Io. Maria Nouar.
ſuper pragm.6. coll.3. de ſindic. de Ponte dec.*
26. & non immeritò poteſt etiam addi
*Par. eod. tract. de ſind. ver. Proceditur, fol. mi-
hi 34. à terg.*

Vnde bono officiali ſemper conſulo, vt
vt ita ſe habeat in gubernatione, quod po-
tius optet, quàm euiret ſindicatus iudiciũ,
quoniam, vt circumfertur vulgo, finis co-
ronat opus, & ſic poterit deportare totius
anni triumphi palmam de ſuis benè ge-
ſtis, vltra quod eſt neceſſarijsſimns ſindi-
catus, ad obtinendas litteras liberatoria-
les, nam alias non ſolum, vt dictum eſt,
aliud non poſſet officialis officinm exer-
cere, ſed nec minus refirmari valeret, quã-
uis poſſit dici, contrarium eſſe diſpoſitum
in fine dictæ prag.1. de ſindicatu. Ibi *Officia-
64 lis refirmandus in officio nunquam ſindice-
tur, niſi quando in totum fuerit ab officio li-
centiatus*, quia intelligũtur verba prædicta
ſecundùm *Ricc. ibid. num.30.* locum habe-
re, quando officialis vt confirmetur ab
Vniuerſitate petitur, quia in eius detri-
mentum procedit, ſi ſindicatui non obtẽ-
perat; ſecus tamẽ ſi à Barone, vel ab alio,
ſi Regius etit gubernator refirmari cogi-
tetur,

tetur, dum eſt neceſſe, vt prius de adminiſtratione anni præcedentis ſindicetur, quia vltrà authoritatem dicti *Regentis*, recolendæ memoriæ, quæ ſufficit pro mille; ſi alias eſſent, non procederent pro veris ſuperius firmata; quod Officialis debet eſſe annalis, & iura ibi allegata redderentur eluſoria, quod non eſt permittendum, vt dixit in ſimili *de Franch.* alias adducta *deciſ.* 409. *num* 4. nam ſic ſemper poſſet confirmari, & vnquam ſindicatui obtemperaret, & ratio magis ſubſiſtens eſt; quod ſi priuſquam refirmetur in ſindicatu præteriti, eſſet condemnatus; ſtatim impeditus eſt, nec dictum officium, nec alia exercere valeat, per *Paridem de Puteo de ſindic. ver. condemnatus in ſindicatu à princip. fol. mihi* 95. *aterg.* vbi plures allegat, & *Rouit.*
65 vltimo loco citato, *num.* 51. Quod quidem euaderet Officialis, ſi non obtemperaret ſindicatui: & confirmaretur, & ſuper hoc inuigilent ij, ad quos ſpectat, cum ex me ſatis dixerim in hac materia ad oblitorũ renouationem in graue dedecus vniuerſalis recti regiminis.

SVMMARIVM.

1 *Falſitatis crimen ſub generali gratiarum indulgentia non comprehenditur.*
2 *Falſarius tres ſua falſitate lædere dicitur.*
3 *Tortura in crimine falſi poteſt inferri.*
4 *Tortura in ſubſidium probationum datur: dum regulariter ab ea non poteſt habere principium ordo iudicij.*
5 *Falſitas vt committatur quæ concurrere debeant?*
6 *Falſitas ſine dolo non poteſt committi.*
7 *Falſitas pecuniarum corruptione committi ſolet.*
Corruptela poteſt probari ad inducendam falſitatem, tàm in corrumpente, quàm in corrupto.
8 *Bona fama facit ceßare falſitatis præſumptionem.*
9 *Certitudo in inueriſimilibus non eſt danda.*
10 *Præſumptio bona ſufficit ad excuſandum aliquem à falſo.*
11 *Mandans, aut conſulens falſum: falſi pœna non punitur, ſed contra, n.* 13. *& ſub n.* 22.
12 *Capitaneus finito anno debet expectare ſucceſſorem.*
14 *Conſulens, aut mandans, clericum percuti incidit in excommunicationem.*
15 *Falſitas etiam circa tempus dicitur committi.*
16 *Pœna falſi quæ ſit, remiſſiuè.*
Pœna quaſi falſi, ſiuè aduerſus conſulentem falſum, minor eſt pœna ordinaria de falſo.
17 *Falſi crimen inquiri poteſt tàm ad partis inſtantiam, quàm ex officio.*
18 *Falſi delictum inter publica ſcelera reputatur.*
19 *Falſitas an poſſit per procuratorem defendi. Falſi crimen infamat.*
20 *Falſitas nemini nociua, non eſt punibilis, contra* Menoch.
21 *Præſumptio per præſũptionẽ eliditur, ſecus autem probatio: nam eſt neceſſe, vt per probationes tollatur.*
22 *Statuta ſtrictè ſunt interpretanda.*

ARGVMENTVM

Mandans, vel Conſulens falſum committi an puniatur pœna falſi, cum alijs ad hoc opportunis.

DE FALSIS. CONCLVS. XV.

EX eo, quia multoties, imò vt plurimum falſitate opprimitur veritas, aut atteſtatione mendacij, aut denegatione veri ſuper diuerſis actibus, ita & taliter, quod falſi materia facta eſt quotidiana in Tribunalibus, ad quam obuiandam patet, nedum Pontificia, ac Cæſarea iura ſufficere: ſed nec minus in hoc Regno alias promulgatas ſanctiones, adeò eſt delicti huius frequentia, non excogitando Mortales grauitatem delicti, quod in generali
1 gratiarum indulgentia non comprehenditur, ſecundùm *Gram. conſ. ciuil.* 101. *n.* 10. *Foller. part.* 1. 2. *partis ſuæ praxis, rubr. Item quod commiſit falſitatem.*

Et iure, dum falſarius vnico actu tres dicitur lædere, nempe Deum, Iudicem, & Partem, per *text. in cap.* 1. *de crim. falſi*, de
2 quo vide *Boniſ. de Vital. in tract. maleſic. rub. de falſis, num.* 1. *&* 2. *Proſp. Carau. ſup. prag.* 2. *de falſ. num.* 66. *&* 67. *& Io. Anton. Pugnat. ſuper pragm.* 4. *de falſis teſtibus, num.* 206.

Euenit in facto; quod quidam valdè meus familiaris fuit inquiſitus cum titulo de falſo, ex eo quia certum delinquentem abſoluere fecit à quodam Capitaneo, qui functus erat ſuo officio, vt mihi fuit relatum, quod conſtabat, nõ dum per probationes nõnullas, verum etiam & per confeſſionem aliquorum in tormẽtis factam, cum tortura in crimine falſi inferri poſſit, etiam accuſanti, non ſolum accuſato, & acriter aduerſus hoc crimine notatos
3 procedi, per doctrinam *Bald. in comment. l. vbi* 22. *C. ad l. Corn. de falſ.* & colligitur ex dictis *D. de Affl. ſuper Conſt. Regni Qui litteras, num.* 4. *de falſarijs:* dummodò adſit probationum defectus, quoniam tormenta

in

in ſubſidium dantur, nam ab eis iudicia
principium habere non poſſunt, vt ſcripſit
4 idem *Bald.in l. ſicut falſi* 17. *C.eod.* nuper
citato *tit. Marſ.conſ.27.num.19.Menoch.de*
*arbitr.iud.quæſt.84.nu.3.*idem *Marſ. pract.*
crim.§.expedita, *in princ.* vbi ſe refert ad
alia dicta ad §. *præcedentem*, qui incipit
Nunc videndum, & Boſſ. in tit. de tortura,
num.26.& in tit.de indicijs, num.33. Quo-
niam diuerſæ perſonæ à me ſcire opta-
runt, quid in hoc ſentirem: ad quantum
valui, calamo non parcendo, infraſcripta
firmaui.

Vnde inhærendo proceſſati defenſæ, ex
pluribus, non poſſe falſo puniri, nec eius
famam ſic prauo titulo minui demonſtra-
tur.

Primò, quia non poteſt dici in hoc caſu
falſitatem eſſe, dum non patitur doli con-
ſiderationem, neque veritatis mutationẽ,
aut tertij nocumentum: vt patet, dum de-
linquentis abſolutio nemini nocuit: ete-
nim non erat inquiſitio, quæ partis com-
prehenderet intereſſe, ex mihi traditis; nõ
dicitur veritas mutata, cũ conſtet in actis,
iuſtitiæ caput in ſententia contineri: nam
alias eſſet inualida, & iniqua: ſed tantum
circa temporis curſum aliquid poteſt mu-
tatum reputari, propter quod falſi crimen
non poteſt dici commiſſum: cum tria præ-
5 fata requiſita: imò nec minus vnum eorũ
concurrat, ſecundùm *Pugnat, vbi ſupra, nu.*
*18.& Caran.ad deciſ.de Affl.*404. vnde nec
minus quaſi falſitas conſideranda venit,
quæ dato ſic eſſet; obſtat regula: vt quod
in delictis ſtatutũ eſt, in quaſi locũ nõ ha-
beat: nec dolus concurrit, ſine quo falſi-
6 tatem poſſe committi omnes negant, &
præcipuè *Gramm. conſ.ciu.65. nu.16. Boſſ.*
in tit.de defenſ. reorum, num.69. Foller.d.
rub.Item, quod commiſit falſitatem, num.36.
Menoch.de arbitr.indic.caſu 309. *in princip.*
C & eſt communis opinio, ſecundùm *Clar.*
in §.falſum, num.33.& probatur, quia cum
abſolutorium decretum non ſit nociuum,
dolum abeſſe dicitur: cum de per ſe ſtare
non poſſit ſine tertij læſione, & ſic conſtat,
nec dolum, nec veritatem mutatam, nec
tertium etiam læſum in hac abſolutio-
ne rei, & per conſequens falſi crimen non
cadit.

Secundò eſſet neceſſe in hoc caſu cor-
ruptelæ probatio, ſi falſitatem concederē-
tur eſſe commiſſam; nam alias falſi pœnã
delictum non meretur: ſi bene conſideran-
tur iura in *l.1.& ibi gloſſ.§.1.ff.ad l.Corn.de*
7 *falſ.*in his verbis. *Item qui ob inſtruendam*
aduocationem, teſtimoniaue pecuniam acce-
perit, & in *l.2.C.de cond.ob turpem cauſam,*
vt optimè etiam firmauit *Marſ. conſ.77.*
*num.10.*Quæ corruptela ſaltim in Capita-
neo pecuniã accipiente: niſi in porrigente
deberet probari, cum vtroque modo pro-
cedat, ad quæ vide *Clar.§.fin.quæſt.73.ſup.*
num.3.Menoch.de arbitr.indic.caſu 342. *&*
343.*& Gramm.conſ.crim.35.à num.1. vſq.*
ad 15.& ſic ceſſante ſubornatione, ceſſat
etiam pœnalis iurium diſpoſitio.

Tertiò concurrit optima fama, & quali-
tas ipſius proceſſati, approbata per ſuum
Baronem: dum per plures annos eum ho-
norauit audientia ſecundarum cauſarum
in pluribus terris eius ſtatus: vnde eſt ne-
phas dicere, eligentem fuiſſe deceptum in
8 eligendo ſubditum ſalſatium pro guber-
natione vaſallorum, & iuſtitiæ admini-
ſtratione, & ex his cuiuſcunque falſitatis
præſumptionem ceſſare debere, docuit
Foller. vbi ſupra, num.39. & concordare
videtur *Marſ.ad finem conſ.78.*

Quartò ex eo, quod Iudex fidem præ-
ſtare in non veri ſimilibus non debet, ex
9 traditis per *Marſ. conſ.*101. *num.26.* quo-
niam non eſt credendum, vt voluiſſet ſa-
ueri ei, quem paucos per dies ante ratio-
ne officij fuit perſecutus ad iuſtitiam
adminiſtrandam ſic: quod calorem quen-
dam inimicitiæ peperit ius iuſtitiæ admi-
niſtrandæ rigor, inter ipſum Iudicem in
ſecunda inſtantia, & inquiſitum prædictũ:
vnde propter iſtam patentem inueriſimi-
litudinem omninò ceſſat falſi ſuſpitio in
caſu noſtro, argumento eorum, quæ dixit
*Menoch.*à cõtrario ſenſu *in tract.de arbitr.*
lib.2. centuria 1. caſu 85. *& Marſ. practic.*
*crim.§.expedita, num.*25.& ad hoc faciunt
ſimiliter dicta *Boſſii in tit.de falſis, nu.*134.
nempe vt ſufficiat præſumptio ad excu-
10 ſandum aliquem de falſo: & tanto magis,
quod ſi fuit inquiſitus legitimè abſolutus:
non eſt credendum voluiſſe affrectare
ſententiam à tali Capitaneo, dum de fa-
cili à quocunque alio ſucceſſore potuiſ-
ſet illam obtinere, *cap. accedens* 8. *de cri-*
mine falſi.

Quintò, dato, & non permiſſo: quod
ſub falſi, vel quaſi nomine inquiſitio com-
prehenderetur, quia ipſe proceſſatus fuit
mandans, ſiue mediator, aut ſuaſor ad rei
abſolutionem: in mandantes, & alios di-
ctos non poſſe pœnam falſi extendi, plures
11 atteſtantur, nempe *Marſ. conſ.78.* in pro-
prijs terminis noſtris, *Gram. voto 9.in fine,*
vbi ita deciſum ait Bononiæ, latiſsimè *D.* D
de Affl.vltima deciſ.vbi Vrſ.& ſic apud eũ-
dem *Gram.*inde S. C. decreuit *deciſ.* 28. *à*
nu.28.ad finem: vnde cum præſumatur iſte
familiaris conſulens, aut mandans, à pœ-
na falſi quidem liber cenſeri debet.

Sextò, & à fortiori talis conſulens, vel
man-

mandans non eſt falſi pœna puniendus;
quia quamnis annus eſſet decurſus pro
gubern atione talis Capitanei;nullatenus
non ſtetit ſindicatui, & ſic expectãdo ſuc-
ceſſorem adhuc poterat iuſtitiam mini-
ſtrare,vt iura volunt in *l.meminiſſe* 10. *vbi*
12 *Bal.ff.de offic.procur. Carau.ſup. ritu* 295.
num.7. & Foll.ſua praxi crim. quinta parte
principal. rub. & talitèr ſe gerant in omni-
bus,n.4.& ſic legitime poterat inquiſitum
à laqueo inquiſitionis liberare.

Attamen,me inuito,conor, tunc quan-
do præfata credebã approbare, & illis me
ſubſcribere pro amici beneficio,contrariã
ſententiam ſuſtinere:vt iam præſens infor-
matio, inquiſitio, ſiue proceſſatio poſsit
ſub falſi titulo collocari,per *text. in l.1. §.*
item qui ob inſtruendam,ff.ad l.Corn.de falſ.
& in veris terminis,vt conſulens, vel mã-
dans falſum,falſi pœnæ ſubiaceat, probat
13 *Vlp.lib.8.de offic.Proconſ. in l.9.* quæ inci-
pit *lege Cornelia,§.pœna legis,vbi gloſ.ver.*
*curauerit,ff.eod.*nuper cit.*tit.*per hęc verba.
Pœna legis Corneliæ irrogatur ei, qui quid
aliud, quam in teſtamenta ſciens dolo malo
falſum ſignauerit. Itemque qui ad falſas at-
teſtationes faciendas,teſtimoniaue falſa inui-
*cem deinde dolo malo caierint,*nec non con-
cordare videtur diſpoſitio Iuris Regni in
prag.4.ſub rub.de falſ. ſic. *Eadem pœna, &*
qui conſulerint,inſtruxerintue falſum teneri
itidem decernentes, atque mandantes, & ſe-
quuntur ſub *ead.rub.pragm.8.& 9.* prop-
ter quod dixit *Rou.ſuper ead.pragm.*4.nu-
per relata, *num.6.* ſopitam eſſe *DD.*alter-
cationem ſuper iſto articulo, ſi conſulens,
vel mandans falſum,falſi pœna puniri de-
beat,& confacit doctrina *Gand.in tractatu*
*malef.in rub.de falſ. num.*10. ac clariſſimè
docuit *Carau.ſup.pragm. 2.de falſ.num.46.*
Vnde ex his decidentibus iuribus videtur
præcluſa via oppoſitionibus, quæ poſſent
adduci,vt pœnalis diſpoſitio minimè poſ-
ſit ampliari ad conſulentes,vel mandantes
falſum committi,ſed tantum intelligi ad-
uerſus ipſum falſarium promulgata, vt de
ſimili videmus in fortioribus terminis,
etiam circa pœnã animæ officiẽtẽ,quæ cũ
locũ non habeat in mandante,vel conſu-
lẽte,vt in *cap.ſi quis ſuadente diabolo 29.in*
ordine 17.q.4. fuit inde altera lata diſpoſi-
14 tio in *cap.mulieres 6.§.fin.de ſent.excomm.*
quæ vult, vt etiam mandantes clericum
percuti, in excommunicationem incidãt:
quod confirmarunt *D.Anton.3.p.ſuæ ſum-*
mæ, cap.1.tit.24.de excommun.maiori, fol.
mihi 125.ate.col.2. Tol.lib.1.cap.34.num.3.
verſ.dico quarto,Squillant.de priuil.clerico-
rum,cap.6.nu.6. quæ ſententia etiam con-
firmatur per ciuiliſtas, & criminaliſtas, vt
eſt videre apud *Gandin.tract.maleſic. Bonif.*
de Vital. qui apertè loquitur,pœnalem sã-
ctionem etiam ad conſulentes extendi in
eodemmet *tract. de maleſic. iſte in rub. de*
furib.nu.11. & ille in rubr. de pœnis reorum,
num.36.

Et quamuis falſitas regulariter ſcriben-
do,loquendo, & tacendo committatur,vt
deſumitur ex *concluſ. Maſc.*1066. non per
15 hoc denegatur,quod circa tempus falſum
etiam non poſſit dari,cumque hoc ſit pa-
tens falſitatem committi per Notarium,ſi
vnam pro altera die in contractibus ap-
ponat, & per teſtes firmantes,tali menſe
pro tali vidiſſe aliquem;non indiget iſta
concluſio aliqua authoritate : tamen ad
maiorem certitudinem veritatis ſic inue-
ni quod affirmarunt *gloſſ.& Bal.in l.ſi cre-*
*ditor 15. C.ad l.Cornel. de falſ.*vnde ſumus
in claris,vt dicatur in caſu noſtro falſitas:
dum procurauit iſte proceſſatus, vt Capi-
taneus tempore,quo non habebat iuriſdi-
ctionem,reum abſolueret:vltra quod ſi lo-
quendo falſitas poteſt committi,eſt dicen-
dum,per locutionem ipſius inquiſiti fuiſ-
ſe inductũ Officialem ad peragendum id,
quod ſuæ gubernationis temporis curſus
minime patiebatur.

Quapropter eſt fatendum, eſſe locum
pœnę aduerſus eum conſulentem,vel mã-
dantem:(ſedtamen non ordinariæ contẽ-
16 *tæ in l.1.§.pen.& fin. l. quicunque 8. l. qui*
duobus 21.& l.hodie 32,ff.ad l.Corn.de falſ.
l.vbi 22.§.vltimum, C.eo.tit. nuper citato
Conſtit.Leon.de falſorum pœna,in Conſtitut.
*Regis Rogerij,*qui literas de falſarijs,vbi *de*
Aff.& reliqui Scrib.& de eius obſeruantia
vide, vt teſtantur *Clar. §. falſum, num.31.*
Bonifac.de Vital.in rubr.de falſ.nu.3. & 4.
cum *Menoch.de arb.iud.caſu* 306. Sed alte-
rius extraordinariæ mitioris : dum vera
falſitas non poteſt dici : ſed quaſi ad plus
deberet nuncupari : quando cum dolo, &
culpa fuiſſet ſententia in rei fauorem pro-
lata,vt colligi poterit ex *tex.*in alias cita-
ta *lege 1.§.pen.ff.ad l.Corn. de falſ.* quæ ſe-
cundùm tradita per *Boſſ. in tit. de falſ. nu.*
85.& 86. ad tolerabilem compoſitionem
reduci valet, & ſic ad pœnam pecuniariã:
vnde non debet eſſe mirum : ſi talis fami-
liaris fuit tranſactus in ducatis centum.

Nec poterit aduerſari(viſa iuſtitiæ cau-
ſa) circa ordinem iudicij: non poſſe nem-
pè procedi citra nullitatis peccamen in
tali delicto ex officio Iudicis, ſed præuia
17 partis inſtãtia, qua cum proceſſus careat,
eſt nullus : etenim vtroque modo, & ad
quærelam ſcilicet (dummodo quærelam
exponere nõ prohibeatur pars, vti eſt mu-
lier,quando ſuam, vel ſuorum non profeſ-

Digitized by Google

quitur iniuriam, *l. & ſi ad te* 59. *vbi gloſſ. & Sal.* & melius *l. Senatuſconſulto* 5. C. *de his, qui accuſ. non poſſ.*) & per officium Iudicis procedi poſſe in hoc crimine, firmauit *gl. in l. quærela* 12. *litera G. ff. ad l. Corn. de falſ.* per *tex. in l. iubemus, la pen. C. de probat. & in l. nullus* 13. *C. de teſtibus*, & ſequitur *Menoch. de arbitr. iud. caſu* 313.

Et ratio eſt, nam falſi noxia inter grauia, & publica ſcelera reputatur; imò veneficio, & homicidio deteſtabilius eſt, vt
18 ex commentaris per *Bal. in l. de fide* 16. C. *ad l. Corn. de falſ. Menoch. eod. tract. de arbi. caſu* 306. *Boſſ. de falſ. num.* 72. *Carau. ſuper prag.* 2. *n.* 141. *de falſi*, *Marſ. in* §. *attingam*, *n.* 8. *Clar.* §. 1. *nu.* 3. *verſ. ſunt etiam*, *Gramm. conſ. ciuil.* 109. *n.* 11. *& de Affl.* alias relata *deciſ. fin. n.* 23.

Ità & talitèr, quòd defenſio, ſiue falſi exceptio non poteſt per procuratorem proponi, ſecũdùm *Salyc. in d. l. de fide, & l. damus* 23. *cum l. ſeq. C.* nuper *tit.* allegato,
19 ac facit *tex. in l. vnica, C. quando ciuil. actio crim. præiudicet*, & vide *Gand. in rub. de falſ. in ſuo tract. maleficiorum, n.* 3. quæ omnia intellige, quando criminaliter agitur, ſecus ſi ciuiliter, dum vtroque modo poteſt procedi, cũ prima dirigat greſſus ad pœnam delicti, & ſecunda ad partis intereſſe: Immo ſi ciuilitèr agitur in cauſa principali tantum, etiam pœna falſi cõtra in ius vocatum locũ habet, ex *Boſſ. in tit. quomodo procedatur per excep. n.* 8. *& ſeq.* qui tandẽ ait circa hoc, ſed in *tit. de falſ.* ſuperius adducto *n.* 72. (delicti huius turpitudinem demonſtrando) quod falſitas vituperat famã, pluſquam omne aliud crimen, adducens *Paul. de Caſtr. conſ.* 151. & ad tale ſignum, quod falſarium reddit infamem.

Quæ vltima firmata opinio adhoc vt verior appareat, argumẽtis in contrarium adductis ſic reſpondetur.

Primo non denegatur, vt falſitas illa tria requiſita notata ad primam concluſionem non requirat; ſed dicimus non concurrere ad defenſam huius inquiſitionis. Primo, quia iudicatur dolus, & malitia: ex eo quod procurauit rei abſolutio-
20 nem propter affinitatem, ſiuè parentelam inter ipſum abſolutum, & iſtum nunc proceſſatum, quod tergiuerſatione nõ poteſt cœlari. Secundo, quia dicitur mutata veritas, non circa ſcripturã, ſed circa tempus, vt ſupra probatũ eſt, & Tertio nam probatur tertij nocumentum, & ſic Fiſci, qui per ſententiam talem cecidit à iure ſuo, quod contra inquiſitũ retinebat, vnde non ſumus in terminis, quod non ſit nociua: & proinde non punibilis, ſecundùm *Gramm.* alias adducto *conſ.* 65. *n.* 17. *Marſ. conſ.* 111. *n.* 17. *& conſ.* 120. *nu.* 24. *Foll. d. rub. Itẽ quod commiſit falſitatem, n.* 38. *Boſſ. de defenſ. reorum, n.* 70. *Gallup. pract. S. R. C. p.* 2. *cap.* 27. *nu.* 31. *Capibl. de Baron. prag.* 6. *nu.* 65. *vol.* 1. *Pugnat. ſuper prag.* 4. *n.* 203. *de falſis teſtibus*, *Reg. Rou. ſuper prag.* 1. *n.* 34 *de falſ. & Ricc. coll.* 687. *in fine*; quicquid in contrarium dicat *Menoch. de arbitr. caſu* 306. *num.* 14. *ad finem.*

Secũdo reprobatur ſecunda concluſio, dicẽs, vt eſſet neceſſaria corruptelę probatio ad inducendam falſitatem, ex eo quia tàm *text. in d. l.* 1. §. 1. quàm omnia alia iura ſub *Digeſt. & Codic.* ſituata *de falſis*, ac cunctę Regni ſanctiones nõ dicunt, corruptionem per pecuniam eſſe neceſſariam, ſiue de eſſentia pro falſi crimine, ſed tantum *d.* §. *primus* demonſtrat inter cæteros modos, & indicia: ſubornationem eſſe vnum ad falſitatem cognoſcendam; nam ſi forent vera dicta firmata, eſſet neceſſe concludere: quod non amicitiæ, vel affinitatis cauſa falſitas poſſet committi; ſed tantum per pecuniæ corruptelam; quod erroneum eſt.

Tertio non obſtat tertia cõcluſio; quod per optimam famam falſitatis pręſumptio ceſſat, etenim hic agitur, non de præſump-
21 tionibus, vel coniecturis: ſed de claris atteſtationibus, quæ per pręſumptiones non eliduntur: ſicut ſi eſſent contra affatum iſtum meum familiarem aliæ præſumptiones, *Marſ. pract. crim.* §. *diligentèr, n.* 192. *&* 193. *Foll. p.* 1. 2. *partis ſuæ pract. crim. rub. dentur capitula, n.* 53. latiſſimè ſequitur idẽ *Marſ. conſ.* 8. *n.* 6. *& conſ.* 109. *n.* 18. *Gramm. conſ. ciu.* 59. *nu.* 30. & in proprijs terminis præſumptiones per probationem tolli, firmauit *Cep. conſ.* 2. *nu.* 13. *vol.* 1. *& conſ.* 24. *ſup. n.* 13. *eod. vol.* 2.

Quarto reijcitur quarta concluſio ex rationibus nuper firmatis in iſta reſolutione tertia, dum non ſumus in ſuſpitione falſi, ſed in falſitate teſtificata per plures, quæ non tollitur per coniecturas, & indiuinationes, eodem modo, vt dicitur, liquidum per illiquidum non impediri, quin exequatur, per *tex. in l. fin. C. de compenſ.* vbi Scribentes, & per *Galterium de liquid. inſtr.* 2. *p. tertia, & vltimæ partis, rub. vt facta liquidatione, n.* 6. *in nouiſ.*

Quinto reſoluitur quinta concluſio, dũ *DD.* ibi relati locuntur circa iura ſtatutorum Regni huius, ſcilicèt *Cõſtitutionum*, quę cùm ſtrictiorem recipiant interpreta-
22 tionem, vltra nominatos, & caſus expreſſos non ſunt protrahenda, vt ex eodem *de Affl. ead. deciſ. vltima, n.* 6. *& Gramm.* aliàs adducta *deciſ.* 28. *n.* 28. ſecus autem de iure communi, ad quod eſſe recurtendum,

dixit

Digitized by Google

dixit idem *Gram. vbi ſupra*, vt ſi caſus reperiatur ibi expreſſus, ſecundùm pœnam adiectam in illis vniverſalibus ſanctionibus,puniatur,ſed ſic eſt, quod ꝓbauimus, de iure communi eſſe ſtatutam pœnam mandantibus, vel conſulentibus falſum, & falſitatem quoque circa tempus admitti, eſt concludendum,vt poſſit puniri talis proceſſatus eo modo, vt dictum eſt ſupra, quod confirmat *Vrſil. ad D.de Afflict. ead. deciſ.fin.num.2.* addens,in Iudicis arbitriũ eſſe ſuper hoc terminare miti animo, ac tolerabili, & non ordinario modo,ſequitur clarè *Reg. Rouit.ſuper* alias adducta *pragm.1. de falſis,num.29.* vbi concludit, conſulentem falſum poſſe damnari ipſius delicti pœna,ſed mitiori,quam in mulctã, ſiue pecuniariam ſupra duximus declarãdam,quod confirmatur per *Pugnat.in eadem pragm.4.num.16. de falſ. teſt.* ſi huius Doctoris compendioſum ſermonem intellectu capies.

Sextò reſpondetur ſextæ concluſioni, quod non officit, nam licet nõ depoſitaſſet officium dictus Capitaneus in terra huius proceſſati, nullatenus illud depoſitauerat in terra inquiſiti abſoluti, dum dua gubernabat Oppida,& quoniam fuit per dies nonnullos ante capta poſſeſſio in dicta terra inquiſiti, etiam ante depoſuit iuſtitiæ gladium ibi, propterea non poteſt dici, quod gubernabat in vna, ergo erat etiam officialis in alia terra, vnde reſolutis contrarijs omnibus firma magis remanet concluſio contra meum familiarẽ, quem exoro, vt mihi parcat, dũ calamus, & ratio iſta firmarunt, ſed,non voluntas, quam ad eius defenſam retinebam.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum quare à teſtatoribus inuentum,& vnde dicatur.*
2 *Fideicommiſſum quomodo poſſit relinqui, & quomodo reuocari.*
Caſus proponitur,& diſputatur per tot.
3 *Legitima debet filijs relinqui, nam alias annullatur teſtamentum.*
Bona prohibita alienari, pro legitima alienari an poſſint?
Mens teſtatoris potius quàm verba eſt attendenda, ſi eſt magis iuri conſona.
Verba eum effectu ſunt intelligenda.
4 *Voluntas teſtatoris contra legem non valet.*
5 *Bona fideicommiſſo ſubiecta,ex cauſa dotis poſſunt alienari.*
6 Text. in Conſtitut. Regni In aliquibus *declaratur.*
7 *Teſtatoris diſpoſitio ad mentem legis eſt deferenda.*
8 *Voluntas teſtatoris facit legem, ſed quando, demonſtratur.*
9 *Bona ſubiecta fideicommiſſo, vt pro dote poſſint alienari,quæ requirantur.*
10 *Argumentum de matrimonio carnale ad ſpirituale valet.*
11 *Alienatio bonorũ fideicommiſſi an permittatur pro dote neptis teſtantis?*
12 *Nepos dicitur de generatione Aui.*
13 *Nepos naſcitur in poteſtate aui,quando eius pater non eſt emancipatus.*
Neptis nata in poteſtate aui, ab eo debet dotari.
14 *Frater diues tenetur dotare ſororem pauperem,dato quod non adſint bona paterna.*
15 *Arbitrio Iudicis remittitur terminare litẽ, quando controuertitur de voluntate defuncti.*

ARGVMENTVM.

Bona fideicommiſſo ſubiecta an ex cauſa dotis poſſint alienari, diſputatur?

DE FIDEICOMMISSIS.
CONCLVS. XVI.

Mortalium cura quò magis rebus in humanis ſe geſſit, eò minus vellet deſtituere quæ temporalia ſunt, cumq; expeditum videatur, quod quod nec ſempiterna, nec ſunt perpetua quæ hic degunt, quendam Mortales modum inuenerunt, legibus approbatum ad
1 memoriæ perpetuationem eorum,quò ſẽper viuunt,fideicommiſſa ſuper bonis prẽcipiẽtes, vt ſentire videtur *Mant. de coniectur. vltim. volunt. tit. 15.num.1.2. & 3. lib.6.*

Et iſta ab hæredum fide nomẽ ſumpſerunt, quaſi certi ſint teſtantes de fide illorum pro rerum hæreditariarum conſeruatione, vt deſumitur ex verbis *Iuſtiniani Imperatoris Inſtitut. de fideicommiſſ. hæred.* & dixit idem *Card.Mant.lib.7.coniect.tit.2. ſup.num.3.*

Ad hãc materiam euenit, quod quidam
2 teſtator,nõ nuda voluntate, qua poteſt fideicommiſſum relinqui, vt in *l. pen.ff.de leg. 1. l.eum proponebatur 66.ff.de leg.2. l. fideicommiſſa 11.§.item ſi quis,l.eum virum 16.C.de fideicomm.Card. Mantic.eod. lib.6. de coniectur.tit.14.num.26.* vel in Epiſtola, aut libello, prout in eis fieri coöceſſum eſt,*l. in epiſtola 22.*vbi *Salyc.C.de fideicommiſs.* vel nutu, quod etiam iure permittitur; dummodo coram quinque circumſtan-

ſtantibus fiat, ſecundùm *gloſſ. in d. l. in epi-*
ſtola, ver. teſtibus, ſicuti è contra in minus
ſollemni actu poſſe reuocari videmus, nē-
pè ex ſola pœnitentia, per *text. in l. fideicō-*
miſſum 27. C. eod. huius noſtræ Rubricæ.
Sed benè expreſsè in ſollemni teſtamēto,
cum de iure requiſitis præcepit, bona ſua
non poſſe alienari, at conſeruari tamen
debere ad commodum primogeniti in
perpetuum agnationis eius, viuente itaq;
teſtatore filius primogenitus vxorem du-
xit, & plures procreauit vtriuſque ſe-
xus liberos, adhuc viuentes, cum poſt re-
latam diſpoſitionem teſtator vita eſſet or-
batus, deceſſit deinde fideicommiſſarius,
maſculo, & fœmina procreatis, vt dictum
eſt, ſuperſtitibus viuis ad præſens iſtis, ma-
ſculus vnicus primogenitus, & fideicom-
miſſarius gaudet ſollemniter beneficio fi-
deicommiſſi, fœmina detruſa cum eſſet in
Monaſterium, vix viuit, cum non habeat
vnde ſe alere, dum ſuus frater fideicom-
miſſarius ei dare legitimam dotem negat,
ex eo, quia nō poteſt alienare bona fidei-
cōmiſſo ſubiecta, & quāuis alia bona reti-
neat, nō ſunt paterna, ſed alio modo quæ-
ſita, quæ nec minus pro ſororis dote obli-
gata videtur, in hoc igitur quæritur, quid
iuris. Suſtinetur opinio magis vera, vt
poſsint bona vinculata ſub fideicommiſſo
alienari, diſpoſitione teſtatoris non ob-
ſtante, ex pluribus.

Primò ex optima ratione; nam ſi pater
relinquat filiæ legitimam, quæ de iure na-
3 turę debetur, *l. vnica, ff. de portionibus, quæ*
liberis damnatorum conceduntur, ſi aliun-
de non adſit, vt percipi poſſit, cum in bo-
nis fideicommiſſum ſit, & ex fructibus il-
lius nec minus poteſt dari, eſt dicendum
poſſe alienari pro legitima bona fideicō-
miſſo ſubiecta, nam alias priuaretur filia
iure legitimæ, & teſtamentum eſſet nullū
per quærelam inofficioſi, vt in *tit. Digeſto-*
rum, de inoffic. teſtam. ad l. primam, quod eſ-
ſet contra voluntatem, & mentem teſtan-
tis, nam licet verba videantur contraria;
nullatenus mens eius, & ratio magis ra-
tionabilis debet attendi, per *text. in l.*
cum virum 16. §. ſanè, vbi *gloſ. ver. magis,*
concordantia *ibi* allegans, *C. de fideicom.*
l. cum auus 101. ff. de cond. & demonſtrat. l. cū
acutiſſimi 30. vbi *gl. & Salyc. C.* nuper ci-
tato *tit.* & fateri videtur *Mantic. eod. tit. 14.*
lib. 6. num. 9. & propterea cum ſit veriſimi-
lis, (dum verba ſunt cum effectu intelli-
genda *l. 1. §. hæc verba, ff. quod quiſq; iuris*)
voluntas teſtatoris, qui reliquit legitimā,
vt daretur, dum aliunde non poteſt habe-
ri, quam ex bonis vincularis, iſta sūt alie-
nanda propter talem veriſimilitudinem,
quæ iure debet attendi, *l. cum res 49. in*
princip. ff. de leg. 1. d. l. cum auus, & d. l. cum
acutiſſimi, & tanto magis, quod regula eſt,
vt fiat omne poſſibile, vt voluntas teſta-
toris ſit valida, quod ſecus eſſet iſtius,
4 quoniam corrueret tanquam contra le-
ges, vt dixit *Oinot. in §. ſed olim, num. 11.*
Inſtit. de legat. dum licet verbis reliquiſſet
legitimā filiæ, re poſtea illa diceretur pri-
uata, ſtante fideicommiſſo de non alienā-
do facto, *ex l. omnimodo 30. cū duabus ſeq.*
vbi *glo. C. de inofficioſo teſtam. §. quamobrē,*
Auth. de reſtit. & alia plura cumulat *Pereg.*
de fideicomm. art. 42. num. 55. Vnde cum
dos ſuccedat loco legitimæ, vt ego latiſsi-
mè probaui ſupra tā de Iure Regni, quàm
de iure communi, *in rubr. de dotis promiſſ.*
num. 11. concludendum eſt itaque, à fra-
tre iſto, de quo agitur fideicommiſſario
deberi ſorori dotem, etiam cum aliena-
tione bonorum fideicommiſſi, dum ex
fructibus dari non poteſt.

5 Secundò ex apertiſſima iuris ſanctio-
ne videtur, cauſa dotis bona fideicōmiſ-
ſo ſubiecta alienari poſſe, vt *in Auth. res,*
quæ, vbi *Salyc. C. commun. de leg.* per hæc
verba, *Res, quæ ſubiacent reſtitutioni, prohi-*
bentur alienari quidem, vel obligari, ſed ſi
liberis portio legitima non ſufficit ad dotis,
ſiuè ad donationis propter nuptias obligatio-
nem, permittitur res prædictas in eam cauſā
alienare, vel obligare pro modo honeſtati
perſonarum commodo. Ea enim, quæ com-
muniter omnibus proſunt ijs, quæ ſpecialiter
quibuſdam vtilia ſunt præponimus, & pro-
batur *in §. quamobrem, Auth. de reſtit.* vbi
gloſ. lit. R. ac firmat *Martianus lib. 16. Inſti-*
tut. cap. 54. in l. qui liberos 19. ff. de rit. nupt.
latiſsimè hanc concluſionem comprobat
Bald. Nouell. de dote, par. 6. priuil. 13. Pereg.
de fideicommiſſ. art. 42. num. 67. cum ſequent.
doctiſſimus *Menoch. de arbitr. iudic. caſu*
182. num. 68. & 69. vbi ampliat, hoc pro-
cedere etiam pro dotis reſtitutione, co-
pioſiſſimus *Giurba deciſ. 31. num. 4.* & ſic
deciſum contra opinionem ſubtiliſsimi D
Couarr. in lib. 3. var. reſolut. cap. 6. num. 10.
vſq; ad finem, refert *Theſ. deciſ. Pedem. Se-*
natus 192. per tot. & propriè *num. 11.*

Tertiò, ex ſequenti inductione ad Ius
6 Regni, nam per *Conſtitut. In aliquibus.* Vt
extantibus maſculis fœminæ non ſucce-
dant, licèt ſorores à rebus paternis per
maſculorum commoditate excluſæ per
fratres videantur, non poteſt ex hoc ſtatu-
tuto propterea dici, bona patris ne ven-
dantur eſſe prohibita pro eius filiarum
dotatione, quę de iure nō poteſt, nec dene-
gari, nec tolli, vt in adducta *l. qui liberos,*
vbi *gloſ.* & in terminis ſubſtinere videtur

Google

*Peregr. eod. art.*42. *num.*50. *&* 65. & ratio
eſt:nam licèr ſtatutum diſponat,vt exclu-
ſis fœminis,bona ſpectent ad maſculos: &
teſtator dicat per fideicommiſſum, vt cõ-
ſeruentur pro primogenitis de eius agna-
tione,& familia in perpetuũ:non per hoc
videtur prohibitum,ne alienentur cauſa
7 dotis: quia teſtatoris diſpoſitio ad mẽtem
legis eſt detetenda, quamuis verba repu-
gnent: ſecundùm *Peregr. vbi ſupra, nu.*76.
ver. verum cum, & in punctis huius con-
cluſionis de fideicõmiſſis docuit *Menoch.*
omninò videndus *lib.*4. *de præſumpt. præ-
ſumptione* 23.*n.*3. nam quamuis teſtatoris
diſpoſitio ſit ſeruãda: cum lex dici poſſit,
§.diſponat,auth.de nupt.gloſ.in l.voluntatis
7.*C.de fideicommiſſis*, hoc intelligitur, dũ-
8 modò legibus non ſit contraria, vt opti-
mè exponit *Oinot.in tit.Inſtit.de teſtam. or-
din.num.*2.Sed ſic eſt, quod eſſent contra
ius, ſi verba teſtantis prohiberent per fi-
deicommiſſum alienationem bonorum
ex cauſa dotis,vt viſum eſt: ideò cõcludẽ-
dum erit, mentem eius, verbis præferen-
dam eſſe, cum illa ſit ſecundùm leges; &
iſta legibus ſint contraria, & pee conſe-
quens fratrem teneri dotare ſororem, vt
etiam colligitur ex nuper citato *Peregr.
eod.art.*42.*num.*78.per dictam *auth. res,quę*
& ex *Cardin. Mant. de coniect. eod.lib.*6.*tit.*
6.*in princip.*
9 Nec poterit opponi ex auctoritate
eiuſdem *Peregr.vbi ſupra,num.*66. per fra-
trem,vt non ſit obligatus ſororem dotare:
ex eo, quia aliũde habet,& pee conſequẽs
bona ſubiecta fideicommiſſo non debent
alienari; cum ſit verè inops, & egena,
quæ non poſſet viuere,niſi in monaſterio,
æquitate alimenta haberet, cum nobilis
ſit, eſt tamen diues ſecundùm *Apoſt.* tan-
quam nihil habentes, & omnia poſſiden-
tes,cum ſpreto Mundo monialis ſit.
Immò à fortiori dos debetne cum aga-
tur, non de matrimonio temporale:ſed de
10 ſpirituale, & de vno ad alterum argumẽ-
tum valere:vt diſpoſita in vno ſint diſpoſi-
ta in altero, firmitèr ſubſtinuerũt *Maſc.de
probat.concluſ.*1027. *num.*5.*vol.*2. *Peregr.
eod.art.*42.*num.*57. *de Afflict.* in præcitata
*Conſtit. In aliquibus,de ſucceſſ.fil. num.*44.
*& in deciſ.*348.*nu.*4.*Menoch.d.præſup.*189.
*num.*89.90.91.*& ſeq.Boer. deciſ.*129. *nu.*7.
*Capyc.deciſ.*204.*nu.*2.*& D. Ricc.coll.*500.
nam ſi in carnale Reipublicæ intereſt,mu-
lieres eſſe dotatas,in ſpiritual, Dei refert,
illas eſſe ſanctas, vnde talis eſt eis danda
portio, quod commode viuere poſſint,&
libentius diuinis valeãt vacare exercitijs.
Attamen his videtur opponi ſic;ſcilicet
non procedere in caſu noſtro, cùm ſimus
in diuerſis,ex quibus illationem fieri pro-
hibetur: dum non agimus de filia teſtato-
ris:ſed de nepte, quæ non eſt maritanda
de bonis teſtantis,nec debetur in illis ali-
quo iure legitima.
11 Reſpondent in hoc; vt etiam ſupra fir-
mata in filia teſtatoris procedant in eius
nepte, & ſic bona fideicõmiſſaria alienari
debere pro dotis ſuæ conſtitutione, *Me-
noch.præſump.*189.*lib.*4.*num.*89.*Bald.No-
uell.cod. priuil.* ſuperius citato 13. *num.*1.
in 6.*p.& Theſ.* in adducta *deciſ.*192.*nu.*10.
12 Et ratio eſt in promptu:dum nepos, vel
neptis dicatur de generatione aui; vt per
*Angel.Inſt.de Adop.§.ſed hodie,nu.*3. *Alex.
conſ.*53.*lib.*6.*Io.de Imo.conſ.*62.*Guid.Papa
conſ.*176.*ver.ad quartum quæſitum,Soc.cõſ.*
25.*col.*2.*vol.*1.*ver.ſecundo præſuppoſito*, &
latiſſimè *Peregr. eod. tract. de fideicom.art.*
28. *nu.*35. vnde merito dicimus, maiorem
dilectionem ſeruari ab auo erga nepotem,
quam erga filium: nam cum deſcendat ex
eius generatione, magis in illo: quam in
iſto ſua conſeruatur memoria, & vide-
mus, quod appellatione liberorũ veniunt,
nondum nepotes, ſed pronepotes etiam,
l. liberorum 220. *ff. de verborum ſignificat.*
13 Ac à fortiori iſta procedũt in caſu no-
ſtro,cum vltra prædicta vrgeat natiuitatis
ratio:dum talis neptis ortum habuit,quã-
do eius pater in humanis agebat ſub po-
teſtate aui: & per cõſequens dicitur nata,
non in poteſtate patris: ſed aui,*§.illud, In-
ſtitut.de adop. l.emancipatum* 7. *§. fin. ff. de
ſenator.* propter quod auo ſi viueret; nep-
tẽ dotare incumberet p doctrinã *Maſcar.
de Prob.concluſ.*716.*nu.*6. *vol.*4. *& Camp.
de dote,quæſitu* 18.*fol.mihi* 199.vbi præſen-
tem terminat articulum, vnde tale de-
bitum tranſmiſſum debemus dicere videri
in fratrem:qui tenetur ex omni parte ſuã
ſororem monialem dotare.
14 Sed datò,non adeſſent bona iſta vincu-
lata: & ceſſaret obligatio ob illorum defe-
ctum;non poterit quidem maius debitum
minui, ꝙ in ſe retinet iſte frater ad ſoro-
ri in monaſterio recluſæ dotem aſſignan-
dam:cum ex alijs cauſis diues ſit, & ideo
tenetur ſororem pauperem dotare, dato
quod nil de paternis poſſideret,ita *Azo in
gloß.ad l.cum plures* 13. *ver. alio patre,ff.de
admin.tutor.* vbi etiam *Salic. & Bald.Guid.
Papa deciſ.*439.*prope finem,Theſ.dict.deciſ.*
192.*nu.*7.*& Giurba deciſ.*45.*n.*12.
Reſtat tantùm poſitis his videre deter-
15 minatione,quæ facilis ex diſcuſſione pro-
lata poterit ſequi, & non adducitur, cum
adhuc cauſa in iudicium non ſit introdu-
cta, hoc tamen pro huius cõcluſionis com-
plemento dicere non omittam, quod re-
mit-

Digitized by Google

mittitur in Iudicātis arbitrium ſuper hoc
cenſere, cum tractetur de quæſtione voluntatis, vt notatur *in l.volnntatis 7.C.de fideicomm.*

SVMMARIVM.

1 *Obſequium à liberis parentibns deberi, proponitur.*
Perſona patris sẽper sãcta debet videri filijs.
2 *Filius, ſiuè filia etiam nupta vocando patrem in indicium ſine venia pnnitur pœna 50.anreorum, qnæ patri applicatur.*
3 *Filia nnpta an ſit in poteſtate patris?*
4 *Venia, quæ petitnr per filiũ priuſqnam conueniat patrem, eſt de vrbanitate, & non de effectibus patriæ poteſtatis, nu.ſeq.*
5 *Veniam petere qui teneantur priuſqnam eornm iura in iudicijs proponant?*
6 *Fœminæ non habent filios in poteſtate.*
7 *Filius, qui eſt in poteſtate patris, ipſum patrem in iudicio connenire non poteſt, & quare.*
Lis non datur inter patrem, & filinm in poteſtate patris exiſtentem.
8 *Lis inter patrem, & filinm debet vicisſim domi eorum per ipſos terminari.*
Obligatio non cadit inter patrem, & filium, & quare?
9 *Pater, & filius pro vna reputantnr perſona.*
Actio, & paſſio non poſſnnt ſtare in eodem ſubiecto.
10 *Acta, quæ fiunt à filio contra patrem ſine venia, nulla ſunt.*
11 *Genns maſenlinum comprebendit fœmininum,*
12 *Appellatione filiorum veniunt etiam fœminæ.*
13 *Nurus non poteſt connenire ſocerum ſine obtenta venia.*
14 Muſc. *dicens, poenam 50. anreorum contra filios vocantes patrem in iudicio ſine venia non eſſe in vſn, reprobatur.*
Referenti non eſt credendum, qnando relata non ſunt vera.
15 Tex.in l.inſtitutio talis, ff.de cond. inſt. *quomodo intelligendus.*

ARGVMENTVM.

Filius, & ſimiles, in quibus conſideratur reuerentia, non poſſunt vocare patrẽ, & maiores in iudicio ſine venia.

DE FILIO VOCANTE PATREM IN IVDICIO SINE VENIA. CONC. XVII.

OBſequium à liberis parentibus deberi, non eſt nouum, cum vltra in
hoc particularia iura, eſt vniuerſalis titulus collocatus in *Digeſt. de obſequijs à li-*
1 *beris, & libertis*, vnde propterea perſona
pattis ſemper ſancta debet videri filio, vt
in *l.liberto* 9.eiuſdem præcitati *tituli*: nullatènus ſunt & plnres ingrati filij tales,
qui nihil faciunt obſequium, prout videtur de iſta filia Iulia, quæ ſine aliqua reuerentia vocauit ſuum patrem Nicolaum
in iudicio ex cauſa certi legati ſibi à patruo magno relicti, venia vlla obtenta:
quapropter ego dixi, debere puniri certa
pœna; & acta nulla declarari, dum de hoc
genitor vocatus apnd Iudices fuit conqueſtus.

Er probatur, quamuis talis filia ſit nupta; vt pœna 50 aureorum ex venia non pe-
2 tita puniri poſſit, *l.in eum 24.l.ſi ſine venia
25.l.generalitèr 14.& gl.in l.quamuis 11.ff.
de in ins vocando, l. 2. & 3. C.eod.l.expilatæ
2. cum l.ſeq.C.de crim.expilatæ hæred. Mãt.
de tacitis, & ambig.conu.vol.1. lib.12. tit.9.
nnm.12.& 14.Carau.ſuper titu 191.circa finem*, Capyc.*deciſ.*36. *num.6.* vbi *Maſul. &
Petra, iſte num.6 & ille num.4.& Ricc.coll.*
2423. vbi portat *deciſ. Balb.* 300. & talis
pœna eſt applicanda patri.

Quia non obſtat ad pœnæ exonerario-
3 nem ipſius filiæ in matrimonium collocatio, vt propterea poſſit dici libera à patris
poteſtate, & per conſequens veniam peterẽ non fuiſſe neceſſarium, dum *Conſuetudo Neapol.* quæ hoc diſponit, *Sed & mulier, de filia fam. nnbente*, non eſt ampliata
per totum Regnum; ſed reſtricta, pront loquitur tantum in Ciuitate Neapolis.

Sed dato eſſet à patria poteſtate libera,
non facit ad rem: donec vt venia requiratur, quando vocatur pater in iudicio, nõ
4 eſt de effectn patriæ poteſtatis: ſed de vrbanitate, & reuerentia, quæ ſemper parentibus debetur, vt per *Angel.Inſt.ad titnlnm
de patria poteſtate, & Petra vbi ſup.*

Quod probatur in filio emãcipato, qui
non eſt in poteſtate patris; & ſi illum vocat ſine venia, eadem pœna pnnitur, ac
5 alia corporali, ſecũdùm Iudici videbitur;
vt voluit *Petra d. nnm. 6.* ſic etiam in filio
ſpirituali, qui non eſt in poteſtate ſpiritualis patris, ſecundùm *Ricc.d.coll.*2423.
in libertino à domino manumiſſo, qui licet in eius dominio non ſit, *l. manumiſſiones 4.ff.de inſt.& iure*, non per hoc poteſt
patronum in iudicio vocare, *l.1.& ſeq.C.
de obſequijs patrono præſtandis, l.parens 5.
cum duabus ſeqq.ff.de obſeqnijs à liberis, &
libertis*; & in matre, quæ & ſi non habet filios in poteſtate, *§.foeminæ, Inſtit.de adop.*
6 nullatenus non poterit in iudicio vocari
per filios ſine venia, *l.3.§.parentes, l.paren-*

tes

ges 6.et l.generaliter 13.*ff.de in ius voc.l.qui in poteſtate* 3.vbi *Scrib.* & ſignantèr *Bal.ff. eod.*& meminerunt *DD.*ſupra citati.

Et illud, quod plus veritatem cõfirmat, eſt dicere: parentes non poſſe vocari à
7 filijs in eorum poteſtate exiſtentibus, nec cum venia, nec ſine venia, *l.3.vbi Bal.C.de in ius vocando*, etenim inter eos non datur lis, niſi ex cauſa excepta in *l. lis nulla 4.ff.de iudic.* ibi. *lis nulla nobis eſſe poteſt cũ eo, quem in poteſtate habemus, niſi ex caſtrenſi peculio*, ſequitur *text. in l. filius 20. ff. de interrog.act.l.* alias adducta *parens 5. ff. de obſeq.à lib.& lib.l.apud Celſum 4. §.aduerſus, ff.de doli exceptione, l.actiones 6.ff.de act. & oblig.* Sed bene differentiæ iſtorũ debẽt
8 domi ad inuicem diſcurrendo terminari, *l.congruentius 4.C.de patria poteſtate*, & ratio eſt, quia inter iſtas perſonas ciuilis nõ cadit obligatio, & per conſequens non datur conuentio, *l. frater à fratre 38. ff.de condit. indeb.* niſi tantum naturalis, vt in iſta *l.*probatur, licèt contrarium ſit de iure canonico, ſecundùm *Paul. de Caſtro in d.l.lis nulla, & Ant.de Cord.in princ.legis ſi quis à liberis, nu.61. ver. hoc autem, folio 6. ff. de lib. agnoſc.* quos refert *D. de Franch. dec.162.num.4.*& ratio videtur, nam dum eſt in poteſtate patris, reputantur ambo
9 vna perſona, & vox vnius dicitur vox alterius, *l.fin.§.fin. C.de impub. & alijs ſubſt.* & proinde actio, & paſſio non poſſunt ſtare in eodẽ ſubiecto, *l.Vranius 72.ff.de fideiuſſoribus*, vnde à principio ad vltimum eſt dicere; non eſſe effectum patriæ poteſtatis, vt cum venia filius ſuum in iudicio genitorem conueniat: ſed reuerentiæ, quæ cũ cadat etiam, vt eſt probatum, in dicta filia, meritò debet condẽnari ad pœnam duc. 50.& patri illa applicari.

10 Circa poſtea actorum nullitatem ſuperfluum eſt per inutilem circuitum id probare, cum diſputando quæſtionis articulũ *Capyc.ead.dec.56.n.6.*affirmatiuè concludat.

At alio modo opponitur, iura ſuperius allegata loqui in filijs, & non in filiabus, & per conſequens præfata Iulia non debet ſoluere pœnam: & pluribus ſimiliter modis iſta obiectio reſoluitur.

Primò, quia allegata iura, quæ locuntur, vt parentes non poſſint vocari ſine venia in iudicio, habent locum in matre; ſic etiam loquendo de filijs, debet extendi ad filias.

11 Secundò melius dicitur, nam maſculinum genus fœmininum comprehendit: & proinde loquendo de filijs genericè, intelligitur etiam de filiabus, *l.ſeruis legatis 79. & l.qui duos 60.ff.de leg.3.& l.ſi ita ſcriptũ, vbi Bar.ff.de leg.2.*

12 Tertiò concluditur, quod dum appellatione filiorum filiæ etiam continentur, *l. cognoſcere 56. §.liberorum, & l. liberorum 220.ff.de verb.ſign.* abſoluta res eſt: vt talis Iulia puniatur.

Nec valet, quod non ipſa filia, ſed eius vir: & ſic nurus vocauit ſocerũ in iudicio, propterea non eſt locus pœnæ contra ipſam filiam.

Ad hoc dicimus, non eſſe verum; cum in proceſſu fol.1.contrarium legatur, & ſic comparuit ipſa Iulia cum auctoritate, & conſenſu viri, vnde cõtraria videtur vxor ſuo viro contra illud, quod dicitur.

Ch'offeſi me per non offender lui.

Et eſſet periculũ ex hoc, ambos incur-
13 riſſe, & ſic in duplicem pœnam, ex regula iuris, vt idem ſit facere, vel facto auctoritatem præbere, ſed de his hactenus: quomodocunque ſit, adhuc ſumus in virido: dum eadem pœna punitur nurus vocando ſocerum ſine petita venia, qua filius vocãdo patrem, vt diximus, *l. generalitèr 13. & ibi DD.ff.de in ius voc.*durante, (vt ad præſens) affinitate, ſecundùm *Angelum in §.& contrarium, Inſt. de ſen.conſ.orfic. Maſul.* alleg.*deciſ.56.ad Capyc.num.4. & Petra ibid. num.6. Minad.in deciſ.20.& Mar. Frecc.in tract.ſuper ritu item ſeruat ipſa Curia, quod pro periurio 12.p.q.1.fol.99.*

14 Reſtat, vt tantum demus reſponſum *Muſc.p.2.gl.intimato, num.25.& 26.p.3.gl. ſimiles, in fine*, vbi *additio in lit.F.* dicit, talẽ pœnam non eſſe in vſu, & portat *Ritũ M. C.46.*cuius interpretratio abſurda ſecũdũ dictum *Authorem* eſt. Dum ait, Quod poſſint, & valeant conueniri, trahi, & vocari à quibuſcunque, vnde non poteſt dici ex his verbis, ſublatam eſſe pœnam de iure communi, nec introductum: vt ſine venia vocetur pater à filio: vnde cum *lex* relata nil ſecundùm ſe probet, nec referenti ipſi credendum eſt, *Bal.in l.2.num.45.de error.aduoc. Maſc.de prob.tomo 3. concl.1324.nu.21. Petr.de Gregor.de cenſ.quæſt.9.num.5. & 6. Cepol. conſ.ciu.38. vol.1. ſub num.4. & de Afflict. deciſ.39. num.6.* & in iſtis terminis debet intelligi *tex.in l.inſtitutio talis 10. ff. de cond.inſt.*& ideo dum hodie obſeruatur: quod nõ vocatur pater à filio in iudicio ſine venia, ita facendum eſt, vt obſeruetur pœna etiam 50. aureorum, quando ſecus fuiſſet; prorſus etenim ſuperfluum eſſet impetrare illud, quo omiſſo nullum præiudicium afferret.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Hæres morte crudelior hic per Auctorẽ figuratur.*
2 *Hæres, quaſi herus, quando dicatur, & quādo hæreditatis vires conſequitur, vſque ad num.6.*
3 *Teſtamentum quid ſit.*
4 *Hæreditas quid.*
5 *Hæreditas non adita repræſentat defunctum.*
6 *Hæreditas dicitur patrimonium hæredis, poſtquam eſt adita.*
7 *Filius an poſſit alienare paternam hæreditatem adhuc viuente patre, proponitur, & diſcutitur, vſque ad nu.19.*
8 *Hæreditas patris dicitur hæreditas filij.*
9 *Filius dicitur continuare dominium, & non illud acceptare in bonis paternis poſt genitoris mortem.*
10 *Filius dicitur hæres per actum accidentalẽ; dum naturaliter patri ſuccedit.*
11 *Dominus rei ſuæ ad eius libitum de illa poteſt diſponere.*
12 *Hæreditas alienari ab hærede non poteſt, teſtatore viuente, & quare, n. ſeq.*
13 *Beneficia conferri non poſſunt viuente beneficiato.*
14 *Obligationes contracta cum filijsfam. reijciuntur per exceptionem Macedonianũ limitatur, n.18.*
Beneficium Maced. à quo introductum dicatur?
15 *Ingratus filius paterna hæreditate indignus eſt.*
16 *Hæres nemo dicitur, niſi poſt mortem teſtatoris, & quare.*
Hæreditas dicitur patrimonium teſtatoris vſque dum viuit, & poſt eius mortem hæreditatis nomen retinet.
17 *Hæreditas viuentis pacto dari non poteſt.*
18 *Hæreditas poteſt alienari viuente teſtatore, ſi ipſe conſentiat.*
19 *Pactum de non ſuccedendo valere per deciſ. Cap.Thol. probatur.*
20 *Renunciatio facta per filiam paternæ ſucceſſioni, quando valeat, vſque ad finem concluſionis ponitur.*
21 *Iuramentum vi extortum in aliquo actu, actum non confirmat.*
Iuramentum, quod poteſt ſeruari abſque interitu ſalutis æternæ, ſeruandum eſt.
22 *Iudices ſeculares debent compellere contrahentes ad obſeruandum actum iuratum.*
Filia renuncians, quando eſt congruentèr dotata paternæ ſucceſſioni, etiam feudo renunciaſſe dicitur.
23 *Iuramentum vi extortum, ipſo iure nullum eſt, ſecundùm leges ciuiles.*
Iurans etiam per metum, debet priùs abſolui à iuramento, & deinde venire aduerſus contractum, iuratum, ſecundùm veram praxim.
Ius canonicum, & non ciuile in materia peccati attenditur.
24 *Periuri ob non obtentam abſolutionem à iuramento, excluduntur à petitione cauſæ, ſuper qua iurarunt, nec amplius poſſunt abſolui.*
25 *Renunciatio filiæ quando procedere poſſit, remiſſiuè ponitur.*
Materia rerum debet tractari ſub congrua quæſtione.

ARGVMENTVM

Hæres, ſiuè ſuus, ſiuè extraneus ſit, an poſſit alienare hæreditatem, in qua eſt inſtitutus, viuente adhùc teſtatore, diſceptatus.

DE HÆREDITATE, VEL ACTIONE VENDITA. CONCL. XVIII.

PRoniores ſunt ſæpè inſtituti ad capeſſendam hæreditatem, quam diſponentes ad vltimam eorum proferendam deliberationem, vnde priuſquam defunctus induatur, & exportetur ad tumulum, hæres obiti teſtatoris domum expoliat ad ſibi conſequendum dominium: at hoc parum quidem eſſet, ſi his peiores nō eſſent nonnulli, qui prius dominum proprijs bonis priuant; quàm ille vita per occaſum orbetur, vnde morte crudeliores poterũt
1 nuncupari, quapropter tantam hic ego increpando prauitatem, volui videre; ſi bona hæreditaria ſuſcepta, adhùc teſtatore viuente, in alterius dominium titulo alienationis quocunque transferri poſſint.

Et breuitèr reſoluitur dubitatio: alienari non poſſe, & facta alienatione, illam non valere: quia habet principium, à quo
2 non poteſt incipere: dum hæres; & ſi quaſi herus dicatur, hoc nomen meretur poſt mortem teſtantis, à qua vires recipit, vt ex teſtamenti deſcriptione colligitur, cum
3 dicatur, eſſe volūtatis noſtræ iuſtam ſententiam de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit, *l.1.vbi gloſſ. ff.de teſtam.* & hæreditatis definitio hoc idem ſatis clarè demonſtrat, cum ſit ſucceſſio in vniuer-
4 ſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis, *l.hæreditas 63.ff.de regulis iuris, Menoch.de præſump.lib.4.vol.2.præſump.n.21. Hippolyt.Maia conſulta.6.nu.3.p.1.* itaque cum de defuncto loquatur, in viuo non procedit: vltra quod comprobatur ſententia, vt poſt mortem teſtatoris hæreditas ſit ſucceſſoris, de eo, quod dicimus, vt hæ-

5 hæreditas non adita, donec adeatur ſem-
per repræſentet defunctum, §. *ſeruus etiam
alienus, Inſtit. de hæred. inſtit. & Inſt. de ſti-
pul. ſeruorum, in principio, ver. ſed & hære-
ditas, l. hæreditas in multis 61, ff. de acquir.
rerū domi. cum hæreditas 9. C. depoſiti Guid.
Papa deciſ. 261. in fine, & Præſ. de Franch.
deciſ. 101. num. 8,* Vnde ſi debet præcede-
re mors teſtantis, & deinde hæreditas ac-
ceptari; poſt quam aditionem poteſt dici
hæredis patrimonium, vt per peritiſſimū
6 *D. Conſiliarium D. Franc. Merlin. controu.
forenſ. cap. 3. num. 15.* alienatio igitur de
hereditate prædicta teſtatore viuente non
valet.

Procedunt nullatenus hæc firmata in
hærede extraneo; ſed eſt videndum, quid
de ſuo, ideſt filio, an viuente patre teſta-
7 tore poſſit alienare bona hæreditaria pa-
terna?

Et ad hoc adducitur affirmatiua opi-
nio, ex eo, q. a hæreditas patris, filij dicitur
poſt genitoris mortem, ſecundùm *gl. in l.*
8 *de quæſtione 30. ver. aliena, C. de Pactis*; &
per conſequens poteſt de ea diſponere;
dum mors parentum non expectatur, vt
poſt eam dominium acquirant liberi:
ſed vt conuenientia ſeruetur, & quod hoc
ſit verum, probatur ex apertiſſima verita-
te, dùm filij, paternum poſt obitum dicun-
tur poſſeſſionem continuare, & non ac-
9 ceptare bonorum patris de nouo; *l. in ſuis
11. ff. de lib. & poſthum. Inſtit. §. ſui autem
Inſtit. de hæred. qual. & diff. gl. in l. fin. §. eum
igitur, ver. immiſcuerit, ff. de iure delib.* Vn-
de propterea optimè dixit *Card. Mant. de
tacit. & ambig. conuent. vol. 2. lib. 14. tit. 19.
num. 4. 10. & ſeq.* quod filius eſt hæres per
10 cauſam accidentalem: nam ſucceſſio ei
debetur de iure naturali: dum pater inſti-
tuit fillum hæredem vti filium ab eo ge-
nitum, cui naturaliter tenetur, & non vti
extraneum; ex aperto *text. in cap. ius natu-
rale 7. vbi gloſſ. verſ. ſucceſſio. 1. diſt. & cap.
1. de teſta. in 6.* itaque ex his cum appareat,
dominum eſſe de rebus paternis, poteſt
ad eius libitum diſponere de illis, per *tex.*
11 *in l. in re mandata 21. C. de mandati*, & ſic
dicamus, alienationem factam patre non
adhuc mortuo eſſe validam.

Eſt etiam, & circa perſonas filiorum
pro alienatione paternæ hæreditatis non
obſtantibus adductis, vera magis in con-
trarium opinio, quæ ſubſtinetur; cum
filiatiō vllum hic operetur effectum, & eſt
cenſendum itidem, quod de extraneo di-
12 ctum eſt, vt probatur in *l. finali, vbi gl. C.
de pactis, l. nec nos 4. C. de captiuis, & poſt-
lim. reuer. ibique* ſimiltèr *gloſſ. verſ. tranſigi,*
concordantia indicante, & docet *Man-
tica de tac. & ambig. conuent. vol. 2. tit. 33.
lib. 13. num. 2.* & rationes ſunt diuerſæ.

Prima eſt, quæ aſſignatur in *d. l. fin. §. ſed*
13 *nobis*, quia ſi permitteretur, eſſet modus
captandæ mortis. ibi, *& plene triſtiſſimi,
& periculoſi euentus*, nam forſan filius in-
ſidias ꝓpter hoc vitæ patris pararet; vt in
ſimili videmus, beneficium nō poſſe con-
ferri in alterum, ſi adhuc beneficiatus vi-
ueret, ex ead. adducta ratione, vt probatur
in *cap. accipimus 5. vbi gloſſ. de pactis*, vnde
propterea prudentiſſimus legislator *Vl-
pianus lib. 28. ad edict. in l. 1. ff. ad S. C.
Maced.* introduxit, obligationes factas à
14 filijsfamilias ſub ſpe futuræ ſucceſſionis
ad illatum extinctionem non valere: cum
paternæ vitæ eſſent ipſę obnoxiæ: licèt hu-
ius laudabilis prouiſionis fuiſſe inuento-
rem non *Vlpianum*, ſed *Veſpaſianum Impe-
ratorem Rom.* teſtetur *gloſſ. Flor. in d. l. 1. ad
Macedonianum.*

Secunda eſt, nam cum ſtatus hominis
ſic mutabilis, poteſt eſſe, quod filius ſuc-
ceſſionis incapax efficiatur, vel per in-
15 greſſum Religionis non poſſidentis in
communi, vel per delictum, vel per ſerui-
tutē, vel per ingratitudinē, per quam pa-
terna hęreditate priuatur, vt in *§. cauſas,
auth. vt cum de appellatione cognoſc.* vel per
mortem, cum videmus ordine mortalita-
tis controuerſo, prius decedere genitos,
quam genitores, vt legitur *in l. nam & ſi
parentibus 15. ff. de inoff. teſtam.*

Tertia eſt, nam, vt diximus ſupra, nemo
poteſt eſſe hæres, niſi poſt teſtantis obitū,
vt probatur in *l. neminem 26. ff. de acq. vel
amitt. hæred.* ibi *Neminem pro hærede gere-*
16 *re poſſe viuo eo, cuius in bonis gerendum
ſit Labeo ait*, & eſt huius rationis ra-
tio, nam hæreditas viui nulla eſt, cum ſuū
dicatur æs, & non alienum, *l. 1. ff. de hæred.
vel actione vendita, l. qui hæreditatem 19. l.
ſi quis mihi bona, §. iuſſum, & l. qui ſupeſtitis
93. ff. de acq. vel amit. hæred.* vnde cum alie-
netur hæreditas à filio, cuius (patre non
defuncto) non poteſt dici, ſuccedit conſe-
quentia, non valere alienationem prædi-
ctam, non entis etenim nullæ ſunt qualita-
tes.

Quarta, quia tolleretur libera teſtandi
facultas, ſi leges permitterent talem alie-
nationem, dum ſi filius hæres diſſiparet
bona, hæreditatemque alienaret, & conſi-
lio in melius per patrem mutato, ac liberi
priori bona deprauata conditione vellet
alias diſponere, impediretur per verſum.
Ignudo huom, che nō hà come può porgere?
nā non haberet ſuper quo iterū teſtare-
tur, vnde propterea in *deciſ. Capellæ Tho-*
17 *loſanæ* legitur, vt viuentis hæreditas pa-

ἑto dari non poſſit *deciſ.* 453.*num.*2.quod
adeo eſt vetitum, vt ſi hæres hæreditate
teſtatoris fuiſſet dignus,mortis eius tem-
pore per dictam alienationem poterit il-
la priuari.quæ cum ſit inualida,ad ipſum
dominum ſpectat,nec vnquam eius deſijt
eſſe,ita *Cardin.Mantica d.tit.*33.*lib.*3.alias
citato,*num.*2.3.*&* 4. nam multum differt,
vt alienandi facultas ſit conceſſa tempore
initi contractus,ſiuè diſpoſitionis, vel po-
ſtea, à tempore legitimo, quo fieri debet;
vt dixit idem *Mantica eod. tract. lib.*22.*tit.*
21. *num.*46. & ſic filius quamuis per hæ-
redis inſtitutionem,vel legitimam ſucceſ-
ſionem ab inteſtato valeat habere liberam
poteſtatem ſuper paternis bonis,intelligi-
tur, vt tempore permiſſo poſt genitoris
obitum poſſit diſponere: & non tempore
inſtitutionis,quia tunc licèt poſſit dici,vt
habeat potentiã ſecundũ præſentem iuſti-
tiam, cum ſit hæres factus, non per hoc
cõceditur, vt poſſit habere actum, & ideo
ſumitur optimè ex hoc, inanem eſſe po-
tentiam,niſi ad actum reducatur.

Fallit tamen,vt poſſit alienatio fieri ab
hærede, viuente teſtatore, & facit ſecun-
dùm opinionem primo adductam, & re-
probatam, quando teſtator ipſe conſen-
tiat, & conſenſus vſque ad mortem perſe-
uerat,*l.fin.vbi Alexa.& Salyc. C.de pactis,*
18 *& Card. Mantica eod. tit.*33. *num.*4. & ſic
videmus, non ex perſona hæredis, ſed te-
ſtatoris actum conualidari: quod eſt ve-
rum:nam ſi, vt dictum eſt,conſenſus ab eo
præſtitus non perſiſtat vſque ad necem:
alienatio non valet, & in ſimili videmus,
quod etſi exceptione Macedoniani obli-
gatio filijfam.tueatur,nullatenus ſi patre
permittente contrahat, obligatio tenet,
& conuenitur, vt *in l. ſi permittente* 4. *vbi
Paul.de Caſtro,C.ad ſenat.conſ.Maced.*quia
modò ceſſat periculum captandæ mortis,
vnde ex omnibus ſupra adductis, opti-
mam poterimus concluſionem firma-
re:quod dum non tenet alienatio hæredi-
tatis facta ab hærede viuente teſtatore: vt
nec minus poſſit valere pactum de ſucce-
dendo,cum inducat, & votum captandæ
mortis,& tollat liberam teſtandi faculta-
tem; ſed bene firmum erit de non ſucce-
19 dendo,ſi ſtipuletur,vt in *cap.quamuis pa-
ctum* 2.*de pactis in* 6. & in terminis fuit de-
ciſum in ſuperius adducta *deciſ. Capellæ
Tholoſ.*453.

Qua ex doctrina inferri poterit, pactũ
filiæ congruenter dotatæ à patre de non
ſuccedendo in eius hæreditate,valere,pro
vt hodie communis vſus inoleuit: dum
20 omnes mulieres in valuis Eccleſiæ renũ-
ciant ſucceſſionibus ab inteſtato ſuorum
maiorum,cum ſint legitimè dotatæ.

At nota,iuramentum requiri in tali re-
nunciatione, vt valida ſit: & liberè adhi-
beatur: nam ſi per metum præſtetur,non
tenet,vt in *d. cap.quamuis pactum.* Ibi *ſi ta-
men iuramentum non vi, nec dolo præſtitum
firmatum fuerit*, ac ſimiliter notauit *gloſſ.*
21 *ver.non vi,& D.Thom. cum Caiet.*2. 2. *q.*
89.*art.*7.*ad tertium argumẽtum*, & facit ſi-
militer *tex.in cap.*2. *de iure iur. in* 6. *cap.ad
aures* 3.*cum cap. ſeq. de ijs,quæ vi, metuſue
cauſ.fiũt,& c.cum contingat* 28.§.*nos,de iu-
re iur.* Et ratio ſupra firmatæ ſententiæ
eſt, quia cum licita ſit pactio fauore ma-
ſculorum, & iuramentum ſine interitu
æternæ ſalutis poteſt ſeruari, obligat, &
validat renunciationem prædictam, ita
*gloſſ.*1.*in d.cap.quamuis pactum. & Adden-
tes ad dictam deciſ. Capellæ Tholoſ.*453.*ſub
nu.*4. & Iudices ſeculares debent operare,
22 vt obſeruetur iuramentum hoc, ad quod
poſſunt compelli per Ordinarios locorũ
mediantibus cenſuris, *cap.adminiſtratores
26.in ord.*23.*quæſt.*5.*& cap.*2. *vbi gloſſ.de
iure iur.in* 6.

Quod ampliatur, vt cenſeatur talis re-
nũciatio procedere in ſucceſſione feudi,
23 vt per *conſilium Bald.*369.*num.*3. conclu-
dit *Gaſpar de Leo in Conſuet. Et ſi teſtator,
de ſucceſſionibus mor.ſine filijs,lit.G.fol.mi-
hi* 178.& ad hoc adeas *Roſẽt.de feudis*,qui
quomodo hoc intelligatur, declarat *to.*1.
*cap.*7. *concluſ.*45. *num.*11. *&* 12. *vbi Ad-
ditiones in lit.M.*

Si itaque per vim,aut metum in hac re-
nunciatione ſit iuramentum extortum:
quamuis non valeat actus, vt in iuribus
nuper citatis patet: nullatenus non per
hoc poterit aduerſus Sacramentum re-
nuncians filia ſuccedere, petens ex ſe ve-
nire,ſed debet abſolutionem petere: nam
licet de iure ciuili iuramentum vi,aut do-
lo ad libitum ſit ſtatim ipſo iure nullum,
vt in *auth.ſacramenta puberum,C.ſi aduer-
ſus vend.* nullatenus de iure canonico,cui
in hac materia ſtandum erit per *D.de Af-
flict.deciſ.*322.*num.*5.cum de peccato aga-
tur,*gloſſ.in cap.*2.*de iure iur.in* 6.debet ab-
ſolui priuſquam aduerſus renunciationẽ
venire queat,vt docuerunt *Archidiac.in d.
cap.quamuis pactum,& Innoc.in cap.vene-
rabilem,de elect.*vt idem dicimus de mino-
re, quando eſt læſus, vel ex capite igno-
rantiæ,vel ex capite læſionis,& vi,aut me-
tu iurauerit,vt non poſſit venire aduerſus
actum iuratum,niſi à iuramento abſolua-
tur,quæ eſt omnium communis obſeruan-
tia, & praxis,ſecundum *Iacobum Cancerium
variar.reſolut.cap.*1.*num.*295.& innume-
ros connumerat Auctores,*D. de Afflict.d.*
deciſ.

deciſ.322. à num.2. vſque ad 4. quibus alios cumularem, ſi foret opus, & ideo cum ſuperfluè poſſent reputari, eos omitto: tantum hoc dicam; quod ſi ſecus actum fuerit, tàm per minores, quàm per mulieres, periuri debent cenſeri, & ab eorum pe-
24 titione excluduntur, & amplius abſolui à iuramento priuantur pro effectu tali, ob periurium primæuum actionem proponendi: ita ſingulariter *Cancer. vbi ſupra nu.296. Parlad. Bero. Rol. à Valle*, & alios recitans, ac ego de hac materia iuramenti dixi latius *in rubr. de reuoc. donationibus.*

De renunciatione iſta demum propoſi-
25 ta, an valida ſit, vel non, & an ea non obſtante poſſit ſuccedere filia, in quibus, & quando, adeas *Aut. de Alex. Aut. Capyc. Cam. Salern.* & reliquos *Scribentes ſup. Conſuetudine Neapol. Si moriatur, de ſucceſſion. ab inteſtato, à f.81. vſq. ad* 90. cum extrà limina concluſionis huius, ſi circa renunciationem dicerem, me extenderem, quod videretur improbabile per *text. in l.2. ff. de ſtatu hom.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex Dei miniſter eſt.*
Deus in iuſtitia, & in veritate viuit.
Lex bona eſt, ſi quis ea legitime vtatur.
2 *Iudex creari ne quæras, ſi virtute non vales irrumpere iniquitates.*
3 *Caſus concluſionis ob crudelem euentum proponitur.*
4 *Homicida non habet vitam in ſe manentē.*
Peccati finis mors eſt.
5 *Sanguis interfectorum clamat vindictam apud Deum.*
Deus memor promiſſorum, promiſſa non fallit.
6 *Defenſiones ſunt reis concedendæ.*
Defenſio eſt de iure naturali, & per Imper. Papam, aut ſtatutum non poteſt tolli.
Statutum, quod tollit defenſiones, non tenet.
7 *Defenſiones hæreticis non poſſunt auferri; immo nec diabolo.*
8 *Defenſiones Iudicis officio, etiam reo non petenti ſunt dandæ: imò & aduerſus propriam confeſſionem ipſius poſſunt concedi.*
9 *Reus defenſionibus renunciare non poteſt.*
10 *Sententia aduerſus reum confeſſum, & cõuictum, & non renunciantem defenſionibus, valet, ſi proferatur.*
Reus petens defenſiones non condemnabitur, ſi prius ei non concedantur.
11 *Defenſiones in notorijs nõ conceduntur cum caſus euentu.*
12 *Tortura quando poſſit inferri ex proceſſu informatiuo?*
13 *Torturam inferendi ex proceſſu informatiuo M. C. tantùm conceſſa eſt facultas; ſed contrariam ſuſtinetur, cum praxi, num.*14. *& corroboratur, num.*15. *&* 23.
15 *Defenſio non aufertur reo per torturam, quæ ei infertur ex informatiuo.*
16 *Tortura ad euitandum dolores debet inferri poſt reo conceſſas defenſiones.*
17 Rouit. *opinio in duobus locis adducitur, in quibus ſibi contrarius apparet.*
Barones, & Neapolitani ob ſpeciale priuilegium non poſſunt torqueri ex informatiuo.
18 Camp. & Capib. *aſſerentibus, non poſſe torqueri reum ex informatiuo reſpondetur, & num.*19. *&* 20.
19 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.*
20 Tex. in cap. Regni Si cum ſceleratis *explicatur, & num.*21.
Dictio taxatiua, tantum, *vltra expreſſum caſum non extenditur.*
21 *Odioſa diſpoſitio eſt reſtringenda, & fauorabilis amplianda.*
22 *Ritus M. C. ab omnibus alijs inferioribus Curijs ſunt ſeruandi.*
M.C. eſt exemplum omnium Curiarum inferiorum.
23 *Liquidatio inſtrumentorum olim poterat tantum fieri in M.C. ſecus hodie.*
Laudatur D. Eliſeus Danza.
24 *Proditorium homicidium grauiſſimum; & multa de proditore traduntur.*
Proditor quis dicatur?
25 *Proditoriè delinquens, non gaudet immunitate Eccleſiæ.*
Et quid de homicida voluntario?
26 *Proditoriū non includitur in generali Principis gratia, niſi fiat expreſſa mentio de eo.*
Laudatur Io: Baptiſta Thorus.
27 *Proditorium eſt de enormibus.*
28 *Fama publica quid operetur, remiſſiuè traditur.*
29 *Fama publica etiam in criminalibus ſuos ſolitos producit effectus.*
30 *Fama per quos teſtes eſt probanda; & quomodo teſtes debeant de ea deponere.*
31 *Viſus cum enſe euaginato propè delicti locum, ipſe præſumitur delinquens.*
32 *Fuga, & abſentatio poſt delictum quid operetur, remiſſiuè.*
33 *Confeſſionis extraiudicialis effectus etiam in criminalibus remiſſiuè ponitur.*
34 *Contumacia aduerſus contumaces multa producit, remiſſiuè.*
35 *Probatio, quod delinquens eſt ſolitus delinquere, ipſi multum nocet.*
36 *Praxis circa ratificationem in confeſſione ad cordam factam ponitur.*

Digitized by Google

37 *Socij criminis depoſitio eſt ſufficiens ad torturam, quando difficilis probationis eſt delictum.*

38 *Reus per indicia indubitata conuictus, condemnari poteſt.*

Iudicium quid ſit.

39 *Geminatores delictorum non ſunt liberandi, ſed omninò condemnandi.*

40 *Conſuetudo delinquendi per binum actum inducitur.*

41 *Conuictus per indicia indubitata poteſt eſſe reus.*

42 *Reus conuictus torquendus eſt; ſed quomodo. praxis oſtendit.*

Conuictus, dato non ſit confeſſus, eſt cõdemnandus.

43 *Tortura quando infertur reo plenè conuicto, quæ erit adhibenda cautela.*

Et quid ſi Iudex contrarium faciat, ad quid teneatur?

Tortura infertur in ſubſidium probationum.

44 *Inquiſitus plenè conuictus, à condemnato non differt.*

46 *Conuictus prius condemnatur, & deinde tormentatur, cum praxi.*

46 *Conteſtatio litis quando dicatur facta in criminalibus, practicatur.*

47 *Appellare reus, quando eſt conuictus, non poteſt, & ſignanter quando eſt cauſa homicidij, & ſi appelletur, non impeditur ſententiæ executio.*

48 *Termino elapſo pro defenſione reorum cõceſſo, amplius is non prorogatur.*

49 *Nominatio teſtium cauilloſe ſi petatur; quid agendum? remiſsiuè.*

50 *Tortura, quando plures ſunt inquiſiti, à quo debeat incipere, per praxim oſtenditur.*

51 *Torquendus reus, ſi incãtationibus vtatur, quid agendum?*

Secreta remiſsiuè ponuntur, quæ dantur aduerſus reorum ſortilegia, vt confiteantur.

52 *Homicida debet reddere animã pro anima.*

ARGVMENTVM.

Tortura quãdo, & à quibus ex proceſſu informatiuo inferri poſſit, & an per indicia reus conuincatur.

DE INDICIIS, ET TORMENTIS. CONCLVS. XIX.

QVoniam Iudex Dei miniſter cenſetur, dum eius vice iuſtitiam exercet in humo, ex dictis *Gramm. voto 3. nu. 25. & de Aff. decis. 391. nu. 8.*
1 iuſtus, prudens, purus, fortis, & temperatus eſſe debet, ex eo, quia Creator omniũ in iuſtitia, & veritatè viuit, ſecundùm *tex. in cap. ſi Chriſtus 26. §. Iacobus, vbi glo. de iure iur.* & adeo his requiſitis oportet ſe eſſe ornatum, quod eius exemplum cũctis debet eſſe patens, & tanta in eo requiritur prudentia, quod eſt neceſſe, vt ſciat eligere bonum, & reprobare malum, nam alias incidit in ſententiam *Apoſtoli ad Timoth. 1.* ibi *A quibus quidam aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis latores, non intelligentes, neque quæ locuntur, neque de quibus affirmãt: ſcimus autem, quia bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur*, quapropter tàm ex parte eligentis, quàm electi diutina requiritur conſideratio, vt iſte eligi minimè patiatur, ſi virtute non valet
2 iniquitates irrumpere, ſecundùm *Eccleſ. 7.* & ille ad iudicium non vocet, quem poteſt inhabilem dignoſcere, alias etenim vtrique ſubiacent pœnis: eligens ex mala electione, quæ eſt in culpa, & electus, quia vocatus ad reddendum ſuum finale compotum, habet formidare illam Dei ſentẽtiam: *ſicut egiſti, retribuetur tibi*, & licèt in omni iudicio talia concurrere debeãt: nullatenus quando de criminibus perſonarum tractatur, dum agitur de toto aſſe, præcipuè ſeruari debent, & hæc fui præfatus, cum criminalis ſit præſens mea concluſio ob ſequentis facti occaſionem.

Dum nonnulli Excellentiſſimi Principis Venuſij vaſalli, vlla cauſa exiſtente
3 ſecuris necarunt quendam innocentem de menſe Septembris 1639. noctis tempore intus quodam nemus, ſic occultè, quod vix inuẽctus poſt multos dies, potuit Curia inquirere ſuper delicto in genere: inde nõ tẽporis multo decurſo ſpatio interfecerũt ijdẽ prius occiſi patrem de meridie in medio habitationis, vnde vxor nõ tantum marito, verum etiam & filio ſuo priuata, per viam electionis fori cauſam introduxit in Regiam Salerni Audientiam, quæ poſtea fuit tranſmiſſa ad M. C. vbi ad præſens reperitur, ſed tali introductione non obſtãte fuerunt per Curiam Baronalem tranſacti, & reducti ad libertatis, atq; quietis ſtatum, quamuis d. M. C. dixiſſet, cauſa remaneat. Poſtmodum adhuc non elapſo anno à die eorum gratiæ, & concordiæ duo prædictorum delinquentium cum tribus alijs cõſocijs, vti diaboli proles proditoriè, deliberatè, & appenſatè, ſine quare, ſed tantũmodò eorũ imperante prauitate, illum à quo grata receperunt beneficia, tunc temporis, quo prima duo relata delicta patrarunt, ſimilitèr cum ſecuris interfecerunt intus quandam opacam ſyluam, in quam occiſus amicabiliter, ſub fidelitatis vmbra fuit conductus

die

Digitized by Google

die 18. Iunij 1641.
Et quoniam homicida nõ habet vitam
in ſe manentem, ſecundùm Io.3. propter
peccati effectum, finis cuius mors eſt, vt
dixit Paul. ad Rom. 6. Diuinam ob proui-
4 dentiam ſtatim poſt hoc deteſtabile com-
miſſum homicidium fuernnt capti, & ad
inſtitiæ conſpectum ducti, etenim Geneſ.
ſcriptum eſt, Vindica Domine ſangninem
5 noſtrum, & meminit Borr. ſnmma deciſ. vol.
2. tit. 33. num. 18. & tunc præcipuè, quando
Deo remittitur, iuxtà Eccleſ. 28. & legitur
apud Panl. ad Rom. 12. Mihi vindicta, &
ego retribuam, quam quidem promiſſionẽ
tanta SAPIENTIA vnquam fallit, vt af-
firmat Petrarch. in Trinmph. Dinin.

Ripoſe nel Signor, che mai fallito
Non hà promeſſa, à chi ſi fida in lni.
Mà veggio ben, che'l Mõdo m'hà tradito.

Iſtorum iam vnus pro Fiſci teſte fuit
admiſſus, qui depoſuit veritatem: ſed fa-
cto cauſæ Commiſſario Domino meo ob-
ſeruando V.I. D. Iacobo Adinolfo, iſte an-
te omnia volens procedere ad expeditio-
nem illius, decreuit ſua ſolita ſolertia,
ipſum teſtem correum ad torturam expo-
ni die pennlr. Auguſti 1641. ad conualida-
tionem ſuæ atteſtationis; qui cum confir-
maſſet omnia, & ſingula per eum dicta:
ſequenti die poſtea extra locnm peden-
tondoli, & ceſſatis tormentis, ſuas ratifi-
cauit confeſſiones.

Inſuper vltra iſtius depoſitionem ſunt
& multæ aliæ ſuper diuerſis in delicto ſci-
tu neceſſariè, de quibus infra.

Sed volens examinare dictos inqniſitos
affatus D. Commiſſarius, vt eis lis conte-
ſtaretur, ſtatim conceſſit terminum ad ſe
defendendum; vnde fuir apud quoſdam
dubitatum: an ſint reis concedẽdæ defen-
ſiones, & an ex proceſſu informatino, (dũ
præſupponebatur, cum aliqua rigoroſita-
te eſſe iuſtè contra hos talibus ſceleribus
annotatos procedendum) poſſit inferri
tortura: vnde

Circa primam dubitationem, vt reis
debeant defenſiones concedi, regularitèr
6 procedit affirmatina ſententia, cum iure
naturali ſit defenſio introducta, quæ au-
ferri non poteſt, l. vt vim 3. ff. de iuſt. & iu-
re, l. 1. §. cùm arietes, ff. ſi quadrup. paup. feciſſe
dieatnr, l. vnins 18. §. cognicurum, vbi Bart.
ff. de qnæſtion. quapropter non poſſe tolli
per leges ciuiles, & ſic per Papam, aut
Imperatorem, voluerunt Marſ. & allegati
per eum conſ. 16. num. 22. 23. & 24. vbi ſub-
dit, ſtatutum non valere, quando defenſio-
nes tollit, & corroborant dicta Nelli de
Ban. 2. p. 2. temp. nnm. 2. fol. mihi 212. idem
Marſ. conſ. 25. num. 53. conſ. 31. num. 41. 42.
& ſeq. conſ. 73. num. 50. 51. & 52. conſ. 81. in
fine, & in §. qnoniam ſuæ pract. num. 77. &
§. vltima quæſtio, à nnm. 19. vſque ad 22.
Gram. voto 30. nnm. 9. & 10. Ioan. Anton.
Rub. de poteſtate procuratoris, nu. 314. Boſſ.
de indicijs latiſsimè multos congerendo
nnm. 76. Franc. Caſon. rubr. ne reus per ali-
qna indicia, num. 18. & ſeq. Clar. in §. fin.
qnæſt. 49. num. 13. & ſeq. Reg Ronit. ſuper
pragm. 1. de bonis proditorum, n. 19. ſequitur
idem Gram. deciſ. 36. num. 52. & D. de Affl.
deciſ. 391. num. 3. & ſeq. quod adeo eſt ve-
rum, vt nec hęreticis eſſe negandas defen-
7 ſiones, docuit Gnndiſſal. de Villadiego de
hæret. qnæſt. 11. in princip. immò nec minus
diabolo, ſecundùm Vant. de nnllitat. ex de-
fectn cit. num. 3. fol. mihi 187. à terg.

Vnde tanta veritas ampliatur: vt etiam
reo non petenti concedendæ ſint ex Iudi-
8 cis officio, l. defenſionis facultas 7. C. de iure
fiſci, lib. 10. & facit tex. in l. acta 45. §. fin. ff.
de re iud. Marſ. conſ. 60. num. 22. Par. de Pu-
teo de ſindic. ver. An poteſtas, qni per tot. &
præcipuè num. 13. Vant. de nnllit. ver. quis
poſsit dicere de nnllitate, num. 13. Boſſ. in tit.
de confeſsis, nnm. 12. & 15. Idem Marſ. §. nũc
videndnm ſua prax. crim. num. 7. de Afflict.
ſuper Conſtitutione Inſtitiarij, nnm. 2. rnbr.
qual. Inſtitiarij, & ſuper Conſtit. Item dura,
de inqniſit. faciendis, nnm. 2. DD. ſuper cap.
Regni Si iuſtè, de appellat. à tormentis, n. 32.
& 52. & Capiblanc. ſingul. 39. & 40. & ſup.
pragm. 1. vol. 1. nn. 23. de Baron. qni in for-
tioribus terminis concludit, vt etiam ad-
uerſus propriam confeſſionem defenſio
concedenda ſit: ex eo, quia confeſſus va-
let dicere, quod licèr acceptauerit homi-
cidium: tamen illud patrauit ad eius vitæ
defenſionem: vel alio modo ſe exculpan-
do, quod cauſalitèr forſan illud commiſit,
dando operam rei licitæ, ad quod ante
dictum Capiblanc. vide Guid. de Suzaria in
tract. de indicijs, & tortnra, ſiuè Addentes ad
eum, nnm. 49. & 65.

Ampliatur inſuper, vt nec minns reus
9 volens, poſſit, vt ex Gramm. voto 7. nnm. 6.
per ſingularem gloſſ. in l. pactum inter hæ-
redem 47. ff. de pactis, ſequitur Par. de ſindic.
ſupra cit. ver. an poteſtas, qui num. 11. & ſeq.
vbi Innoc. Cyn. & alios refert, & de Afflict.
deciſ. 391. defenſionibus rennnciare, &
comprobat Caſon. vbi ſupra nnm. 20.

Sed tamen, ſi reo confeſſo, & conuicto,
& non petente, nec renunciante defenſio-
10 nibus: Iudex eũ condẽnauerit: valet ſen-
tentia: ita elegãtèr tradidit Angel. in tract.
maleficiornm, rubr. Qui Iudex dictis inqui-
ſitis, nu. 2. Par. nuper citato verſ. nnm. 7. &
ſeq. & Boſſ. in alias relato tit. de Confeſsis,
num. 9. & 14. Sed ſi reus defenſiones ex-
preſ-

Digitized by Google

preſsè petierit, priuſquam ei concedãtur,
non poterit condemnari,& ſi condemna-
tur, eſt nulla condemnatio, ſecundùm
Clar.§.fin. q.49.num.13.

Limitatur poſtmodum affirmatiua iſta
collocata ſententia, vt poſsint reo defen-
ſiones denegari (nam propterea ego dixi
regulariter) vltrà diuerſos caſus, qui per
11 *DD.* traduntur in delictis notorijs, quæ
defenſiones admitti minimè patiuntur.
*Clar.§.fin.quæſt.8. num.1. & ſeq. Foller.in
ſua pract.crim.rub.Item quod fuit captus in
flagranti crimine,nu.2.& Gramm.decis.36.
num.54.55.56.& ſeq.* quia in his ordo eſt,
ordinem non ſeruare, ſecundùm eundem
*Foller. in rubr. quod fuit captus,num. 3. &
Gramm.vbi ſupra,num.57.*& ego vidi ſer-
uatum in Alma Parthenope die 26. Apri-
lis 1640. Regijs tunc vacando Tribunali-
bus, nã cum quidam aſſaſſinus interfeciſ-
ſet certum ſigniferum in Vico propè ſedi-
le de Capuano, acclamarunt in eum, vt
mos eſt in ipſa Ciuitate, nõnulli inſpecta-
rores, & caſualitèr contra facinoroſum
venientibus duobus muratoribus,illum
inſequi cęperunt ſic,quod Deo permittẽ-
te,iam fuit ab eis apprehenſus in largo S.
Io. de Carbonara, & cum aliquibus mili-
tibus, qui inde ſuperuenerunt exportatus
recto tramite ad M.C.V.corã ipſius Iudi-
cibus,qui adhuc erant in Aula, dum de
mane fuit commiſſum delictum, audito
caſu, omnes fuerunt in voto condemna-
tionis, ita & talitèr, quod non in carceré,
ſed in Capellam fuit ſtatim detruſus, vt
ibi ſe pęniteret, eodem die, & in eodem
loco, vbi fuit captus cum acceleratione
iuſtitiæ hora decima nona furcis ſuſpen-
ſus vitam finiuit, quem ordinem proce-
dendi licito iure, ad hoc vt tot integerri-
morum Iudicantium celebretur ſolertia,
docuit,& confirmauit *Par. in d.verſ.pote-
ſtas,qui,num.12.*

Ex his igitur latiſsimè colligitur,præ-
fatos reos eſſe ad defenſam admittendos,
& iſta ſatis circa primam propoſitam du-
bitationem.

Quò verò ad ſecundam, an tortura
poſſit inferri ex proceſſu informatiuo, re-
gularitèr procedit negatiua ſententia ex
12 communi omniũ *DD.*ſchola: dummodo
C non agatur de enormi delicto tũc etenim
receditur à communi regula, & ſcriben-
tium ſententia, & ſine iuris ordine proce-
dendum erit, prout inter reliquos fir-
mat *Barthol. de Capua in cap. Caroli Regis
II. de Inquiſitionibus, nu.70.col.2.fol.mihi*
D 143.& ſic deciſum ait *de Affl.decis.391.*

Nullatenus iſta facultas procedendi nõ
ſeruato iuris ordine ad torquendum, ſci-
licet reum ex proceſſu informatiuo, tan-
13 tum Iudicibus M.C.V.videtur permiſſa,
ob eius præheminentiam,ita *Camp.in c.Si
cum ſceleratis, de Prahem.M.C.n.4.* quem
ſequitur *Capibl.ſup.pragm.* 8. *p.1. vol.1.n.
75.76.77.cum plur.ſeq.* vbi ſimiliter aſſerit,
præheminentiam talem adeo tantum di-
ctæ M.C. eſſe conceſſam, quod nec minus
Regijs Audientijs Prouincialibus eſt cõ-
municata: dum ex ſpeciali priuilegio
Regis Roberti, vt in *d. cap.Si cum ſcelera-
tis* legitur,dictæ ſolummodò M.C. affata
authoritas fuit permiſſa.

Attamen in contrarium, opinionem
veriorem exiſtimo: vt in enormibus per
quoſcunque Iudices poſſit ad torturam
14 procedi ex informatiuo proceſſu: prout
non paruæ authoritatis *DD.*tàm in Theo-
rica, quàm in praxi ſubſtinuerunt, quibus
credendum eſt tanquam in arte peritis,
per *text.in l.ſeptimo menſe 12. ff. de ſtatu
hom.*& ſignanter *Thomæ Gramm.* qui non
ignorauit M.C.iuriſdictionem, & præhe-
minentiam:dum illius fuit oculatiſsimus
Iudex per ſpatium vigiuti annorũ, vt ipſe
ait in præfationibus ſuorũ votorũ ad Ex-
cell.D.Petrum de Toleto:in *voto 3. n. 26.*
præuia multorum atteſtatione, & *Petrus
Foller.crim.praxis* hodie ſpeculũ *in 3. par.
3.partis, rubr.& ſi confitebuntur,num.41.&
42.ſua pract. crim.* & per conſequens etiã
officiales Baronum merum, & mixtum
imperium habentes ſic procedere valent,
& ita inclinare videtur præſtantiſſimus
Reg.Tapia in d.cap.Si cum ſceleratis, nu.7.
& magis exactè articulum diſputando ſic
mihi, ni fallor,concludit *in deciſ. S. R. C.
22.num.11.*& ante eum idem *Gramm.conſ.
crim.34.num.12.*& melius *conſ.17.num.16.*
vbi ait,vt etiam ſine licentia Superiorum
hoc ſit licitum,& in *conſ.40.num.5.& ſeq.*
docet:quod Capitanei ſic ſe gerentes in
arduis cauſis,non poterunt in eorum ſin-
dicatu ex hoc capite calumniari: tamen
ad maiorem ſecuritatem optimum puto
dictorũ *Regentis, & Capibl.* conſilium *vbi
ſupra*,vt priuſquam tales minores officia-
les ad torturã ex informatiuo deueniant,
Regium impetrent aſſenſum, ſeu licen-
tiam.

Et iſtorum *DD.* ſententia, ad hoc vt
magis firma ſit,optima ratione confirma-
tur,ſcilicet quod licet procedatur ad tor-
turam ex informatiuo, non per hoc eſt
reo ius defenſionum ſublatum,& propte-
rea poteſt ex proceſſu informatiuo tormẽ-
15 tari,ſi vera eſt doctrina,laudabilis memo-
riæ,*Reg.Rouit.ſuper pragm.prima,num.30.
de bonis proditorum*, verba cuius tanquam
tranſcriptione digna, ad maiorem facti
cer-

Digitized by Google

certitudinem hic collocantur, ſcilicet,
Nego tamen,quod per torturam ex proceſſu
informatiuo tollatur defenſio, quia non au-
fertur,ſed potius differtur, ex quo poſt adhi-
bitam torturam ex proceſſu informotiuo,
etiamſi reus confitcatur,ſunt ei dandæ defen-
ſiones,quod praxis obſeruat, vnde nõ poteſt
dici,eſſe reo ſublatas defenſiones:ſed tan-
tum ordinem mutatum, dum conceditur
ex poſt facto illud,quod antea conceden-
dum erat, & hoc poſſe licito iure proce-
dere;docet *Marc. Ant. Puluer. ad decis. de*
Affl.391.ad finem, & per conſequens cum
nil reo auferatur, poteſt ei ex informati-
uo tortura inferri.
16 Eſt tamen verum,quod *in d.prag.1.idem*
*Regens n.41.& 42.*conſuluit,vt ad euitan-
dum reo dolores, priuſquam tormentis
apponatur,defenſiones concedantur,hoc
tamen licèt ſit laudabile conſilium:in Iu-
dicis arbitrium eſt remittendum, attenta
immanitate erroris; nam ſi Deus iuſtus
Iudex ait apud *Mar.4.lit.C.in qua menſu-*
ra menſi fueritis, rementictur vobis, & adij-
cietur vobis, quando facinoroſus, quem
ſupremus Creator ad lucem produxit vi-
ta deorbat,illum ad defenſam non admit-
tit,nec eius clamores crudelis intelligit:
eodem modo debet animam pro anima
reddere, nulla ei defenſione conceſſa, vt
deſumitur ex *dicto cap.Si cum ſceleratis,* &
facit carmen.

Tu quoq; fac idem,ſic ars deluditur arte.

Nec obſtabunt firmata per eundem
*Rou.in dicta pragm.prima,num.60.*vbi con-
17 cludit,non poſſe procedi ex informatiuo
ad tormenta reorum, nam ſi eſſent vera:
fruſtratoriè, & ſuperfluè deberent dici ip-
ſius *Auctoris* alia collocata ſuper *pragm.*
prima,de Immun.Neapol. ad finem, & cum
eo plures concurrunt,nempe *Camp. in d.*
cap.Si cum ſceleratis,num.8. integerrimus
D.Merlinus controuerſ.forenſ.cap.51.nu.5.
de Afflict. decis. 391. in princip. & Præſ. de
Franch.vbi Amend. & *Ricc.* omiſsis alijs
*decis.143.nu.2.*ex quibus probatur, quod
Barones,& Neapolitani ob ſpeciale priui-
legium non poſſunt torqueri ex proceſſu
informatiuo: vnde ſi de iure permittere-
tur, neminem eſſe torquendum ex infor-
matiuo: aliquo modo non diceretur pri-
uilegiata cauſa Baronum aut Neapolita-
norum, nec eſſet eorum particularis gra-
tia illud, quod omnibus eſt commune,
quapropter alterum de duobus eſt faten-
dum, ſcilicet, vel eſſe veram *Rouiti* tradi-
tam ſententiam:quod nemo ex communi
iure poteſt torqueri contra aliorum opi-
nionem, relatam *ſupra num.14.*vel quod
Neapolitani, & Barones Regni huius vl-
lum circa hoc retinent priuilegium, ſi
igitur de duobus malis minus eſt eligen-
dum,tuæ prudentiæ hic cenſura remitti-
tur,vt valeas recto animo iudicare, quod
ego non audeo aduerſus talem *Regentem*
meritiſsimum, ingenioſumque *Auctorem*
palàm fateri:

Reſoluuntur ſimiliter dicta *Copibl.* ſu-
per allegata *pragmat. 8. & Comp. in*
*eod. copit.Si cum ſceleratis,*qui *Camp.*præ-
18 cipuè conuincitur ex pluribus aduerſus
q̃ dixit, quod tantum M.C.V. ex præhe-
minentia facit torqueri ex informatiuo.

Primò,quia authoritas *Gram.* per quã
ſuam conualidat opinionem, non pro,
ſed contra ipſum producentem videtur,
prout fuit in mei fauorem adducta in
*dicto voto 3.num.26.*vnde procedit regu-
19 la,quod ſublato iure datoris, reſoluitur
ius acceptoris, *l. lex vectigali 31.vbi Bart.*
ff.de pignor.& hypoth.

Secundò ex inſufficienti ratione per
eundem *Camp.*adducta,nempe, ideo tan-
tum M.C.eſſe talem præheminentiã con-
ceſſam ad procedendum ex informatiuo,
qa dictio in dicto *cap.*poſita, ſcilicet,*vt tu*
ſolus contra quoslibet notatos, &c. abſtulit
poteſtatem inferioribus Curijs,& ſolum-
20 modò ipſi M.C. præfatam authoritatem
conceſſit,etenim vel iſta diſpoſitio enun-
ciati *cap.*eſt odioſa, vel fauorabilis: ſi
odioſa ex eo, quia in odium delinquen-
tium fuit emanata, & eſt reſtrigenda ad
quãtum eſt poſſibile,& per cõſequens de-
bemus dicere,non eſſe talem præheminẽ-
tiam,nec minus communicatam M.C.ſed
vix conceſſam Ioanni de Maya Regenti
tunc temporis,quia ſi dictio illa, *ſolus,* eſt
taxatiua,ſicut dictio, *tãtum,* vltra expreſ-
ſum caſum,vel perſonam non extenditur,
l.Iulianus 33. ff.de petit.hared. Viu. in Syl-
ua com.opinionum,opinione 193. Maran. in
ſingul.ſuis poſt praxim poſitis: fol.mihi
24.& de Franch. decis.123. num. 4. Pere-
grin. de immunit. Eccleſ. cap.2.num.16.
verſ. ſecundò in formo tradita, ac dixi
ſupra concluſ. 8. num. 38. quapropter eſt
dicere,datam eſſe poteſtatem affato ſolũ
Regenti, & non alijs ſucceſſoribus,dum
ipſius perſonæ fuit attenta diligentia: &
virtus,& ei prẹheminentia data,vt probat
*tex.in dicto c.Si cum ſceleratis.*ibi *De cuius*
fide confidimus,de cuius zelo ad iuſtitiam, &
odio ad ſcelera ineſſe ſperamus,de certo no-
ſtra ſcientia committimus vſque ad noſtrum
beneplacitum poteſtatis, quæ vltima verba
*ad noſtrũ beneplacitum,*apertè demonſtrãt,
non alijs,quam ipſi Ioanni de Maya; prẹ-
heminentiam fuiſſe conceſſam ad proce-
dendum ex proceſſu informatiuo, nam
facit

ſacit hic optimè regula , quod odia re-
ſtringenda ſunt,ſi odioſa eſt, vt diximus,
diſpoſitio talis per *tex.in cap. odia 15. de
reg. iur. in 6. Capol.conſ.crim.58. num.*
28.& in terminis ſunt optimę *gloſſ.in l.ſed*
21 *& ſi in nouis,§.fin.verſ.interueniat, ff.de in
ius voc.& in l.2.verſ.liberis, C. eod.* nuper
citato *tit.* Si verò fauorabilis cenſẽda eſt
d.cap. Si cũ ſceleratis editio tanquã intro-
ducta in fauorẽ Reipublicę propter cęle-
rem punitionem prauorum, debet am-
pliari,vt non ſolum extendatur ad ipſius
de Maya ſucceſſores,& ipſam M.C.verum
etiã & ad Reg.Audientias, & ad cæteros
omnes Iudices inferiores,ex doctrina *de*
22 *Franch.*aientis *in deciſ.143. num.7.*Ritus
p omnes alios inferiores Iudicãtes M.C.
ſeruãdos eſſe,vnde ſecundùm dicta eiuſdẽ
*de Franch.ibid.num.6.*ſi M.C.omnium in-
feriorum eſt exemplum; in arduis itaquè
delictis,ſicut illa ex informatiuo,ita reli-
quę procedere poſſunt ad reorum tortu-
ram, ſtãte quod hodie ferè omnes Baro-
num Capitanei habẽt merum, & mixtum
imperium,ſicut dicto Regenti Ioanni fuit
datum in eodem *c.Si cum ſcelcraſis*,ibi *In
his .n. tibi plenam poteſtatem meri,& mixti
imperij, ac arbitrium competẽs duximus cõ-
cedendum.*

Et iſta quidem,conſiderationis optimo
ſolidantur exemplo, ad hoc ne mirum
appareat,quod rationibus fabricaui , ſi
attendere volumus,non *Gramm. & Foll.*
ſed *Camp.*opinionẽ , quod M.C. tantum
pręheminentia ſit conceſſa ad proceden-
dum ex informatiuo ad tormenta,etenim
inſtrumentorum liquidatio erat ſimilitèr
23 tantum M.C. conceſſa, & tamen hodie
videmus,quod non ſolum ipſa , verum
etiã & cæterę Baronum Curiæ talẽ pote-
ſtatem habent,vt teſtimonium facit eru-
ditiſſimus D. meus *Danza*,in quo poteſt
gloriari Excellẽtiſſimus Princeps Venu-
ſij,& Plumbini,vt talis vaſallus in eius ſta-
tu exiſtat,*de pugn.Doctorũ, vol.1.in titulo
de Prahem. Reg.Aud. n.47.&* 48.vbi etiã
de procedendo ex proceſſu informati-
uo fatur,& ante eũ vide *Rouit.ſuper prag.
1.per tot.de inſtr. liquid.* vnde ex his poſ-
ſumus pro vera ſententiam ſubſtinere , vt
facultatem tormentandi ex informatiuo
retineãt etiam Capitanei terrarum,& per
conſequens tales rei poterãt torqueri, ex
infradicendis, cum appareat delictorum
atrocitas.

Nam omiſſis centum , & mille ſceleri-
bus in diuerſis locis cum comitiua com-
miſſis,vti furtorum,domum in habitatu
excaſſationum,cum detractione honoris
mulieribus,coactè cum eis rẽm habendo,
innaſionum in itinere , & aliorum , quæ
poſſunt per ſimilem generationem patra-
ri,vnum tantùm enunciabo facinus , &
eſt homicidium proditorium vltimo lo-
co commiſſum probatum per quatuor
teſtes in proceſſu, fol.5.6.16. & 20. ex ra-
24 tione tradita per *Gomeſ.var.reſol. de ho-
micid.cap.3.num.5.* in his verbis hic tran-
ſcriptis. *Nulla efficacior peſtis ad nocendũ,
quam familiaris amicus,*& referens ſenten-
tiam *Luc. de Penna in l.fin. C. de delatori-
bus,*ſequitur *O quam crudelia,& mortifera
ſunt iacula proditoris,vix enim erit, aut nũ-
quam,qui ſibi poſſit ab eius ictibus præcaue-
re : nam mores eius ſunt ſigna fidelitatis, &
amicitiæ oſtendere ſuauia,& dulcia,exterio-
remque amicitiam in omnibus actibus ſigni-
ficare,& vnum in mente gerit, & aliud con-
trarium verbis,& actibus oſtendit,*compro-
bat *Peregr.de immun.cap.7.num.2.*Vnde
ſecũdum me proditor benè poterit ſcor-
pioni aſſimilari, qui ante brachia aperta
porrigit, retrò autem pungere quærit : &
non poterit tergiuerſatione cœlari,quin
proditores non dicantur huiuſmodi de-
linquentes: ſic enim eos appellat *Couarr.
var.reſolut.lib.2.cap.20.num.7.ver.tandem
bis,*confirmat *Reg. Rou.* ſuper aliàs addu-
cta *pragm.1.de bonis prodit.num.9. Eliſeus
Danza de Immun. Eccleſ. num.21. & ſeq.*
& ſic per deciſionem S.R.C.fuiſſe declara D
tos teſtimonium perhibet *de Franch. de-
ciſ.713. num.15.* dum calore amicitiæ vl-
timum homicidium commiſerunt, nam
teſtes depouunt , quod occiſus per duos
ante dies in certa platea recũbentem ſu-
per crura eius vnum facinoroſorum ſuſti-
nuit,qui fuit caput,& proditionis author,
& quod eodem die necis,idem , qui recu-
buit familiaritèr è quodam prato in
Cãpanea conduxit ipſum interfectum ad
ſyluam , vbì reliqui correi gradum ſiſte-
bant,vt eum morti darent,quapropter pia
Mater Eccleſia tale enorme deteſtando fa-
cinus, ſuæ immunitatis patens gręmium
proditoriè delinquentibus præcludit, *ita*
25 quod non poſſunt refugij priuilegio gau-
dere, per *text. in cap. 1.* ſic per *DD.* com- C
muniter receptum , *de Homicidio* , §.
*neque autem , auth. de mandatis Principum,
& Peregrin.* etiam *de Immunit. cap. 7.
& Ambroſ. de Immunitat. Eccleſ. cap. 6.
per tot.* ſic firmat copiſiſſimus *Couarr.
vbi ſuprà,eod.num.7.Boer.deciſ. Burdegal.*
109.*num.5.& Guid.Papa deciſ.*121.vbi idẽ
procedere in homicida voluntario per
deciſionem Senatus Gratian.teſtatur,cu-
ius delicti enormitas, & immunitas adeo D
eſt vera : quod proditorium de atrocio-
ribus dicitur, quod videmus non eſſe
inclu-

Digitized by Google

inclusum in generali Principis gratia,
Mar. Giurba conſ.40. num.22. Peregrin. de
Immunit. Eccl. cap.7. num.21. quia reuera
ſecundùm Poetam.
Peggio non ſi può dir, che traditore.
ſed eſt neceſſe, vt ſpecialis de illo efficia-
26 tur mentio, ita Gomeſ. var. reſol. tit.13. lib.
3. nn.38. per tex. in l.3. C. de Epiſcopali Au-
dientia, Maſtr. de Indul. cap.29. Maia con-
ſult.32. nnm.5. Giurba conſ.40. num.22. Ro-
uit. ſuper pragm.2. de abolit. num.55. & ſeq.
cuius theoricæ practicam docet de Fran-
ch. dec.713. & deciſum refert ſic laborioſiſ-
D ſimus, & peritiſſimus Dominus meus Io.
Baptiſta Thor. in ſuo compendio deciſ. vol.2.
in verbo Indulgentia, Farinac. in tract. de
homic. quæſt.127. nu.72. Reg. Ronit. in prag.
1. nnm.25. de abolit. & tandem ſine aliqua
alia maiori indagine in proprijs noſtris
terminis docet Clar. §.1. num.9. ver. ſunt
27 etiam, qui comprobat ex alio capite, iſtos
inquiſitos enormitèr deliquiſſe, dum ſunt
de tribus annotati homicidijs, vt ſupra di-
xi num.3. de quibus vllo legitimo modo
fuerunt abſoluti, & vt mihi fides præſte-
tur, hæc ſunt affati Clar. verba. Rebellionis:
leſæ Maieſt. homicidij ex propoſito commiſſi,
falſificationis monetæ, tertij homicidij, ſcilicet
commiſſi ab eo, qui alia duo homicidia prius
commiſiſſet, etiam ſi pro eis condemnatus non
fuiſſet, vulneris illati proditoriè cum ſelo-
po rotato, & ſi mors non ſequatur, quæ om-
nia ſunt facinora grauia: quorum & pro-
ditio, & homicidium tertium concurrunt
aduerſus hos delinquentes, qui poſſunt
clarè dignoſci atrocitèr deliquiſſe.
Attamen ego in præſenti cauſa iſtam
non puto quæſtionem neceſſariam: dum
exiſtimo, tales reos eſſe condemnandos
ſine aliquo tormento tanquam conuictos,
vt ex pluribus probatur.
Primò enim cumulatis ad eorum con-
uictionem obſtat publica fama in eodem
genere mali legitimè probata, de cuius
28 probationis viribus, cum cõſtet, hoc vlti-
mum eſſe patratum homicidiũ cũ eodem
armorum genere, quo duo alia per prius
fuerunt commiſſa, vide ſeq. DD. ſcilicet
Gramm. voto 30. nnm.28. Clar. §. fin. quæſt.
21. ſupra num. 2. ex ſequentibus, quæ fir-
mabo: & in quæſt.63. ad finem, Franciſcum
Caſonum tract.8. de fama, ſeu dicto gentiũ,
cap.2. num.2. & 12. Marſ. pract. crim. §. dili-
genter, nnm.8. & tandem Gramm. deciſ.42.
num.12. (& hoc me terret) vbi ait, poſſe
reum puniri per ſolam famam, alijs con-
currentibus indicijs, quando adeſt proba-
tionis difficultas, vti in præſenti caſu: ad
quæ faciunt ſimilitèr firmata per Boſſ. in
tit. de indic. & conſider. ante tor. num.161.
162. & ſequent.
Nec poterit eiuſdem Gramm. interpre-
29 tari ſententia: vt procedat in ciuilibus
tantum ex iuribus in d. num.12. adductis,
dum etiam in criminalibus apertè ſibi lo-
cum vendicat ſecundùm declarationem
Marſilij in conſ. crim.116. num.16. & 17.
vbi ſic firmat, quod licèt non ſit plenè
probatum delictum: tamen ſufficit, vt ſit
publica vox, & fama in loco cõtra quem-
cunque reum, ad hoc vt poſſit puniri, &
citat ſingularem doctrinam Alex. in conſ.
462. ad quæ adde Camp. non ſecundùm
doctrinam Marſilij, ſed aliorum adducto-
rum in cap. Caroli III. Ducis Calabriæ
incip. Iam ſæpe, de demolient. in fine, & Scri-
bentes ad Capell. Tholoſ. dec.380. n.19. cum
D. Riccio coll.206.
Quæ quidem fama eſt pleniſſimè pro-
bata, non dum per duos, qui ſufficiunt in
hoc, vt per Clar. quæſt.6. num.10. ſed per
ſex teſtes, vt dixi, & hi non dum præuio
30 iuramento depoſuerunt, ſed cum omni-
bus alijs circumſtantijs, quæ traduntur
per Maſc. de Probat. concluſ.497. num.4. &
in fine, vbi commemorat D. de Afflict. per
Gom. alias ſuperius citato cap.13. num.10.
ver. quartum indicium eſt, per Troyſ. ſuper
pragm. crimina 16. de pœna opponentium
contra perſonas, & Boſſ. in tit. de indicijs,
num.49.
Secundò contra iſtos criminoſos con-
31 currunt ſimilitèr illa indubitata indicia,
collocata per Angel. & Gand. in tractatu
malefic. iſte rubr. de præſumpt. num.11. &
ſeq. & ille in rubr. quod fama publica, nnm.
18. Blanc. de indicijs, num.295. ver. prope
mortuum, Troyſ. ſuper pragm.45. num.37. vt
nullus de perſona detineatur, Clar. §. fin. q.
21. num.29. vbi Giachar. & Boer. deciſ.166.
num.2. quæ indicia probantur per quator
teſtes, ſol.5.7.8. & 20. & firmant dicta
Gramm. deciſ.42. num.5. Carrer. ſua pract.
crim. num.5. fol. mihi 44. Franciſc. Caſon.
in tract. de indic. in rubr. ne reus per aliqua
indicia conuincatur, num.4.
Tertiò in dictos homicidiarios eſt pro-
bata abſentatio, & fuga à die commiſſi
delicti ſimiliter per alios quatuor depo-
nentes, fol.7.8.9. & 10. quæ concurrenti-
32 bus alijs indicijs nõ paruam retinet vim,
vt ex Marſ. conſ. crim.44. num.14. Boſſ. in
ſupra citato titul. de conſiderat. ante tort.
num.134. & omiſſis alijs latiſſimè ex Blan.
eod. tract. de indicijs, nnm.277. Franciſc. Ca-
ſon. tractatu 10. cap.3. de indiciis indicanti-
bus de reo.
Quartò adſunt in proceſſu ipſorum
reorum extraiudiciales confeſsiones ve-
rificata, fol.19. 20. & 25. per deponentes

in maiori numero, quam dixerunt Foll. 2.
33 parte 3. partis, rubr. & ſi confitebuntur, in
principio, & Viuius in ſylua comm. opinionũ
opin. 138. num. 5. 6. & 7. cuius confeſſionis
valores, & effectus plures ſunt, qui valdè
delinquentium conuictionem feſtinant,
vt eſt videre apud glo. in l. capite quinto 25.
in margin. ff. ad l. Iul. de Adult. gloſſ. per sẽ-
ſum ex argumento in l. ictus fuſtium, 22.
ff. de his, qui not. infamia Gom. eod. tit. 13. de
tortura, num. 8. Blan. vbi ſupra num. 205.
cum ſeq. vſque ad 58. Clar. §. fin. quaſt. 21.
nu. 19. Marſ. in ſua praxi crim. §. diligenter,
num. 76. 77. & 78. & §. quoniam, num. 19.
Foll. 2. parte 3. partis ſuperius adducta
rub. & ſi confitebuntur, num. 37. & 38. &
Capyc. deciſ. 179. num. 2. ac Boer. deciſ. 90.
ſupra num. 6. cum quæſtione ſopita per
eundem etiam Foll. vbi ſupra num. 3. vt
effectus extraiudicialis confeſſionis pro-
cedant tàm in ciuilibus, quàm in crimi-
nalibus, ad hoc vt omnium ſit oppoſitio-
num via præcluſa.

Quintò patet contumacia, in quam
ſunt facinoroſi incurſi ob nõ paritionem
Curiæ mãdatis poſt citationem aduerſus
34 eos expeditam ad informandum ſuper
tale delicto proditoriè patrato, quæ cum
magni præiudicij ſit aduerſus contuma-
ces, & non modici momenti pro eorum
conuictione, ideo pro veritate facti his
vtor Doctorum authoritatibus, quos tu
videre poteris, nempe Angeli de Malefic.
rubr. qui Dominus Iudex videns, num. 30.
vbi ait, contumacem etiam in criminali-
bus haberi pro conuicto, & confeſſo (de
quibus dictis cauendum eſt à Capycio dec.
60. num. 2.) Boſſij in tit. de indicijs, & conſi-
derat. ante tortur. num. 134. & in tit. Banniti
quid amittant, num. 19. Blan. eod. tit. de indi-
cijs, num. 272. & num. 293. Maſc. de Prob.
concluſ. 1221. nu. 84. Hippol. de Marſ. conſ.
64. num. 11. 12. & ſeq. & conſ. 117. num. 50.
Domini mei meritiſſimi Conſil. D. Franc.
Merlini controu. forenſ. cap. 63. num. 3. & 4.
eiuſdem Marſ. in pract. crim. §. diligenter,
num. 36. vbi ex abundanti diuerſos alios
cumulat Scribentes, & Foll. ead. rubr. &
ſi confitebuntur, à num. 10. vſque ad 20.

35 Sextò clariſſimè apparet probatio, quod
delinquentes ſoliti ſunt delinquere cum
peſſima eorum fama, quæ ſummopere
eis nocet, vt deſumitur ex eodem Blan.
vbi ſupra num. 242. & eo modo, vt tradi-
dit Marſ. conſ. ſuo crim. 44. num. 4. ex mul-
tis iuribus.

Septimò alijs pluribus omiſsis, aduer-
ſus hos reos obſtat ſocij confeſsio iurata,
per quam omnino conuincuntur, vt in
proceſſu fol. 16. aterg. cum ratificatione
deinde ad tormẽta, & cõfirmatione poſt-
modum ſequenti die, ceſſatis, & remotis
doloribus, vt fol. 25. & 26. ſecundùm com-
36 munem omnium praxim, & ſignanter
Gom. d. ſuperius tit. de tortura, num. 29. Boſſ. C
eod. iam dicto titulo per tot. Scribentium in
cap. Regni Si iuſtè num. 27. de appellat. à
tormentis, & Marſ. in §. quoniam ſua pract.
crim. in principio.

Quæ ſocij depoſitio, cum tractetur de
homicidio proditorio, tãtam habet vim,
quod ſufficiẽtiſsima diceretur ſola, ſi tor-
mentorum hic eſſet locus ad correorum
tortionem, dum eſt difficilis probationis
delictum; ſtante quod proditor poteſt li-
bentèr familiarem inducere tanquam
agnum ad occiſionem omni tempore,
37 ad nemora opaca, & per noctes obſcuras,
cum tutè decipiẽdus procedere putet: ita
Rol. à Valle conſiliorum ſuorum vol. 1. conſ.
73. n. 26. Dec. conſ. 189. nu. 9. Raphael Fulg.
conſ. 173. incipiente in cauſa inquiſitionis,
col. 1. Marſ. conſ. crim. 22. n. 22. melius conſ.
61. à n. 24. vſq. ad 38. & conſ. 78. n. 13. 14. &
15. conſ. 109. n. 12. & 13. conſ. 130. num. 40.
Gramm. conſ. 1. poſt deciſ. poſito, num. 61. &
in voto 6. nu. 2. Io. de Arnono in ſoliloq. 60.
Maſc. de probat. concluſ. 462. nu. 27. & con-
cluſ. 1311. num. 33. & ſeq. vol. 3. Menoch de
arbitr. iud. caſu 474. num. 43. 49. 50. 53. 58.
& 62. Boſſ. de Inquiſ. num. 43. 44. & 51. &
in tit. de indic. & conſid. ante tor. num. 66.
149. & 151. Gom. var. reſol. cap. 12. de proba.
delict. num. 18. Viu. opin. 961. num. 5. DD. in
cap. Regni frequens, de teſtim. public. nu. 56.
& ſeq. de Afflict. in Conſtitut. Si damna, de
hom. clandeſt. num. 50. Rouit. ad commentar.
pragm. 6. de recep. delinq. in principio, Clar.
§. fin. quæſt. 21. num. 5. ver. retenta igitur, &
num. 11. eum ſequitur idem Marſ. pract.
crim. §. diligenter nu. 59. 60. 61. & 68. Boer.
deciſ. 319. latiſſimè num. 3. & 4. præcitatus
Gram. deciſ. 27. à num. 14. vſque ad num. 22.
& D. de Franc. deciſ. 577. in princip. vbi ad
ſaturitatem ingenioſiſſimus Ricc. qui
multa oportunè circa hoc congerit.

Ex his igitur omninò citra aliquam
torturam ſequi debet ex parte Iudicis in-
dubitata ſententia contra iſtos improbos
ſecundùm Maſc. de probat. vol. 3. concluſ.
1385. num. 23. cum indicia ſufficientiſſima
38 ſint, vt hi conuicti dicantur, quia indiciũ,
ſecundum Bald. in rubr. Codicis de probat.
aliud non eſt, niſi plena demonſtratio per
ſufficientiſſima ſigna, ex quibus animus
in aliquo tamen exiſtenti vero quieſcit, &
plus inueſtigare non curat, Fariuac. pract.
crim. de indic. & tort. lib. 2. qu. 36. num. 37.
vbi etiam adducit Bald. ſed in l. ea quidem
ſub num. 8. C. de accuſ. ac ſimilitèr in ter-
minis

minis omnino videndus concludit *Clar. §.fin.quaſt.20.num.5.& 7.& quaſt.21.nu.29.vbi Giachar.Boſſ.in tit.de conu.num.26.27.28.29.& ſeq.* & poſt longam diſcuſſionem in contrarium ſic tandem *Franc.Caſon.* concludit *in rubr. ne reus per aliqua indicia conuincatur, num.37.& fin.* vbi ait, quod talia indicia non minorem auctoritatem, & fidem probatam, quam teſtes, & inſtrumenta videntur continere, & in Regno adſunt *pragm.12.& 13.de officio Iudicum*, licèt loquātur tantum in Regijs Officialibus, concedendo illis poteſtatem imponendi pœnam ordinariam delictis per indubitata indicia.

Et tanto magis condemnandi ſunt, ex eo, quia geminatores delictorum eſſe conſtat, non dùm per duo, ſed per tria homi-
39 cidia, propter quod eſt eis abſolutionis, & indulgentiæ omnino via præcluſa: *text.* eſt *in cap.ita nos, lo vltimo 25.q.2.& in l.3.§.fin.* vbi *gloſſ.ver.conſuetudini, C.de Epiſc.Audient.* per hæc verba, *His ergo ſub tali adſtrictione damnatis indultum noſtra serenitatis eo præcepti fine concludimus, vt remiſsionem veniæ crimina, niſi ſemel commiſſa, non habent, nec in eos liberalitatis Auguſta referatur humanitas, qui impunitatem veteris admiſsi, non emendationis potius, quā conſuetudini deputauerint*, cuius ſanctionis inſpecta diſpoſitione per *Gramm. voto 9. ſupra num.23.* cum alijs *ibi* per *eum* recollectis dixit: quod geminans delictum veniam non debet ſperare: quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, quod bonus Iudex vllo modo debet inclinare, nec excogitare pro taliū delinquentium liberatione, iuſtum enim eſt.

Parcere ſubiectis, debellare ſuperbos.

nam ex horum liberatione bonum vllum, ſed omne peius eſt conſiderandum, quia

Natura inclina al male, e viene à farſe
L'habito poi difficile à mutarſe.

Et *Sanazar.* ait.

O fede antica, ò dolce vſanza vetera
Hor conoſco bene io, che'l Mondo iſtabile
Tanto peggiora più; quanto più inuetera.

nam experientia docet: quod abſolutio prauorum in eis maiorem geminat perfidiam, maiorem nutrit ſuperbiam, & peiorem in delinquendo conſcientiam producit.

At, vt cuncta clareſcāt circa illud, quod dixi, conſuetudinem induci per binum actum, ſecundùm *text.in §.panonum, Inſtit.*
40 *de rerum diu.* non dùm procedit in ciuilibus, verum etiam & in criminalibus, prout omiſſis alijs docet *gloſſ. in margine ad dictam l.3.eod.§.fin.*

Opere pretium poſtea impendere ad probandum ex ſupradictis, plenè reos eſſe conuictos, ſuperfluum eſt, nullatenus ad hoc, vt clarè, & tutè Iudicantium poſſit procedere iudicium, demonſtrat talem veritatem vtrumque ius canonicum in *cap.2.cauſa 2.quaſt.8.* & ciuile *in l.fin.C.de*
41 *prob.* vtrobique per hęc verba diſponitur. *Sciant cuncti accuſatores eam ſe rem deferre in publicam notionem debere, quæ munita ſit idoneis teſtibus, vel inſtructa apertiſsimis documentis, vel indicijs ad probationem indubitatis.* Vnde cùm ex ſupradictis indicijs, & probationibus clariſsimè conſtet, reos eſſe conuictos, dum per indicia indubitata conuinci poteſt reus, ex his prolatis iuribus, & tenet *Boſſ.in tit.de conuictis, n.5.* optimum erit Iudicantis iudicium in tali enorme delicto vlla iſtis tortura illata, cum de facto plenariam habeat certitudinem ad iuſtam condemnationem deuenire, vt dixit *Franciſc.Bru.de indicijs, & tor-*
42 *tura, num.16.* quamuis practica, & cautela ſit: vt reus torqueatur euitandi cauſa calumnioſas oppoſitiones, ſecundùm *Marſ.conſ.94.num.26. Gram.voto 1.num.3. Boſſ. vbi ſupra num.4.& Clar.in §.fin. quaſt.66. in princip.* Sed non vt ſit neceſſaria tortura: dum potius ad reorum ſatisfactionem: quā de iuris neceſſitate inferatur, ex eo quia quando conuicti ſunt, licet nō confiteantur, aduerſus eos ſequi debet ſentententia, ſecundum Scribentes in *cap. Regni* ſuperius adducto *Si Cum ſceleratis, nu.41. de Prabem.M.C.* dummodò cauti Iudices proteſtentur, quod non defectu probationum tormenta inferuntur: & ſic torqueantur nullo facto præiudicio compilatis contra ipſos, quæ quidem eſt memorabilis cautela *Couarr. pract. quaſt. vol.2. cap.23.nu.5. Boſſ.in tit.de Indic. num.130.* vbi talem proteſtationem in ſcriptis ait
43 eſſe dirigendam, idem comprobat *in tit. de ſententijs, n.70.* ſequitur *Foll.pract.crim. Rubr. Rei indurati, num.3.Clar.§.fin.q.64. num.7.Gram.decis.96.num.1.& Ricc. coll. 730.* & ratio eſt; quod cum nemo veniat torquendus, niſi in ſubſidium probationum, vt dixi ſupra in *Rubr.de falſis, num.4.* & firmat hic *Com.d.tit.13 num.20.* quando igitur reus conuictus eſt; ceſſat pro habēda probatione tortura: & propterea incautus Iudex quando eſt in voto, vt delinquens conuictus tormentis apponatur, ſi non vtitur præfata clauſula, tenetur in ſindicatu, *Gramm. voto 1.num.2.& voto 2. num.6. DD.in cap.Regni Si iuſte, num.56. de appellat.à tormentis, & in dicto cap.Si cū ſceleratis*, alias citato *num.41.* vbi plures cumulantur Authores, *Couarr. pract.quaſt. cap.13.vol.3.num.19. Maſc.de probat.vol.*

3.*concluſ.*1385.*num.*3. *Troyſ.ſuper pragm.*
45.*Rubr. Vt nullus de perſona, nu.*24. *Boſſ.*
iu pluries allegato *tit.de indic.n.*126.*Clar.*
*ead. quaſt.*64.*nu.*4.*& ſeq.& Boer.deciſ.*163.
in principio.
Et quoniã,inquit *Marſ. in* ſupracitato
*conſ.*94. *num.*26. quod quando inquiſitus
44 plenè,& legitime conuictus,dicitur pro-
ximus condemnarioni,irà quod ad nihil à
condemnato differt, obſeruatur per om-
nes Prudentes iuſtitiam miniſtrantes, vt
prius procedatur ad condemnationem,&
ſignanter quando de enormibus agitur,
& poſtea inferatur tortura qnoad caput
45 ſociorum, tanquam cadaueri per ſimilẽ
ſententiam: *Condemnamus N. ad mortem,*
ſed prius torqueatur tanquam cadauer, ad
ſcieudum complices,& fautores; ſed eſt ad-
uertendum;quod prius quam condemne-
tur, debet interrogari ſuper capitulis in-
quiſitionum, quæ quidem ſi neget,parum
proderit, cum non eum à condemnatio-
ne liberet negatio talis, & iſta interroga-
rio,& reſponſio in criminalibus per Do-
46 ctores vocatur litis conteſtatio: vt per
Troyſ. in ſupra nuper citata *prag.*45. quæ
incipit *Inoleuit,num.*25.*Rou.ſuper prag.*1.
*num.*46.*de bon.prodit.*ac per *Foll.*ex abun-
danti Theorica *in ſua pract. crimin. rubr.*
fiat conteſtatio litis,in princip.& per Scribas
apponitur ſcilicet, *quæ omnia dixit animo*
ſibi conteſtandi litem,& litem ſibi conteſtan-
do. Qua conteſtatione peracta; ſequitur
deinde decretnm illud videlicet. *Ex eo,*
quod Curia babet litem pro legitimè conte-
ſtata ſtatuitur terminus dierum, vel horarũ
reo ad ſe defendendum, & Fiſco ad impin-
guandũ. Vnde termino elapſo,ſi conuictus
non eſt defenſus ſine aliqua alia facti in-
dagine maiori, condemnatur, vt ſupra,&
poſtea tormentatur.
Nec conuictionis hic eſt ſolns effectus,
vt rei tales etiam ſine tortura poſſint cõ-
demnari eo modo, vt dictum eſt, ſed ma-
iores in ſe retinet,& præcipuè, alijs omiſ-
ſis, qnod ſi tanquam conuicti condemnã-
tur,vt iuris eſt, à condemnationis ſenten-
tia appellare minimè poterunt: & ſi ap-
47 labunt,non impeditur executio,quod eſt
valde notabile,tunc quia conuicti ſunt,vt
in *l.*2.*C.quorum appell.non recip.*& de hac
obſeruantia teſtatur *de Affl. ſuper Conſti-*
tutione Humanitate, de his, qui fideiuſſores,
*num.*56. firmat *Menoch.de præſumpt.lib.*1.
*vol.*1.*præſumpt.*76.*num.*2.ſequuntur *Gom.*
ſupra citato *titulo de tortura,num.*30.*circa*
finem, Franc. Brun. de Sancto Seuerino de
*indicijs,& tortura,q.*5.2.*par. num.*16. *& de*
*Franch.deciſ.*556.*num.*2.tùm etiam,quod
condemnatio fieret in cauſa homicidij,
quæ eſt priuilegiata,quod de ea non reci-
pitur appellatio per communem Italiæ C
obſeruantiam, & ſignanter huins Regni,
vt docet *Gramm.voto* 2.*num.*8.
Sed ponamns: qnod daretur appellatio
in iſto caſu;eſt aduertendum, (dum, vt
plurimum æquitas in hoc Iudices de-
48 cipit) qnod ſi labatur terminus conceſſus
ad non poſita ponendum pro inquiſitio-
nis defenſione,amplius non eſt prorogan-
dus, & hoc non dum procedit in ſecunda
inſtantia,verum etiam & in prima, in qua
daro competenti ſpatio ad defendendum,
eo decurſo, illud amplius nõ prorogatur,
49 irà *Foll.in rubr.* alias adducta,quæ incipit
*facta litis conteſtatione,num.*9. & ſic fuiſſe D
deciſum tradit *Capye.in deciſ.*81.*in fine.*
Et q̃d ſi iſtud reis innoteſcit: & dilata-
re iudicium velint, ſaltim ſi non per ter-
mini prorogationem, per canilloſas no-
minationes, aſſerendo teſtes in diuerſis
extare prouincijs, quid agendum, in hoc
quidem Regiæ ſunt obſeruandę *pragm.*
quas citat *Follerius vbi ſupra,* cum praxi
per enm optimè tradita.
Eſt inſuper etiam notandum:qnod bo-
nus Iudex quando vult deuenire ad actũ
cordæ,& plures ſnnt inquiſiti,ſicut in ca-
ſu noſtro, non à maiori, ſed à minori in-
cipiere debet,& ab eo,qui erit minns dif-
famatus,non ſnper inquiſitione,ſnper qua
50 tormentatur,ſed de alijs ſceleribus, quia
ſic facilius veritas apparebit, vt dixit *Par.*
*de Puteo in ver. Viſo de indicijs, num.*3. *in*
paruo volum.fol.mihi 310.*aterg.in tract. de*
ſindic.Boſſ.ad principium tituli de conuictis,
Affl.in Conſtit. Si damna,de homic. clandeſt.
*num.*75. *& Marſ.pract. crimin.* §.*expedita,*
*num.*49.*& ſeq.* & ratio eſt in promptu, ſe-
cundum dictos *Boſſ. & de Affl. vbi ſupra,*
quod magis Iuuenis libentius veritatem
enarrat, dum non adeo malitijs eſt reple-
tus, & poteſt colligi ex *Propheta pſ.* 8. ibi
Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti
laudem propter inimicos tuos: vt deſtruas
inimicum,& vltorem.
Immò, quia peſſimi mortales ſemper
peiora prioribus committunt: ad euitan-
das rei eorum ſcelerum confeſſiones plu-
ribus, & diuerſis vtuntur incãtationibus,
ſagax Iudicans diligentiam debet adhi-
bere idoneam,qua ſuit vſus *Paulus Grill.*
*lib.*4.*de quaſt.& tortura,à num.*12.*vſque ad*
51 *finem;*dum cùm eſſet Auditor Romæ,tor-
queri faciens certum inquiſitnm, videns
quod non erat poſſibile aliquam ab eo ha-
bere confeſſionem, ex eo quia ſuſpenſus
inſenſibilis videbatnr, dubitans de ali-
quo ſortilegio, perquiſiuit eum,& iam in-
ter crines cartulam inuenit cum nonnul-
lis

lis verbis per eum poſitis ibi, vt perquiri faciat prius torquendum in perſona, & eum deſpoliari proprijs veſtibus, & indui interulam aliam, & alias brachas, ad hoc vt ſi aliquod ibi ineſt ſecretum, tollatur, at quoniam ſunt plura, & diuerſa carmina: & remedia contraria reorum incantationibus, de quibus latiſſimè apud eundem *Grill. vbi ſupra*, ad hoc vt torquēdus confiteatur, nonnulli Iudices illis vtuntur; quod quidem non laudo, etenim ſi prauus in perditionem eius animæ facit quod non debet, Iudici pro ſecuritate propriæ conſcientiæ non conuenit maiora inueſtigare; nec pluribus diligentijs vti, quam per noſtram inuiolatæ iuſtitiæ ſanctionem traduntur, ſatis nanque eſt ſi illum ad tormenta exponat, quia hoc in iure datur remedium: commendo tamen id, quod fuit obſeruatum in M. C. apud
D *Gramm. deciſ. 42.* videlicet: quod cum eſſet inſpectus vti verborum nonnullis ſecretis Angelus Piſcane aromatarius Neapolitanus inquiſitus de quodam homicidio, quia ſemel tortus tormenta paruifecit: Magnificus Fiſcalis inſtitit, ne amplius torqueretur, nam orationibus talibus ſēper fuiſſet vſus, & ſic eneruaret proceſſus probationes, & præſumptiones, indicia, & coniecturas, ſed condemnaretur ad pœnam extraordinariam.

In præſenti autem facto idem cauſæ Commiſſarius ſuperius nominatus V.I.D. Iacobus Adinolfus potius æquitati fauendo, quam iuris rigori: ad hoc vt ſuum à cunctis approbaretur iudicium, ex propoſitis probationibus noluit ad torturā deuenire, nec minus mortis voluit ſententiam proferre: ſed medium ſequendo iter, vt magis tutus eſſet, tales criminoſos pro hoc vltimo tantum homicidio proditorio ad remigandum per decennium condemnauit, & ſic pœna extraordinaria, dum cauſa adhuc ſtat in virido in M.C. pro duobus alijs relatis homicidijs, & tempore expidietur: quando forſan è triremibus hi condemnati, in quibus ad præſens Regis inſeruiunt egeſtatibus egredientur; quo forſan in egreſſu
52 vitam cum morte mutabunt; reddendo animas pro animabus interfectorum, ſecundùm Dei ſententiam *Exod. 21. lit. E.*

SVMMARIVM.

1 *Celebrantur Ciuitas Salmantica, & Ciuitas Neapolitana.*

2 *Caſus huius concluſionis proponitur, & diſputatur per tot.*

3 *Hæres quaſi contrahere videtur cum debitoribus, & creditoribus hæreditarijs.*

4 *Sed qui dicantur iſti contractus.*

5 *Hæreditas eſt ius vniuerſale.*

6 *Idem eſt actum omittere, vel nō ſollemnem facere, & num. ſeq.*

7 *Inuentarium eſt omni ſollemnitate peragendum, & num. 12.*

8 *Fraus ex coniecturis inducitur, & ex præſumptionibus probatur.*

9 *Delinquens in lege; legis auxilio non tuetur.*

10 *Genus mulierum auariſſimum eſſe probatur.*

Fraus, & dolus nemini prodeſſe dicitur.

11 *Mulieri fraudolenti non ſuccurritur fœminarum beneficijs.*

Mulierum malitia multa ſunt; ita quod eis non creditur aſſerentibus, cognitas eſſe ab aliquo.

Homo ſic mendax non eſt, vt fœmina.

12 *Inuentarij requiſita licet multa ſint, inter cetera in eo debet interuenire fidelis omnium bonorū deſcriptio, vna cum valore, immo debent apponi res, quæ in hæreditate reperiuntur, dato quod teſtatoris non dicantur.*

13 *Hæres ſine inuentario, vltra vires tenetur, vel cum inuentario inualido.*

Quem de euictione tenet actio; eundem agentem repellit exceptio.

Clauſula valdè ſalutaris apponitur, vt nullum inuentarium, valeat.

14 *Mulieres non excuſantur ab his, quæ ad iuris rigorem conſeruandum ſunt introducta.*

15 *Inuentarium eſſe introductum ad rigorem iuris conſeruandum, probatur.*

16 *Mulieribus non ſuccurritur, niſi in caſibus de iure expreſſis.*

Laudatur Regens Carolus de Tapia.

17 *Leges ſeruare quilibet tenetur.*

Dictio, omnis, *vtrumque ſexum comprehendit.*

18 *Malitijs, & hominum fraudibus minimè eſt indulgendum.*

19 *Mulier aduerſus confectum nullum inuentarium, an habeat in integrum reſtitutionem, diſcurritur vſque ad finem concluſionis.*

20 Text. in Conſtitutione Regni Obſcuritatem *ponderatur*.

21 *Iudicis præſentia quando fit inuentarium, non eſt neceſſaria.*

Lex clare loquens, ſic erit intelligenda.

22 Text. in Conſtitutione Regni Sancimus *exemplificatur.*

23 Viuij *opinio, vt mulier reſtituatur aduerſus inuentarium non factum, vel in eo omiſſas ſollemnitates, quomodo ſaluetur.*

24 *Mulieri ſuccurritur per beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus inuentarium*

rium

Digitized by Google

rium non confectum: ſed quando.
25 *Minor habet in integrum reſtitutionem aduerſus ſententiam, ſed non mulier.*
26 *Rigor ſcriptus, æquitati ſcriptæ præfertur.*
27 Deciſ. D. de Franch. *reſoluitur, & demonſtratur, diuerſum eſſe caſum ibi occurſum à caſu noſtro.*
Virgo à muliere differt.
Illationem ex diuerſis fieri prohibetur.
28 *Argumentum à contrario ſenſu in iure valet.*

ARGVMENTVM.

Mulier non conficiens inuentarium, vel minus ſollemne, tenetur de proprio, & ei non ſuccurritur per reſtitutionem in integrum.

DE INVENTARIO. CONCL. XX.

STudia per vniuerſam terram in Salmãtica Ciuitate celeberrima, ex alio nõ ſunt, quam frequentiſſimarum academiarum cauſa, omnibus ſuper qui-
1 buſcunque ſcientijs; in quibus diuerſis nõ minus., quam proficuis propoſitionibus propoſitis, perſcrutationibus variorum ingeniorum ſubtilium, furfuraceæ perpenduntur concluſiones deinde: & hac de cauſa dicere poſſumus, virtutes in alma fideliſſima Parthenope vigere præter ſuorum Tribunalium exercitium quotidianum: dum in diem locis diſpartibus, profeſſionum variarum academiæ plures eriguntur, vnde cum ego de minimis eſſem in Diui Thomæ Aquinatis Academia iuris vtriuſque, hanc pro negatiua contra mulierem patrocinaui ſequentem partem aduerſus opinionem contrarij Doctoris contrarium ſubſtinentis, & articulus cum ſit vtilis, & practicabilis, eum hic apponere malui.

Et ſic contracto matrimonio per Liuiã cum Antonio, fuit eis dos in ſtabilibus corporibus data, quæ fuerunt paulatim à viro alienata, priuſquam decederet, quo
2 poſtea mortuo ſuam vxorem hæredem fecit per ante: quæ hæreditatem adiuit præuio inualido inuentario per nonnullas ibi ſolemnitates omiſſas, cumque poſt temporis lapſum putaret, bona hæreditaria non ſufficere pro ſuarum dotium recuperatione, aſſiſtentiam petijt aduerſus tertios poſſidentes, qui aiunt, hoc ei non licere ex pluribus, & ſignanter ex capite inualiditatis inuentarij, ad quod reſpondens Liuia habere in integrum reſtitutionem, diſcutitur veritas in omnibus.

Non poteſt itaque talis mulier aſſiſtentiam petere cõtra tertios poſſeſſores: quia
3 tanquam hæres inſtituta, quaſi contrahere videtur cum debitoribus, & creditoribus hæreditarijs, *l. apud Iulianum 3. §. fin. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſionẽ eatur. Gram. conſ. 100. num. 80. & conſ. 125. in fine, Mar. 4. p. ſui ſpeculi. diſt. 3. nu. 62.*

Qui contractus in hoc verſantur, vt ratas habeat, & ſatisfactiones, & ſolutiones, & obligationes defuncto factas, & legata
4 ab eo relicta, cum ſimilibus, vt per *Rol. à Vall. quæſt. 27. num. 9.* & melius *quæſt. 223. num. 6. & 7.* vbi ampliat, vt non dum cum prefatis, verum etiam & cum ipſo defuncto, quaſi cõtrahere videatur, ità quod dicitur paciſci cum tertijs poſſeſſoribus, & proinde ſuper eorum bonis aſſiſtentiam preſtari talis mulier hæres petere pro nũcupata minimè poterit, quia cum hæredi-
5 tas ſit ius vniuerſale, *l. hæreditas 63. ff. de regul. iur.* quieſcere facit omnes alias actiones, *Bal. in l. per minorem, ff. de iudicijs, Mar. 4. p. ſui ſpeculi, num. 6.* & per conſequens ſtante aditione facta per ipſam mulierem: cum per iſtum actum vniuerſalem approbare videatur ſingula particularia, ſuper bonis his poſſeſſis ab alijs aſſiſtentiam petere ei non licebit, dum alienationem, ipſa à viro, cum viueret, factam comprobare viſa fuerit.

Similiter non poterit iſta mulier iure aſſiſtendi tertios moleſtare poſſeſſores,
6 quia non confecit inuẽtarium, vel ſi fecit non ſolemne, quæ paria ſunt, *l. quoties 6. ff. qui ſatisdare cogant. l. ſi aut nullum 4. vbi Bald. C. de legit. hæred.* quapropter fraudẽ commiſſam eſſe, tales poſſeſſores aiunt: cum inuentarium omni ſollemnita-
7 te ſie faciendum, vt dixit *Franciſcus Porcellinus de confectione inuentarii col. 2. ver. 2. & de Franch. deciſ. 206. num. 2.* vnde ſi alias fiat, iuris ordine non ſeruato, requiſitis ſollemnitatibus non adhibitis, non valet, *l. non putauit 8. §. non quænis, ff. de bonorum poſſ. contra tabul. Surd. deciſ. Mant. 222. num. 2.* & hæres in fraude præſumitur,
8 quæ cum ex coniecturis inducatur, per præſumptiones poterit probari, *cap. licet il 3. de teſtibus, l. ſi vicinis 10. C. de nupt. Federic. de Senis conſ. 119. Alex. conſ. 69. nu. 1. vol. 2. Maſc. de probat. concluſ. 815. num. 1. & ſeq.* quæ præſumptio eſt manifeſta in cauſa, de qua hic agitur, dum non fideliter res omnes in inuentario deſcripſit, ſed eas occultauit, vnde patet fraus: & per conſequens non poterit iuuari legis auxilio ex capite inuentarij, dum in legem
9 commiſit, *l. auxiliũ 38. §. vltimo, in fine, ff. de minor. 25. annis,* & eſt veriſimilis defrau-

Digitized by Google

fraudatio nunc pręſumpta: nam alias exi-
ſtens in poſſeſſione bonorum mariti, quæ
ſcire debuit, per *text. in l. quiſquis* 15. *C. de*
reſc. vendit. non acceptaſſet hærærêditatẽ,
niſi corpora ſtabilia; ac bona mobilia eſ-
ſent ſaltim ſufficientia pro dotium ſuarũ
recuperatione; quibus ſubtractis poſtea,
cum non ſufficerent: non eſt concedendũ,
vt poſſit contra tertios poſſeſſores proce-
dere, vt ſatis apertè ſic præſumere, ac pro-
bare videtur mihi *tex. in §. ſancimus, auth.*
de hæred. & faleid. & auctoritas *Didaci Spi-*
no in terminis *de confect. inuent. quæſt.* 223.
n. 47. *&* 48. nec huius fraudis mirnm erit,
dnm mulierum genus auariſſimum eſt, *l.*
10 *ſi à ſponſo* 16. *§. quod ſi ſponſa, vbi gloſſ. C. de*
ritu nupt. vnde cum nemini proſit fraus,
& dolus: eſt bene dicendum, vt nõ poſſint
tales poſſeſſores vexari, *l.* 1. *ff. de doli excep.*
§. 1. *&* 2. & experientia rerum magiſtra
nos certe docet huius ſexus fragilitatem,
& falſitatem, mendacium, & fraudem: ita
& taliter quod omni priuantur beneficio:
11 & præcipuè Velleiani, dato per expreſſam
renunciationem illud mulieretes non
amittant, vt *in pragm.* 1. *ſub rubr. de Senat.*
Conſ. Vell. dum virilibus veſtibus indutæ
aliquando fraudulenter fideiuſſerunt, vt
in *l. ſi decipiendi* 30. *ff. ad S.C. Velleian.* ac-
cedat ad hoc quicquid de fœminis dubi-
tet *text. in l.* 1. *& totus titulus, ff. de ventre*
inſpic. ita & taliter, quod ſi dicant, ab ali-
quo eſſe cognitas, nulla eis erit adhibenda
fidęs, vt doceut *Caſtr. Alex. & Iaſ.* recitati
per *Boer. decif. aurcis, quæſt.* 319. quod ſic
nõ eſt in maſculis; maior etenim ipſis cer-
titudo datur, *gloſſ. in marg. in l. omnes ado-*
leſcentes 2. *C. de his, qui ven. ætat. impetr.*
itaquê dictæ Liuiæ non eſt credendum
aſſerenti, quod bona hæreditaria pro eius
dotis recuperatione non ſufficiunt, cum
conſtet de fraude per non fideliter reo-
rum omnium deſcriptionem in inuenta-
rio.

Et hoc ſanè probatur, nam ſi credendũ
Porcllino eſt de confectione inuentarij, col.
2. *ver.* 2. *& D. de Franch. decif.* 206. *num.* 2.
aſſerentibus, inuentarium eſſe omni ſub-
tilitate conficiendum, vt dictũ eſt *ſupra n.*
7. ad hoc vt valeat; inter cætera requiſita,
12 quæ ſunt neceſſaria ad inuẽtarij validita-
tem, & ſi talis non interueniat actus, inua-
lidatur; eſt fidelis omnium bonorum hæ-
reditariorum deſcriptio; dato quod teſta-
toris non ſint; qa ſufficit, ſi in eius hęredi-
tate reperiantur mortis tempore, *Paulo de*
Caſtro, Angelo, Rom. Alex. & Imol. in l. ſi de
eo, §. fortè, ff. de acquir. poſſeſſ. Dec. conſ. 633.
nu. 10. & alios refert *Viuius in Sylua com.*
opinionum, opin. 351. *n.* 6. imò & æſtimatio-
nem apponere neceſſe iudicatur per *Fulg.*
in auth. ſi omnes, C. ſi min. ab hær. ſe abſt.
Monticul. de confectione inuentarij, q. 234.
num. 56. & ratio eſt, nam ſi iſta requiſita
non ad aliud, quam ad fraudem euitan-
dam ſunt introducta: non minus iam de-
fraudaretur defuncti patrimonium per
rerum occultationem, quam eorum præ-
tij diminutionem, dum valor ducatorum
centum reduceretur ad carolenos decem,
ſi hoc in hæredis conſcientiæ arbitrio eſ-
ſet remiſſum: vnde ſatis cõſtat, quod dum
eſt de inuentarij eſſentialibus omnium
bonorum deſcriptio: omiſſa actus vitia-
tur, & ſic non poterit iſtos poſſeſſores mo-
leſtare, quia ſi ipſa tenetur propter hoc
13 alijs prætenſoribus vltra vires, per *text. in*
d. l. non putauit, 8. *§. non quæuis, ff. de bon.*
poſ. contr. tab. de Franch. dec. 514. intellige
quãdo ſumus in actionibus perſonalibus,
ſecus autem in hypothecarijs, vt per *Ne-*
guſ. de pignor. membro 1. *par.* 5. *num.* 49.
Grat. conſ. 63. *num.* 14. *lib.* 1. *Camill. de*
Medic. conſ. 24. *num.* 23. & deciſum refert
idem *de Franch. decif.* 80. *num.* 12. nam hic
propriè cadit iuris regula, quem de eui-
ctione tenet actio, eundem agentem re-
pellit exceptio, *l. vendicantem* 17. *ff. de*
euiction. nam ſi de ſuo talis mulier alijs
tenetur per inuentarij inualiditatem, non
poterit pro eius dote iſtos poſſeſſores
moleſtare: & tanto magis, quod in tali in-
uentario non fuit appoſita clauſula illa
ſalutaris, ſcilicet, quod facta diligẽti per-
quiſitione per hæredem, alia bona non
inuenit, & pollicetur, quod ſi inuenerit in
futurum aliquid de hæreditate, deſcri-
ber in inuentario, quę cum ſit magnæ vti-
litatis conualidaret inuentarium: quam-
uis non eſſent in eo cuncta notata.
14 Ratio huius affirmatiuæ veritatis eſt
contra iſtam Liuiam, quod mulieres non
excuſantur ab his, quæ ad iuris rigorem
conſeruãdum introducta ſunt, dato quod
tractetur de damno euitando, & ſic per in-
uentariũ eis nõ ſuccurritur, *Bar. conſ.* 154.
de Franch. decif. 329. & quod inuentarium
introductum ſit ad conſernationem rigo-
15 ris iuris, demonſtrant *Bald. in auth. ſed cum*
teſtator, num. 8. *C. ad l. falc. Alcia. conſ.* 139.
num. 7. *lib.* 9. *& Rota Genuenſ. decif.*
35. *num.* 9. cum alijs relatis per *Marium*
Anton. Maceratenſ. variar. reſol. reſolutione
11. *nu.* 19. *&* 20.

Quod corroboratur ſolidiſſima doctri-
na, nempe tunc demum eſſe mulieri fa-
16 uendum, quando eſt de iure expreſſum
in aliquibus caſibus, vt notatur *in l. fin. vbi*
Paul. de Caſtro, C. de iuris & facti ignoran-
tia; ſed ſic eſt, quod in hoc cantum non
re-

Digitized by Google

reperitur, vt dictæ Liuiæ ſuccurratur, ſtan-
dum erit iuri communi volẽti, quod qui
non conficit inuentarium: vel nullum il-
lud facit, teneatur vltra vires, præter alia,
quæ ſentit incommoda, notata in *l. fin. cũ*
ſuis §§. *C. de iure delib.* eſt dicendum non
poſſe conueniri iſtos poſſeſſores per dictã
mulierem: & ad hoc vide *Alex. Dec. & Ia-*
cobum, in l. iuris ignorantia, C. qui adm. al-
legat concordantes *Tiraq. de retr. conuẽt.*
§. 4. *gl.* 7. Adde *Ant. de Padilla in d. l. fin. C.*
de iuris, & facti ignor. Alex. conſ. 170. *Loſ-*
C *fred. conſ.* 14. *col.* 12. & comm. opinionem
DD. relatam per *Franc. Viuium in ſua Syl-*
ua, opin. 352. *num.* 5. & ſecundum iſtam
opinionem introducta cauſa in S. R. C.
Neapolitano anno 1598. inter D. Liono-
rã Coſciam, & D. Siluiã de Silua fuiſſe de-
D ciſum refert meritiſſimus, ac doctiſſimus
Regens Carol. de Tap. decis. 39. de qua me-
minit *D. Ricc. in addit. ad Praſ. de Franch.*
decis. 229.

Nec ex capite ignorantiæ poterit iſta
mulier tueri: quia non admittitur in hoc:
nam quiſque tenetur ſcire leges Peritio-
17 res conſulendo: legeſue ipſas obſeruare, à
quarum obſeruantia nemo excuſatur: vt
in *l. leges* 3. *C. de legibus*, ibi *leges gene-*
rales ab omnibus in poſterum obſeruanda,
nam dictio, *omnis*, vtrumque ſexum com-
prehendit, arg. *l. ſeruis legatis* 79. *ff. de leg.*
3. arg. *legis ait prætor* 3. *ff. de neg. geſt.* & fa-
ciunt dicta *gl. in cap. ſi quis ſuadente diabo-*
lo 29. 14. *quæſt.* 4. *in verſ. ſi quis*: vltra quod
non ſumus modò in capite ignorãtiæ, ſed
fraudis: & malitię, dum non ignorauit ip-
ſa inuentarij confectionem, ex eo quia in-
uentarium fecit, ſed benè rerum occupa-
tionẽ probamus, & ſic optimè reijci debet
à vexatione cõtra iſtos poſſeſſores: cũ ma-
18 litijs nõ indulgendũ, ſed obuiandũ ſit, per
text. in l. in fundo alieno 39. §. *pen. ff. de rei*
vendicat. quam reſolutionem ſua auctori-
tate firmauit in punctis *Maceratenſis in d.*
quæſt. 11. *num.* 22. & ante eum *Dinus in c.*
ignorantia, de regul. iur. in 6. *num.* 10. & ſe-
quitur *Gabr. de ſecundis nup. lib.* 3. *concluſ.*
9. *num.* 11. & *Sylua nupt. lib.* 2. *num.* 52.
limit. 5. & meritò non ſuccurritur, dum
eam omiſit ſollemnitatem, quæ à *l. fin.* §.
ſin autem, C. de iure delib. introducta eſt,
quia, vt dictum eſt, non excuſantur mulie-
res ab his, quæ ad rigorem iuris conſer-
uandum edita ſunt, ſi illa omittant.

19 Aduerſus quæ firmata, cum dicta mu-
lier peteret beneficium reſtitutionis in
integrum, fuit negatum ei competere ex
pluribus, ſed ex illis duobus præcipuè ſu-
pra adductis rationibus.

Prima, quod mulieri non ſuccurritur
niſi in caſibus iure expreſſis; ſed ſic eſt,
quod cautum in hoc non reperitur in
mulierum fauorem, ergo non poteſt ha-
bere in integrum reſtitutionem.

Secunda, quod dum omiſit ſollemnita-
tes de iure requiſitas in inuentario, dato
tractaretur de damno euitando, cum in
hoc fœminas non excuſet ignorantia,
non poterit iſta Liuia in integrum reſti-
tutionem habere: vt vltra *Bart.* adductum
in *conſ.* 154. voluit *Macerat. ead. reſol.* 11.
num. 27.

Tertia attenta iuris definitione de reſti-
tutione in integrum, quę eſt in priſtinum
ſtatum repoſitio, minoribus læſis, vel de-
ceptis legitimè conceſſa: cum in præſenti
articulo nec lęſio, nec deceptio appareat
in dicta Liuia: immò ipſa videtur decepiſ-
ſe, hæreditatis bona cœlando, non fideli-
ter ea deſcribendo in liſta inuentarij; ita-
que cum non cõſtet de læſione, reſtitutio-
nem in integrum denegandam eſſe dixe-
runt *Natta conſ.* 140. & *conſ.* 214. *num.* 9.
Rol. conſ. 59. *n.* 7. *vol.* 1. *Caualc. de tut. & cur*
n. 150. & *Gamma decis.* 66. *n.* 22.

Et parum obſtabunt contraria firmata
per *Viuium in Sylua com. opionum, opin.*
351. *n.* 17. dicentem, in Regno mulieribus
talem reſtitutionẽ competere, & ſic refert
deciſum per *text. in Conſtitutione Obſcuri-*
tatem, de reſtitut. in integrum cum *Iſernia,* D
& *de Affl.* qui hoc vnquam dixerunt cir-
ca inuentarium: vt etiam poterit bene in-
telligi apud *D. de Franch. decis.* 229. & *D.*
de Tap. decis. 39. ſed quod melius verbis
præcitatæ *Conſtitutionis*, quæ adducuntur
ſub tuo animi iudicio excogitanda, ſi ve-
20 ra ſint, vel *Viuij*, vel mea dicta. Ibi legitur
Itaque Mulieres Longobardorum, ſeu Fran-
corum iure viuentes in iudiciis tantum reſti-
tuendas eſſe ſancimus, & inde ſequitur, *In*
contractibus autem, in quibus non tàm ipſæ
præſentes eſſe poſſunt, quàm & aliorum
præſentia Iudicum, & Mundualdorum, ac
Procuratorum habere, ipſis non videmus ſue-
currendũ, & ante voluit *Secund. nouella Inſt.*
Imper. ad l. falcid. quę non omnibus eſt no-
ra. Itaque cum tantum loquatur in acti-
bus iudiciarijs: non poteſt fieri extenſio
ad inuentariũ, quod dicitur actus extra
iudiciarius: nec Iudicis præſentia in eo eſt
neceſſaria, cum aliquid terminare non
21 habeat, permittendo, vel prohibendo, vt
dixit *Bar.* in alias adducto *conſ.* 154. latiſſi-
mè: & *Porcell. de inuentario, quæſt.* 3. *num.* 9.
& ſic ad actus diuerſos: nam lex clare, &
diſtinctè loquens, ſic erit intelligenda, ar-
gumẽto eorum, quæ notantur *in l. de pre-*
tio 10. à contrario ſenſu, *ff. de Publician. in*
rem actione, & optima ratione in contra-

ctibus

ctibus, ne reſtituantur mulieres extenſio-
nem fieri non permittitur; quia quod cō-
ceditur in vno, prohibetur in alio, *l. cum
prator* 12. *vbi Bart. ff. de iudicijs*, & clarè
patet in caſu noſtro ex recitatis verbis
Conſtitut. Obſcuritatem, ſuper qua *Viuij* eſt
fundata ſententia: ve relictis exemplis in-
numeris, videmus hāc practicatam theo-
ricam in materia *Conſtitutionis Regni San-
cimus, de iure proth.* quæ cum loquatur in
cōtractibus emptionum, locationum. &c.
non extēditur ad donationem, & ſimiles,
vt per *D. de Afflict. & Bald. Peruſ. ſuper d.*
21 *Conſtitutione Sancimus, §. alienare, num. 2.
fol. mihi* 86. *aterg.* vnde à fortiori in caſu
noſtro ſic dicendum eſt; dum verba clarè
loquuntur vltra iudiciarios contractus,
mulierem non eſſe reſtituendam, quapro-
pter cadit ſententia: *gloſis* nō indigemus,
quando *tex.* habemus.
23 Poterit tametſi *Viuij* ſaluari opinio ſic;
quod dum ipſe diuerſimodè loquitur *nu.*
16. *&* 17. *eiuſdem opin.* 351. dādā eſſe, & nō
eſſe concedendam dictam reſtitutionē in
integrū, licet, vt vidiſti in fauorem mulie-
ris partem ſuſtineat: quoniam ſe refere ad
ſeq. opin. 352. *num.* 5. vbi nil de hoc fatur,
debemus dicere; quod dum relatum non
eſt conſonans cum referente: non eſſe re-
ferenti credendum, vt bene probant pro
me latiſſimè firmata *in rubr. de filio vocan-
te patrem in iudicium ſine venia, in fine*, nul-
latenus ponamus, quod omnia vera exta-
rent, puto habuiſſe reſpectum, non ad ſim-
plicem mulierem, ſed priuilegiatam, ſci-
licet in minori ætate exiſtentem: nam ei
ſuccurritur, non ratione ſexus: ſed ætatis,
arg. *l. auxilium* 38. *§. in delictis, ff. de minor.*
25. *annis*, & colligitur ex dictis *D. de Fran-*
24 *ch. ead. deciſ.* 229. vnde cum in præſentiarū
dicta minor ætas ceſſet: aſſatæ Liuiæ non
eſſe concedendam reſtitutionem iſtam,
optimè concluditur. Quia eſt magis pri-
uilegiata ætatis incapacitas: quam ſexus
fragilitas, vnde propterea potius habet
reſtitutionem in integrum minor, vt no-
tatur *in deciſ. Surdi* 222. quam fœmina; vt
videmus, minorem aduerſus ſententiam
25 reſtitui, ſecus autem muliere, *de Affl. dec.*
356. *n.* 4. *&* 5. *& de Franch. deciſ.* 284. *nu.* 2.
Nec æquitas in ſupplementum poterit
opponi ad Iudicis mentem releuandam,
tale reſtitutionis beneficium concedat,
26 quia præfertur ſcriptus ei rigor ne con-
cedatur, iuxta regulam, quod æquita-
ti non ſcriptæ rigor ſcriptus præfertur, *l.
placuit* 8. *C. de iudiciis, de Franch. vbi ſupra*,
at ne fruſtatoriè quæ dicta ſunt repetam,
tu poteris ex ſupra ſcriptis videre, ſi rigor
ſcriptus ſit aduerſus hanc mulierem, ne
reſtitutione in integrum iuuetur.
Remanet reſpondere *dec. D. de Franch.*
229. quæ non officit, cum loquatur de
27 virgine, quæ vltra, quod poterat eſſe mi-
noris ætatis, etiā differt à muliere, per *tex.
in l. ex empto* 11. *vbi gloſſ. ff. de act. emp.* & ſic
ex diuerſis non fit illatio, *Roman. ſingul.*
482. *num.* 1. ipſa virgo non fraudauit, dum
ad maiorem ſatisfactionem duo fecit in-
uentaria: iſta vidua in fraudem fuit,
dum vix vnum fecit inuentarium, bona
hæreditaria occultando. Ipſa virgo virgi-
nitatis pudore, & ex defectu conſangui-
neorum, vt *in d. deciſ.* legitur, non potuit
aliquem Peritum conſulere: & iſta vidua
viduali libertate ſoluta ſcientèr ignorare
voluit quę ad eius fauorem erant, & ſciuie
formam inuentarij; ſed ipſam adulterare
malitioſè curauit. Ipſa virgo agit de dam-
no euitando, ne vltra vires creditoribus
ex paruo defectu teneatur, & iſta vidua de
lucro captando, cupiens poſt occupatio-
nem hæreditariorum bonorum tertios
compellere poſſeſſores pro ſuæ dotis recu-
28 peratione: vnde ex his deciſum ſi fuit in
d. deciſ. 229. quod pro modico peccato il-
la virgo tam graue damnum pati non de-
bebat: per argumentum à contrario ſen-
ſu, quod eſt iure fortiſſimum per *glo. in l. ſi
procurator* 8. *verſ. igitur, ff. mandati, vel con-
tra*, fuit in tali Academia cōclusum, iſtam
Liuiam pro tanto errore fraudis, quod nō
omnia fidelitèr in inuentario appoſuit, eſ-
ſe reijciendam à ſua petitione, dato ei de-
trimentum afferret pro dotis conſequu-
tione: & per conſequens conuentos ipſos
tertios poſſeſſores eſſè liberandos ab im-
petitis, & obſeruatione iudicij.

SVMARIVM.

1 *Iudices debent inuicem auxiliari.*

2 *Quod ampliatur in Iudicibus ſecularibus, qui Eccleſiaſticis debent opitulari: nam alias arbitrariis ſubiacent pœnis.*

3 *Sed quando hoc procedere dicatur?*

4 *Cauſæ quando ciuiles, & quando criminales dicantur: remiſſiuè ponitur.*

5 *Crimina quæ ſint, in quibus, & Eccleſiaſticus, & ſecularis Iudex, præter iuridictionum perturbationem cognoſcere poteſt, remiſſiuè.*

Percutiēs Clericum, *à quo Iudice puniatur?*

6 *Iudicium non à citatione, ſed à captura incipit, quando delinquens eſt de fuga ſuſpectus.*

7 *Clericus quando poſſit per Iudicem ſecularem capi, & quæ ſit cautela, ne incurrat in excommunicationem ipſe Iudex.*

8 *Iudex domicilii non poteſt inquirere de de-*

 licto

Digitized by Google

licto commiſſo per ſubditum extra ſuum territorium.

9 *Præuentioni locum eſſe hodie circa punitionem delinquentis, tàm quoad Iudicem originis, quàm iuriſdictionis, affirmatur.*
Præuentio qualitèr debeat eſſe, vt Iudex, qui præuenit, inquiſitum punire valeat.

10 *Iudex iuriſdictionis eſt magis competens, quam Iudex originis, ita quod per viam inquiſitionis non poteſt procedere Iudex originis, contra ſuum ſubditum delinquentem in aliena iuriſdictione, ſed an hoc ei concedatur per viam accuſationis? remiſſiuè.*

11 *Reus abſolutus ab vno Iudicum iuriſdictionis, vel originis, pro eodem crimine ab alio moleſtari non poterit.*
Auctoris *traditur conſilium circa hoc.*
Reus abſolutus à Iudice domicilii poterit recognoſci à Iudice loci delicti.

12 *Senectus eſt venerabilis; ſed iuuentus eſt ſtudio magis amicabilis.*

13 *Oblatio, ad hoc vt valeat, qualitèr fieri debet religioni, vel capellæ?*
Oblatus an poſſit retinere ſibi proprietatẽ.

14 *Probationes, quod quis eſt clericus, vel oblatus à Iudice remiſſionem petenti, fieri debent coram eo, à quo remiſſio petitur.*

15 *Clerici etiam volentes, non poſſunt cognoſci per Iudicem laicum.*
Clerici, & aliæ perſonæ eccleſiaſtiacæ non poſſunt compelli ad onus collectarum, nec aliarum impoſitionum.

16 *Clericus, vel alia perſona eccleſiaſtica, quando ſuis gaudeat priuilegiis, & nu.18.*
Clericus ignotus delinquendo, poteſt per Iudicem ſecularem recognoſci.

17 *Quis talis præſumitur, in quali habitu reperitur.*
Cucculla non facit monàchum.

18 *Clerici, vel Monaci peregrinantes ſine dimiſſoriis, & licentiis Superiorum, non poterunt Ordinis, vel Religionis beneficio iuuari.*

19 *Clericus in quibus caſibus cognoſcatur à Iudice ſeculari ſpecificè demonſtratur, & n.20. & 21.*

20 *Clericus inquiſitus poteſt capi, & torqueri per ſecularem poteſtatem.*

21 *Clericus per viam reconuentionis ſubiacet Iudici laico.*

22 *Excommunicatio nõ infertur ſine materia mortàlis peccati.*

23 *Percutiens clericum ignotum, non incidit in pœnam* Can.ſi quis ſuadente diabolo.
Excommunicatio iniuſta non ligat; & nullius eſt momenti.

24. *Iudex iniuſtè excommunicando, arbitrio Iudicis punitur, ſic etiã ſecularis aliquem iniuſtè condemnando.*

ARGVMENTVM.

Oblari, ſiue Offerri qualiter eſſe debeãt, & Clerici quomodò ſe valeãt habere, ad hoc vt eorum gaudeant priuilegijs, & quando, & in quibus iſtæ prænominatæ perſonæ Iudici laico ſubiaceant, cum alijs ad hanc materiam oportunis.

DE IVRISDICTIONE INVICEM NON TVRBANDA. CONCLVS. XXI.

CÆtera inter requiſita per Iudices ſeruanda, hoc eſt præcipuum, vt ad inuicem ſibi ipſis præſtent auxiliũ, nam ſic euelli libentius poſſunt vitia, & delicta mulctari: vt aduertẽdo *Alex. P.4. in Conc. Lateranenſe*, ſic docuit *in c.1.*
1 *§. fin. ibique gloſſ. litt. G.* vbi declarat, vt & conſilium, & auxilium mutuum Prælati præſtare teneantur *de treugua, & pace*, & alia iura allegantur per *gloſſ.* ad hoc in *Conſtit. Regni Pacis cultum, col.1. num.30. ſub rubr. de Cultu Pacis.*

Et non dum Eccleſiaſticæ Poteſtates ad inuicem tali ſunt obligati officio fungi: verum etiam & ſeculares debent Eccleſiam opitulari miniſtrantibus, vt quos ſa-
2 cerdotales ſermones non corrigunt, ipſi coerceant, quod ſi peragere omittunt, rationẽ apud Deum eſſe reddituros eos voluit *text. in cap. Princeps ſeculi 20. vbi gloſ. 23. quæſt.5. cap. cum ad verum 6. cum gloſſ. 96. diſt. & cap. quoniam 14. §. vltimo in fine, de officio Iudicis ordin.* immò tale denegando Iudices ſeculares auxilium, arbitrariè poterunt per Superiores eorum puniri, vt ex *Menoch. de Arbitr. Iud. lib.2. caſu 452. num.2. centur.5.* & meminit *Regens Rouitus ſuper pragm.5. num.4. de citationibus.*

Tamen hæc procedunt, iuſta ſi exiſtat cauſa, quia in caſibus, in quibus non po-
3 terit legitimè præſtari auxilium, non eſt per ſecularem Eccleſiaſtico fauendum, vt ſatis aperte habetur apud *Rodulph. in ſuo tractatu de brachio ſecul. D. de Afflict. ad proœm. Conſtit. cum initio Poſt mundi machinam, num.54. & 55. vol.1. fol. mihi 22. Troyſ. ſuper pragm. 29. num.7. & 8. de appell. in caſu aſſiſtentiæ, & Vrſ. ad eundem de Affl. deciſ.24. nu.14.*

Quæ omnia ſic debent peragi: vt iuriſdictio non turbetur, immò potius vniuſcuiuſque augeatur illa, & quoniam diſſenſiones potius oriuntur, quam præſtantur auxilia zelotypiæ cauſa iuriſdictionis,

huic

huic ſunt indiſpoſitioni oportuna præpa-
tanda remedia: ſicut Catholica Maieſtas
anno 1515. die decimoquinto Decem-
bris 4. Inditionis, vt in *pragmatic. 2. ſub ti-*
4 *tul. de iuriſdiction. inuic. non turband.*
Regali prouidentia differentijs conſuluit,
habitis inter quoſdam ſeculares Officiales
in criminalibus, poteſtatem habentes, &
Rectores, ac Monachos venerabilis Ho-
ſpitalis Sanctæ Catharinæ Nouellæ Ordi-
nis Sancti Benedicti Congregationis Mõ-
tis Oliueti, ſiti in Caſtro Sancti Petri in
Galatina; ciuilem iuriſdictionem retinen-
tes in Caſalibus Turris Padularum, Ara-
dei, & Acteoli, finem diſcordijs imponen-
do, & cenſuit, in quibus ſecularis, & in qui-
bus Religioſi authoritatem habebant, &
in quibus delictis procedere poterat qui
criminalem, & in quibus qui ciuilem re-
tinebant poteſtatem, decernendo inſuper,
quæ criminales, & quæ ciuiles cauſæ di-
cantur, dum Iudex ſecularis, qui crimina-
lem habebat iuriſdictionem, cuncta ferè
negotia criminalia reputabat, etiam me-
rè ciuilia, ita quod actus penitùs aliquis
dignoſci poterat ciuilis.

Sunt tametſi quando agitur de mera
poteſtate Iudicis Eccleſiaſtici, & Iudicis
5 ſecularis, aliqua crimina, in quibus vterq;
eſt competens, attento iure communi,
cum mixta cenſeantur, prout eſt crimen
ſacrilegij, ſicut eſt videre apud *D. de Aſ-
flict. in Conſtitution. Regni Multæ leges,
de crimine ſacrilegij, numer. 8. & in Con-
ſtitution. Regni Statuimus, de vſur. pu-
niend. numer. 2. & 6.* quem ſimiliter vide
Doctorem, ac alios per eum citatos in
*Conſtitution. Maieſtati noſtræ, de adul-
ter. coercendis, numer. 6. & 7. ac Vrſill. ad
deciſion. de Afflict.* 138. *numer.* 1. in cauſa
matrimonij, ſi ſecularis, & Eccleſiaſtica
poteſtas promiſcuè procedere poſſit, &
de percuſſione facta Clerico, ſi ſcire cupis,
à quo veniat punienda, dicas cum *Squil-
lante de priuileg. Clericor. cap. 6. num. 97.*
& ſecularem, & Eccleſiaſticum eſſe in tali
caſu Iudicem competentem: citrà iuriſdi-
ctionis eorum perturbationem: nam vnus
punit percuſſorem pœna corporali, & al-
ter mulcta ſpirituali: cum vna per alteram
non tollatur, ſecundùm *DD.* per eundem
Squill. vbi ſupra allegatos.

Euenit circa hanc materiam: quòd cum
tranſirent per meum Oppidum Conciues
duo Ciuitatis Marſici Noui ante taber-
nam, in via publica exiſtentem, fauentibus
Cerere, & Baccho cœperunt ad inuicem
altercari: ita quod ex verbis ad factum
peruenerunt, & vnus alterius caput fregit,
ex qua percuſſione cecidit quaſi mortuus
in terram, & multam poſt ſanguinis effu-
ſionem vix reuiuixit, cui rixæ Curia meæ
patriæ oportunè ſuperueniens, percuſſo-
rem carcerauit, multo cum rationis fun-
damento: tum quia tanquam exterus erat
de fuga certiſſimus; quo caſu iudicium
6 non à citatione, ſed à captura debet habe-
re principium, ſecundùm doctrinam *Bart.
in l. ſacrilegij, C. ad l. Iul. pecul. Bald. in l.
conſentaneum, C. quomodo, & quando Iu-
dex, Salyc. in l. abſentem, C. de accuſat. An-
geli in tract. maleficiorum, in verbo Iudex
commiſit, num. 4. & Carau. in ritu 39. cir-
ca finem.* Tum etiam, quia rumor inſurre-
xit in eius præſentia, ſuperueniendo in eo
tempore, quo percuſſiones illabantur, &
non debebat permittere, vt deteriùs male-
ficium ſequeretur: cumquè caperetur in-
formatio, ipſe percuſſor dicebat, ſe Diui
Antonij eſſe oblatum: ſed hoc nec teſtes
affirmabant, qui erant eiuſdem Ciuitatis:
nec veſtes eum talem indicabant: dum vti
ſecularis ſuum perſequebatur iter, &,
quod plus, monitus, vt eius oblationis
chartas monſtraret, vllam ſcripturam ex-
hibuit: ita & taliter, quod carceratus po-
terat legitimè detineri; & tanto magis,
dum præceſſit proteſtatio, vt ſi probaret
oblationem, eſſet liberatus, ſecundùm
7 optimam cautelam *Viſconti in ſuis iuris
concluſionibus, in verbo Clericus tertio
huius nominis, in fine*; & hæc eſt doctrina
Toleti ad euitandam excommunicationis
formidinem *lib. 1. ſuæ ſummæ, cap. 34.
num. 6. in nouiſſ. verſ. quartò propter*, vt
quilibet Iudex ſecularis poſſit carcerare
Clericum ob impediendum crimen, vel
ob delictum commiſſum cum voluntate
remittendi ad ſuum competentem ſupe-
riorem, *Eman. Sà* præclariſſimæ Ieſuita-
tum Religionis in ſua *aphor. verbo Cleri-
cus, num. 5. & Reg. Rouit. in Rubr. de Cler.
ſeu Diac. ſaluat. num. 3.*

Inde poſt paucos dies fuerunt produ-
ctæ dicti inquiſiti ſuæ oblationis certæ co-
piæ, & quædam literæ monitoriales Epi-
ſcopi Marſici ſuffraganei Archiepiſcopi
Salernitani, ſecundùm *Auguſt. Barboſ. in
Archiepiſcoporum, & Epiſcop. narratione
totius Orbis*, quæ cum non potuiſſent in-
timari ſine brachij imploratione Archie-
piſcopi Compſani, qui in ſpiritualibus re-
tinet ordinariam iuriſdictionem in dicta
mea patria, cum eſſet per Generalem Vi-
carium dicti Archiepiſcopi impartitum
ſui brachij auxilium præfatis literis, illis
monitus Gubernator obtemperauit illi-
cò, & carceratum liberauit, ipſum traden-
do dictæ Terræ, ſiue meæ patriæ Vicario
foraneo, vna cum informationis copia: &

vt in *d.cap.6.*eiuſdem *ſeſſ.23.* quod adeo eſt verum; vt ſi delinquat Clericus ſub habitu ignotus, per Iudicem ſęcularem carcerari poterit,& penès ſe illum retinere,& ad cõdemnationem deuenire,ſi de Clericatu nõ opponatur exceptio,& remiſſio per ſuum Superiorem non petatur, *Bald.in l.ſi qua per calumniam, C.de Epiſc.& cler.de Affl. in Conſtitut.Regni Apoſtatantes,de Apoſtatantibus,nu.11. Maran.in d.verſ.ſeculare,vel Eccleſiaſticum,ſub nu.69,*& ideo
17 repertus in rixa vti laicus,pro tali fuit exiſtimatus, ſed dato habuiſſet habitum, (vltra ſupra firmata, quod ad euitandum errorem, vel ad puniendum facinus ſcientèr Clericus per ſęcularem poteſt carcerari,) ignorantia etiam legitimè excuſat, vt indutus habitu clericali, vel monaſtico Clericus, vel Religioſus prima facie non iudicetur, quia cuculla non facit Monachum, *cap.fin.41.diſt.& S.C.Trid.ſeſſ.14.cap.6, in princ.*

Et non dum perſonæ Eccleſiaſticæ tunc beneficijs non gaudent Eccleſiaſticis:quã-
18 do habitum non deferunt decentem ordini, vt viſũ eſt, & probatur apud *D.Ricc. tomo 3.reſol.308.cum ſeq.*& apud *Cbart. deciſ.crimin. Mediolan. Archiepiſcopalis fori deciſ.56.num.24.*cum magna per eum ibi *DD.*allegata caterua, quod intelligendum eſt vſquè dum Clericum eſſe probauerit: nam tunc remitti debet ſuo competenti; quia ad hoc vt poſſet puniri, non obſtante allegatione exceptionis fori: eſſet neceſſe præceſſiſſe ſuperioris monitiones ad habitum dimiſſum reaſſumendum, quas ſi neglexerit, beneficio clericalis ordinis nõ iuuabitur,per *tex.in c.ad audientiam 25.de ſent.excommun.* ſed etiam poterunt tales perſonæ recognoſci per ſęculares,quando vti alienigenæ peregrinãdo, non vadunt cum dimiſſorijs, & licentijs ſuorum Superiorum, prout hodie obſeruatur,quia non Clerici,vel Monaci,ſed ſæculares eſſe putabũtur, *l.ſi qua per calumniã 22.*vbi *Paul.de Caſtro, C.de Epiſc.& Cler.* & facere videntur ſimiliter iura *in cap.2.de Clericis peregrinis,& in cap.fraternitati tuæ 5.de Cler.non reſidentibus,* quid mirum ergo,ſi talis criminoſus aduena ſine aliqua licentia, & ſcriptura oblationis, & ſuperiorum per aliena oppida tranſeundo fuit captus per Curiam ſæcularem in rixa,cum legibus permittatur?

Neque Eccleſiaſtico ordine inſigniti iſtis prænotatis modis,recognoſci poſſunt per laicalem poteſtatem, verum etiam & in pluribus alijs particularibus caſibus, prout eſt
19 Primò in feudalibus, vt ſupra patet ex verbis inueſtituræ additis, & probatur *in c.Regni Itẽ ſtatuimus,quod Clerici,ſub Rubr.de non trah.Clericis,&c.*& meminit *Reg.Rouit.ſuper prag.2.de Cler.ſeu Diac. ſaluaticis,*

Secundò in crimine aſſaſſinij, vel homicid j proditorij *Conſt.Regni De perſonis, & ibi gloſſatores, rubr.vbi Clericus,Clar.*
20 *in pract.crimin.q.36.n.25. Horat.Viſc.in ſuis deciſiuis cõcl.verb.clericus de crimine læſæ Maieſtatis,fol.*mihi *27.Ant.de Ballis lib.3.variorum tract.rubr.de Aſſeſſor.q.3. caſu 1.à n.28.vſq; ad 33.& Carr.in pract. crim. in tit. de homic.à num.14.vſquè ad finem,* apud quos Authores etiam habes, an Clericus inquiſitus poſſit capi per Curiam ſæcularem; & eius Iudicantium decreto torqueri pro affirmatiua ſententia.

Tertiò in ciuilibus per viam reconuentionis,*l.cum Papinianus 14.*vbi *gl.Bal.Salyc.& Paul.Caſtr. C.de ſent.omn.iud.* & cõfirmatur per *Ritum M.C.V.67.de Affl. deciſ.137.& 173. de Francb. deciſ.193.*
21 *Muſcat.p.2.gloſ.intimato,n.37.* quicquid in contrarium dicat *Clar.vbi ſupra,nu.5,* & vltra iſtos enumeratos caſus, in quibus alijs Clericus ſæculari ſubiaceat poteſtati, vide *Abb.in cap.at ſi Clerici, de iudicijs, col.13.gloſ.in cap.tua,el primo,in ordine 25.ver.de ſpiritualibus,ſub tit.de decim.de Affl.* in ſupra allegatis *Conſtit.Maieſtati noſtræ,& De perſonis,Grãm.voto 11.*& relictis alijs *Carau.ſup ritibus 65.66.& 67.*

Stantibus ergo his adductis: dum ignotus exiſtebat talis oblatus in oppidis exteris,præter cęteras rationes politas carcerari iure per ſæculares Iudices erat permiſſum,& ideo ex tali carceratione non poterat excommunicari Capitaneus, & Curia meæ patriæ ab homine: cum nõ ad-
22 ſit mortalis culpa, per quam infertur,*cap. nemo Epiſcoporum 41. cum cap.ſeq. vbi DD.11.quæſt.3.S.C.Trident.ſeſſ.25.de reform.cap.3. Nauarr.in ſuo manual.de excommun.num.2.in fine, Sà ſuo apbor.in ver.de excomm. num.7. Marcell.Megal. var.reſol.lib.2.reſol.178.nu.7.Villagut de extẽſione legum pœnalium propter metum num.145.& Brunduſin.ſua ſumma cenſurarum, ver.cenſura,num.15.*& à fortiori, dum à Deo per leges in iſto caſu talis Curia non poterat excommunicationis vin-
23 culo ligari; quia ſi percutiens ignotum Clericum non incidit in pœnam *Canon.ſi quis ſuadente diabolo 29. 17.quæſt.4.* per *text.in cap.ſi verò 4.de ſent.excom.gloſ.in* alias citata *lege ſi qua per calumniã, ver. putabuntur, C.de Epiſc.& Cler.Hoſt.in ſua ſumma de ſent.excomm.lib.5.nu.4.fol. 671.in antiq;Squill.de priuil.clericorum*

cap.

*cap.6.num.*10.*&* 11. *Muſcat.in d. gloß.iutimato,nu.*30.*& Mar.d.ver. ſecnlare,vel Ecclesiaſticum,num.*70.quamuis *ibi* corrupte legatur, quod quidem vitio Impreſſorum tribuendum eſt, & rario huius ſententiæ patet:quia non concurrit deliberata voluntas ad percuſſionem clerici: eſt concludendum, tanto magis non poſſe excommunicari dictos Officiales, qui ignotum offertum carcerarunt: dum nec animus offendendi conſideratur, nec cognitio Eccleſiaſticæ perſonæ iudicatur, ſed tantum zelus pro iuſtitiæ complemento, quę extenditur etiam ad notos clericos in ijs terminis: vt ſcriptum eſt, non igitur ſunt puniendi, prout minabatur Generalis Compſanus Vicarius, qui intendebat excommunicare dictam Curiã ex talis oblati detruſione in carceres: ſed potius præmiandi: nam alias ſententia excommunicationis adfuiſſet iniuſta, & per conſequens nullius momenti, vt videre eſt apud Couarr.*in cap.alma mater, de ſent.excomm.* §.7. *num.*5. & Prælati bene debent animaduertere,vt nõ leui cauſa,& de rebus friuolis animam de græmio S. Eccleſiæ ſegregent:& punitio contrarium faciẽtibus memorabilis quidem videtur, licet arbitraria in *cap.*1.*vbi gloß. de exceſſibus Prælatorum*: vt de ſimili dicimus in Iudice, ſiue poteſtate ſeculari, quæ ſi ali-
24 quem iniuſtè puniat, arbitrarijs ipſa ſubiacere pœnis Superiorum videtur, per doctrinam *Reg.Rou.ſuper pragm.*1.*num.*5. *de cuſtodia reorum.*

SVMMARIVM.

1 *Contractus emphyteuticus à iure ciuili fuit introductus; de cuius natura remiſsiuè ponitur.*

Emphyteuticus contractus an differat à conductione,alienatione,& cenſu.

*Contractus in dubio potius cẽſuarius, quam emphyteuticarius præſumitur, & quare? num.*15.

2 *Emphyteuſis contractus dicitur vltro, citroque obligatorius,& definitur remiſſiuè.*

3 *Pacta inita in contractu emphyteutico debent obſeruari.*

4 *Alienatio rei emphyteuticæ quando inducat caducitatem?*

Cautela traditur, ne alienatio emphyteuſis caducitatem inducat.

5 *Emphyteuta non ſoluendo canonem per biennium,vel triennium, cadit à iure ſuo.*

Vaſallus an ſeruitia ſi non præſtet, ſiue feudatarius per decennium, feudum perdat?

6 *Emphyteuta non ſoluens canonem, an ipſo iure rem amittat.*

7 *Emphyteuta amittit meliorationes,ſi res incidit in commiſſum.*

8 *Caducitas an ſit remiſſa, ſi dominus recepit ab emphyteuta ſolutionem, poſtquam res poterat dici incurſa in commiſſum, contenditur, & iſte huius concluſionis eſt articulus,vſque ad finem.*

9 *Creditor recipiendo pecuniam à debitore, videtur illi remittere pœnam vſurarum.*

10 *Creditor dicitur renunciare legi commiſſoriæ, ſi poſt temporis lapſum pecuniam rei venditæ recipiat.*

Emphyteuſis æquiparatur cum pacto legis commiſſoriæ.

11 Text.in l.Æmilius, ff. de minoribus *quomodo inducatur pro articulo propoſito ſupra num.*8.

12 *Declaratio per hæredes,ſcilicet rem eſſe incurſam in commiſſum, non poteſt fieri ob canonem non ſolutum in vita teſtatoris.*

13 *Emphyteuta Eccleſiæ an poſſit moram purgare de canone non ſoluto?*

14 *Caducitas quando non cenſetur remiſſa per pecuniarum receptionem ab emphyteuta poſt elapſum trienuium.*

15 *Solutio non integra, non euitat caducitatis pœnam.*

16 *Paupertas impedit caducitatem, & quæ dicatur paupertas, remiſsiuè ponitur.*

17 *Oblatio verbalis an euitet, ne res incidat in commiſſum?*

18 *Dominus petens rem incurſam in commiſſum ſimpliciter, an poſsit deinde petere canones non ſolutos?*

Canonis ſolutionem probare ſpectat ad emphyteutam.

ARGVMENTVM.

Dominus recipiens pecuniam ab emphyteuta poſt triennium,an videatur ei remittere caducitatẽ,contenditur.

DE IVRE EMPHYTEVTICO. CONCL. XXII

INter cæteros contractus à iure ciuili introductos,vt colligitur ex *l.*5. *ff.de iuſtitia,& iure,*in fine cuius benè notauit *gl.*
1 *ver.quibuſdam*; emphyteuticus vnus eſt præcipuus: de cuius natura poterit videri *text.in l.*1. C. *de iure emphyteutico*, & licet poſſit dici in pluribus verſari, ita & taliter,quod differt à contractu cõductionis, & alienationis,vt in *d.l.*1. tertium ius ſibi conſtituendo:ac etiam diuerſus eſt à cenſuali,& in dubio intelligendum erit,non de emphyteutico:ſed de cenſuario con-

tra-

Digitized by Google

rium non confectum: ſed quando.
25 *Minor habet in integrum reſtitutionem adverſus ſententiam, ſed non mulier.*
26 *Rigor ſcriptus, æquitati ſcriptæ præfertur.*
27 Deciſ. D. de Franch. *reſoluitur, & demonſtratur, diuerſum eſſe caſum ibi occurſum à caſu noſtro.*
Virgo à muliere differt.
Illationem ex diuerſis fieri prohibetur.
28 *Argumentum à contrario ſenſu in iure valet.*

ARGVMENTVM.

Mulier non conficiens inuentarium, vel minus ſollemne, tenetur de proprio, & ei non ſuccurritur per reſtitutionem in integrum.

DE INVENTARIO. CONCL. XX.

STudia per vniuerſam terram in Salmãtica Ciuitate celeberrima, ex alio nõ ſunt, quam frequentiſſimarum academiarum cauſa, omnibus ſuper qui-
1 bnſcnnque ſcienrijs; in quibus diuerſis nõ
minus, quam proficuis propoſitionibus
propoſitis, perſcrutationibus variorum
ingeniorum ſubtilium, furfuraceæ perpenduntur concluſiones deinde: & hac de cauſa dicere poſſumus, virtutes in alma fideliſſima Parthenope vigere præter ſuorum Tribunalium exercitium quotidiannm: dum in diem locis diſpartibus, profeſſionum variarum academiæ plures eriguntur, vnde cum ego de minimis eſſem in Diui Thomæ Aquinatis Academia iuris vtriuſque, hanc pro negatiua contra mulierem patrocinaui ſequentem partem aduerſus opinionem contrarij Doctoris contrarium ſubſtinentis, & articulus cum ſit vtilis, & practicabilis, eum hic apponere malui.

Et ſic contracto matrimonio per Liuiã cum Antonio, fuit eis dos in ſtabilibus corporibus data, quæ fuerunt paulatim à viro alienata, priuſquam decederet, quo
2 poſtea mortuo ſuam vxorem hæredem
fecit per ante: quæ hæreditatem adiuit præuio inualido inuentario per nonnullas ibi ſolemnitates omiſſas, cumque poſt temporis lapſnm putaret, bona hæreditaria non ſufficere pro ſuarum dotium recuperatione, aſſiſtentiam petijt aduerſus tertios poſſidentes, qui aiunt, hoc ei non licere ex plutibus, & ſignanter ex capite inualiditatis inuentarij, ad ꝙ reſpondens Liuia habere in integrum reſtitutionem, diſcutitur veritas in omnibus.

Non poteſt itaque talis mulier aſſiſtentiam petere cõtra tertios poſſeſſores: quia
3 tanquam hæres inſtituta, quaſi contrahere
videtur cum debitoribus, & creditoribus hæreditarijs, *l. apud Iulianum* 3. §. *fin. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſionẽ eatur. Gram. conſ.* 100. *num.* 80. *& conſ.* 125. *in fine, Mar.* 4. *p. ſui ſpeculi. diſt.* 3. *nu.* 62.

Qui contractus in hoc verſantnr, vt ratas habeat, & ſatisfactiones, & ſolutiones, & obligationes defuncto factas, & legata
4 ab eo relicta, cum ſimilibus, vt per *Rol. à*
Vall. quæſt. 27. *num.* 9. & melius *quæſt.* 223. *num.* 6. *&* 7. vbi ampliat, vt non dum cum præfatis, verum etiam & cum ipſo defuncto, quaſi cõtrahere videatur, ità quod dicitur paciſci cum tertijs poſſeſſoribus, & proinde ſuper eorum bonis aſſiſtentiam præſtari talis mulier hæres petere pro nũcupata minimè poterit, quia cum hæredi-
5 tas ſit ius vniuerſale, *l. hæreditas* 63. *ff. de*
regul. iur. quieſcere facit omnes alias actiones, *Bal. in l. per minorem, ff. de iudicijs, Mar.* 4. *p. ſui ſpeculi, num.* 6. & per conſequens ſtante aditione facta per ipſam mulierem: cum per iſtum actum vniuerſalem approbare videatur ſingula particularia, ſuper bonis his poſſeſſis ab alijs aſſiſtentiam petere ei non licebit, dum alienationem, ipſa à viro, cum viueret, factam comprobare viſa fuerit.

Similiter non poterit iſta mulier iure aſſiſtendi tertios moleſtare poſſeſſores,
6 quia non confecit inuẽtarium, vel ſi fe-
cit non ſolemne, quæ paria ſunt, *l. quoties* 6. *ff. qui ſatisdare cogant. l. ſi aut nullum* 4. *vbi Bald. C. de legit. hæred.* quapropter fraudẽ commiſſam eſſe, tales poſſeſſores aiunt: cum inuentarium omni ſollemnita-
7 te ſit faciendum, vt dixit *Franciſcus Por-*
cellinus de confectione inuentarii col. 2. *ver.* 2. *& de Franch. deciſ.* 206. *num.* 2. vnde ſi alias fiat, iuris ordine non ſeruato, requiſitis ſollemnitatibus non adhibitis, non valet, *l. non putauit* 8. §. *non quauis, ff. de bonorum poſſ. contra tabul. Surd. deciſ. Mant.* 222. *num.* 2. & hæres in fraude præſumitur,
8 quæ cum ex coniecturis inducatur, per
præſumptiones poterit probari, *cap. licet il* 3. *de teſtibus, l. ſi vicinis* 10. *C. de nupt. Federic. de Senis conſ.* 119. *Alex. conſ.* 69. *nu.* 1. *vol.* 2. *Maſc. de probat. concluſ.* 815. *num.* 1. *& ſeq.* quæ præſumptio eſt manifeſta in cauſa, de qua hic agitur, dum non fideliter res omnes in inuentario deſcripſit, ſed eas occultauit, vnde patet fraus: & per conſequens non poterit iuuari legis auxilio ex capite inuentarij, dum in legem
9 commiſit, *l. auxiliũ* 38. §. *vltimo, in fine, ff.*
de minor. 25. *annis*, & eſt veriſimilis defrau-

fraudatio nunc pręſumpta: nam alias exi-
ſtens in poſſeſſione bonorum mariti, quæ
ſcire debuit, per *text. in l. quiſquis 15. C. de
reſc. vendit.* non acceptaſſet hæræreditatẽ,
niſi corpora ſtabilia; ac bona mobilia eſ-
ſent ſaltim ſufficientia pro dotium ſuarũ
recuperatione; quibus ſubtractis poſtea,
cum non ſufficerent: non eſt concedendũ,
vt poſſit contra tertios poſſeſſores proce-
dere, vt ſatis apertè ſic præſumere, ac pro-
bare videtur mihi *tex. in §. ſancimus, auth.
de hæred. & falcid.* & auctoritas *Didaci Spi-
no* in terminis *de confect. inuent. quæſt. 223.
n. 47. & 48.* nec huius fraudis mirum erit,
dum mulierum genus auariſſimum eſt, *l.*
10 *ſi à ſponſo 16. §. quod ſi ſponſa, vbi gloſſ. C. de
ritu nupt.* vnde cum nemini proſit fraus,
& dolus: eſt bene dicendum, vt nõ poſſint
tales poſſeſſores vexari, *l. 1. ff. de doli excep.
§. 1. & 2.* & experientia rerum magiſtra
nos certe docet huius ſexus fragilitatem,
& falſitatem, mendacium, & fraudem: ita
& taliter quod omni priuantur beneficio:
11 & præcipuè Velleiani, dato per expreſſam
renunciationem illud mulieretes non
amittant, vt *in pragm. 1. ſub rubr. de Senat.
Conſ. Vell.* dum virilibus veſtibus indutæ
aliquando fraudulenter fideiuſſerunt, vt
in *l. ſi decipiendi 30. ff. ad S.C. Velleian.* ac-
cedat ad hoc quicquid de fœminis dubi-
tet *text. in l. 1. & totus titulus, ff. de ventre
inſpic.* ita & taliter, quod ſi dicant, ab ali-
quo eſſe cognitas, nulla eis erit adhibenda
fides, vt docent *Caſtr. Alex. & Iaſ.* recitati
per *Boer. deciſ. aureis, quæſt. 319.* quod ſic
nõ eſt in maſculis; maior etenim ipſis cer-
titudo datur, *gloſſ. in marg. in l. omnes ado-
leſcentes 2. C. de his, qui ven. ætat. impetr.*
itaquè dictæ Liuiæ non eſt credendum
aſſerenti, quod bona hæreditaria pro eius
dotis recuperatione non ſufficiunt, cum
conſtet de fraude per non fideliter reo-
rum omnium deſcriptionem in inuenta-
rio.

Et hoc ſanè probatur, nam ſi credendũ
*Porcellino eſt de confectione inuentarij, col.
2. ver. 2. & D. de Franch. deciſ. 206. num. 2.*
aſſerentibus, inuentarium eſſe omni ſub-
tilitate conficiendum, vt dictũ eſt *ſupra n.
7.* ad hoc vt valeat; inter cætera requiſita,
12 quæ ſunt neceſſaria ad inuẽtarij validita-
tem, & ſi talis non interueniat actus, inua-
lidatur; eſt fidelis omnium bonorum hæ-
reditariorum deſcriptio; dato quod teſta-
toris non ſint; q̃a ſufficit, ſi in eius hęredi-
tate reperiantur mortis tempore, *Paulo de
Caſtro, Angelo, Rom. Alex. & Imol. in l. ſi de
eo, §. fortè, ff. de acquir. poſſeſſ. Dec. conſ. 633.
nu. 10.* & alios refert *Viuius in Sylua com.
opinionum, opin. 351. n. 6.* imò & æſtimatio-
nem apponere neceſſe iudicatur per *Fulg.
in auth. ſi omnes, C. ſi min. ab hær. ſe abſt.
Monticul. de confectione inuentarij, q. 234.
num. 56.* & ratio eſt, nam ſi iſta requiſita
non ad aliud, quam ad fraudem euitan-
dam ſunt introducta: non minus iam de-
fraudaretur defuncti patrimonium per
rerum occultationem, quam eorum pre-
tij diminutionem, dum valor ducatorum
centum reduceretur ad carolenos decem,
ſi hoc in hæredis conſcientiæ arbitrio eſ-
ſet remiſſum: vnde ſatis cõſtat, quod dum
eſt de inuentarij eſſentialibus omnium
bonorum deſcriptio: omiſſa tactus vitia-
tur, & ſic non poterit iſtos poſſeſſores mo-
leſtare, quia ſi ipſa tenetur propter hoc
13 alijs prætenſoribus vltra vires, per *text. in
d. l. non putauit, 8. §. non quænis, ff. de bon.
poſ. contr. tab. de Franch. dec. 514.* intellige
quãdo ſumus in actionibus perſonalibus,
ſecus autem in hypothecarijs, vt per *Ne-
guſ. de pignor. membro 1. par. 5. num. 49.
Grat. conſ. 63. num. 14. lib. 1. Camill. de
Medic. conſ. 24. num. 23.* & deciſum refert
idem *de Franch. deciſ. 80. num. 12.* nam hic
propriè cadit iuris regula, quem de eui-
ctione tenet actio, eundem agentem re-
pellit exceptio, *l. vendicantem 17. ff. de
euiction.* nam ſi de ſuo talis mulier alijs
tenetur per inuentarij inualiditatem, non
poterit pro eius dote iſtos poſſeſſores
moleſtare: & tanto magis, quod in tali in-
uentario non fuit appoſita clauſula illa
ſalutaris, ſcilicet, quod facta diligẽti per-
quiſitione per hæredem, alia bona non
inuenit, & pollicetur, quod ſi inuenerit in
futurum aliquid de hæreditate, deſcri-
bet in inuentario, quę cum ſit magnæ vti-
litatis conualidaret inuentarium: quam-
uis non eſſent in eo cuncta notata.

14 Ratio huius affirmatiuæ veritatis eſt
contra iſtam Liuiam, quod mulieres non
excuſantur ab his, quæ ad iuris rigorem
conſeruãdum introducta ſunt, dato quod
tractetur de damno euitando, & ſic per in-
uentariũ eis nõ ſuccurritur, *Bar. conſ. 154.
de Franch. deciſ. 229.* & quod inuentarium
introductum ſit ad conſeruationem rigo-
15 ris iuris, demonſtrant *Bald. in auth. ſed cum
teſtator, num. 8. C. ad l. falc. Alcia. conſ. 139.
num. 7. lib. 9. & Rota Genuenſ. deciſ.
35. num. 9.* cum alijs relatis per *Marium
Anton. Maceratenſ. variar. reſol. reſolutione
11. nu. 19. & 20.*

Quod corroboratur ſolidiſſima doctri-
na, nempe tunc demum eſſe mulieri fa-
16 uendum, quando eſt de iure expreſſum
in aliquibus caſibus, vt notatur *in l. fin. vbi
Paul. de Caſtro, C. de iuris & facti ignoran-
tia*; ſed ſic eſt, quod in hoc cantum non

re-

reperitur, vt dictæ Liuiæ ſuccurratur, ſtandum erit iuri communi volēti, quod qui
non conficit inuentarium: vel nullum illud facit, teneatur vltra vires, præter alia,
quæ ſentit incommoda, notata in *l. fin. ℂ ſuis §§. C. de iure delib.* eſt dicendum non
poſſe conueniri iſtos poſſeſſores per dictā
mulierem: & ad hoc vide *Alex. Dec. & Iacobum, in l. iuris ignorantia, C. qui adm.* allegat concordantes *Tiraq. de retr. conuēct.*
§. 4. gl. 7. Adde *Ant. de Padilla in d. l. fin. C.*
de iuris, & facti ignor. Alex. conſ. 170. Lof-
C *fred. conſ. 14. col. 12.* & comm. opinionem
DD. relatam per *Franc. Viuium in ſua Sylua, opin. 352. num. 5.* & ſecundum iſtam
opinionem introducta cauſa in S. R. C.
Neapolitano anno 1598. inter D. Lionorā Coſciam, & D. Siluiā de Silua fuiſſe de-
D ciſum refert meritiſſimus, ac doctiſſimus
Regens Carol. de Tap. deciſ. 39. de qua meminit *D. Ricc. in addit. ad Præſ. de Franch.*
deciſ. 229.

Nec ex capite ignorantiæ poterit iſta
mulier tueri: quia non admittitur in hoc:
nam quiſque tenetur ſcire leges Peritio-
17 res conſulendo: legeſue ipſas obſeruare, à
quarum obſeruantia nemo excuſatur: vt
in *l. leges 3. C. de legibus*, ibi *leges generales ab omnibus in poſterum obſeruandæ,*
nam dictio, *omnis*, vtrumque ſexum comprehendit, arg. *l. ſeruis legatis 79. ff. de leg.*
3. arg. *legis ait prætor 3. ff. de neg. geſt.* & faciunt dicta *gl. in cap. ſi quis ſuadente diabolo 29. 14. quæſt. 4. in verſ. ſi quis:* vltra quod
non ſumus modò in capite ignorātiæ, ſed
fraudis: & malitię, dum non ignorauit ipſa inuentarij confectionem, ex eo quia inuentarium fecit, ſed benè rerum occupationē probamus, & ſic optimè reijci debet
à vexatione cōtra iſtos poſſeſſores: cū ma-
18 litijs nō indulgendū, ſed obuiandū ſit, per
text. in l. in fundo alieno 39. §. pen. ff. de rei vendicat. quam reſolutionem ſua auctoritate firmauit in punctis *Maceratenſis in d. quæſt. 11. num. 22.* & ante eum *Dinus in c. ignorantia, de regul. iur. in 6. num. 10.* & ſequitur *Gabr. de ſecundis nup. lib. 3. concluſ. 9. num. 11. & Sylua nupt. lib. 2. num. 52. limit. 5.* & merito non ſuccurritur, dum
eam omiſit ſollemnitatem, quæ à *l. fin. §. ſin autem, C. de iure delib.* introducta eſt,
quia, vt dictum eſt, non excuſantur mulieres ab his, quæ ad rigorem iuris conſeruandum edita ſunt, ſi illa omittant.

19 Aduerſus quæ firmata, cum dicta mulier peteret beneficium reſtitutionis in
integrum, fuit negatum ei competere ex
pluribus, ſed ex illis duobus præcipuè ſupra adductis rationibus.

Prima, quod mulieri non ſuccurritur
niſi in caſibus iure expreſſis; ſed ſic eſt,
quod cautum in hoc non reperitur in
mulierum fauorem, ergo non poteſt habere in integrum reſtitutionem.

Secunda, quod dum omiſit ſollemnitates de iure requiſitas in inuentario, dato
tractaretur de damno euitando, cum in
hoc fœminas non excuſet ignorantia,
non poterit iſta Liuia in integrum reſtitutionem habere: vt vltra *Bart.* adductum
in *conſ. 154.* voluit *Macerat. ead. reſol. 11. num. 27.*

Tertia attenta iuris definitione de reſtitutione in integrum, quę eſt in priſtinum
ſtatum repoſitio, minoribus læſis, vel deceptis legitimè conceſſa: cum in præſenti
articulo nec lęſio, nec deceptio appareat
in dicta Liuia: immò ipſa videtur decepiſſe, hæreditatis bona cœlando, non fideliter ea deſcribendo in liſta inuentarij, itaque cum non cōſtet de læſione, reſtitutionem in integrum denegandam eſſe dixerunt *Natta conſ. 140. & conſ. 214. num. 9. Rol. conſ. 59. n. 7. vol. 1. Caualc. de tut. & cur n. 150. & Gamma deciſ. 66. n. 22.*

Et parum obſtabunt contraria firmata
per *Viuium in Sylua com. opionum, opin. 351. n. 17.* dicentem, in Regno mulieribus
talem reſtitutionē competere, & ſic refert
deciſum per *text. in Conſtitutione Obſcuritatem, de reſtitut. in integrum* cum *Iſernia,* D
& de Affl. qui hoc vnquam dixerunt circa inuentarium: vt etiam poterit bene intelligi apud *D. de Franch. deciſ. 229. & D. de Tap. deciſ. 39.* ſed quod melius verbis
præcitatæ *Conſtitutionis,* quæ adducuntur
ſub tuo animi iudicio excogitanda, ſi ve-
20 ra ſint, vel *Viuij,* vel mea dicta. Ibi legitur
Itaque Mulieres Longobardorum, ſeu Francorum iure viuentes in iudiciis tantum reſtituendas eſſe ſancimus, & inde ſequitur, *In contractibus autem, in quibus non tàm ipſæ præſentes eſſe poſſunt, quàm & aliorum præſentia Iudicum, & Mundualdorum, ac Procuratorum habere, ipſis non videmus ſuccurrendū,* & ante voluit *Secund. nouella Iuſt. Imper. ad l. ſalcid.* quę non omnibus eſt nota. Itaque cum tantum loquatur in actibus iudiciarijs: non poteſt fieri extenſio
ad inuentariū, quod dicitur actus extra
iudiciarius: nec Iudicis præſentia in eo eſt
neceſſaria, cum aliquid terminare non
21 habeat, permittendo, vel prohibendo, vt
dixit *Bar.* in alias adducto *conſ. 154.* latiſſimè: & *Porcell. de inuentario, quæſt. 3. num. 9.*
& ſic ad actus diuerſos: nam lex clare, &
diſtinctè loquens, ſic erit intelligenda, argumēto eorum, quæ notantur *in l. de pretio 10.* à contrario ſenſu, *ff. de Publician. in rem actione,* & optima ratione in contra-
ctibus

ctibus, ne reſtituantur mulieres extenſio-
nem fieri non permittitur; quia quod cō-
ceditur in vno, prohibetur in alio, *l. cum*
prætor 12. *vbi Bart. ff. de iudicijs*, & clarè
patet in caſu noſtro ex recitatis verbis
Conſtitut. Obſcuritatem, ſuper qua *Viuij* eſt
fundata ſententia: vt relictis exemplis in-
numeris, videmus hāc practicatam theo-
ricam in materia *Conſtitutionis Regni San-*
cimus, de iure proth. quæ cum loquatur in
cōtractibus emptionum, locationum. &c.
non extēditur ad donationem, & ſimiles,
vt per *D. de Afflict. & Bald. Peruſ. ſuper d.*
22 *Conſtitutione Sancimus*, §. *alienare, num.* 2.
fol. mihi 86. *atergo.* vnde à fortiori in caſu
noſtro ſic dicendum eſt; dum verba clarè
loquuntur vltra iudiciarios contractus,
mulierem non eſſe reſtituendam, quapro-
pter cadit ſententia: *gloſis* nō indigemus,
quando *tex.* habemus.
23 Poterit tametſi *Viuij* ſaluari opinio ſic;
quod dum ipſe diuerſimodè loquitur *nu.*
16. & 17. *eiuſdem opin.* 351. dādā eſſe, & nō
eſſe concedendam dictam reſtitutionē in
integrū, licet, vt vidiſti in fauorem mulie-
ris partem ſuſtineat: quoniam ſe refert ad
ſeq. opin. 352. *num.* 5. vbi nil de hoc fatur,
debemus dicere; quod dum relatum non
eſt conſonans cum referente: non eſſe re-
ferenti credendum, vt bene probant pro
me latiſſimè firmata *in rubr. de filio vocan-*
te patrem in iudicium ſine venia, in fine, nul-
latenus ponamus, quod omnia vera exta-
rent, puto habuiſſe reſpectum, non ad ſim-
plicem mulierem, ſed priuilegiatam, ſci-
licet in minori ætate exiſtentem: nam ei
ſuccurritur, non ratione ſexus: ſed ætatis,
arg. *l. auxilium* 38. §. *in delictis, ff. de minor.*
25. *annis*, & colligitur ex dictis *D. de Fran-*
24 *ch. ead. deciſ.* 229. vnde cum in præſentiarū
dicta minor ætas ceſſet: aſſatæ Liuiæ non
eſſe concedendam reſtitutionem iſtam,
optimè concluditur. Quia eſt magis pri-
uilegiata ætatis incapacitas: quam ſexus
fragilitas, vnde propterea potius habet
reſtitutionem in integrum minor, vt no-
tatur *in deciſ. Surdi* 222. quam fœmina; vt
videmus, minorem aduerſus ſententiam
25 reſtitui, ſecus autem muliere, *de Affl. dec.*
356. *n.* 4. & 5. & *de Franch. deciſ.* 284. *nu.* 2.
Nec æquitas in ſupplementum poterit
opponi ad Iudicis mentem releuandam,
tale reſtitutionis beneficium concedat,
26 quia præfertur ſcriptus ei rigor ne con-
cedatur, iuxta regulam, quod æquita-
ti non ſcriptæ rigor ſcriptus præfertur, *l.*
placuit 8. *C. de iudiciis, de Franch. vbi ſupra*,
at ne fruſtatoriè quæ dicta ſunt repetam,
tu poteris ex ſupra ſcriptis videre, ſi rigor
ſcriptus ſit aduerſus hanc mulierem, ne
reſtitutione in integrum iuuetur.
Remanet reſpondere *dec. D. de Franch.*
229. quæ non officit, cum loquatur de
27 virgine, quæ vltra, quod poterat eſſe mi-
noris ætatis, etiā differt à muliere, per *tex.*
in l. ex empto 11. *vbi gloſſ. ff. de act. emp.* & ſic
ex diuerſis non fit illatio, *Roman. ſingul.*
482. *num.* 1. ipſa virgo non fraudauit, dum
ad maiorem ſatisfactionem duo fecit in-
uentaria: iſta vidua in fraudem fuit,
dum vix vnum fecit inuentarium, bona
hæreditaria occultando. Ipſa virgo virgi-
nitatis pudore, & ex defectu conſangui-
neorum, vt *in d. deciſ.* legitur, non potuit
aliquem Peritum conſulere: & iſta vidua
viduali libertate ſoluta ſcienter ignorare
voluit quę ad eius fauorem erant, & ſciuit
formam inuentarij; ſed ipſam adulterare
malitioſè curauit. Ipſa virgo agit de dam-
no euitando, nc vltra vires creditoribus
ex paruo defectu teneatur, & iſta vidua de
lucro captando, cupiens poſt occupatio-
nem hæreditariorum bonorum tertios
compellere poſſeſſores pro ſuæ dotis recu-
28 peratione: vnde ex his deciſum ſi fuit in
d. deciſ. 229. quod pro modico peccato il-
la virgo tam graue damnum pati non de-
bebat: per argumentum à contrario ſen-
ſu, quod eſt iure fortiſſimum per *glo. in l. ſi*
procurator 8. *verſ. igitur. ff. mandati, vel con-*
tra, fuit in tali Academia cōcluſum, iſtam
Liuiam pro tanto errore fraudis, quod nō
omnia fidelitèr in inuentario appoſuit, eſ-
ſe reijciendam à ſua petitione, dato ei de-
trimentum afferret pro dotis conſequu-
tione: & per conſequens conuenctos ipſos
tertios poſſeſſores eſſe liberandos ab im-
petitis, & obſeruatione iudicij.

SVMARIVM.

1 *Iudices debent inuicem auxiliari.*
2 *Quod ampliatur in Iudicibus ſecularibus, qui Eccleſiaſticis debent opitulari: nam alias arbitrariis ſubiacent pœnis.*
3 *Sed quando hoc procedere dicatur?*
4 *Cauſæ quando ciuiles, & quando criminales dicantur: remiſſiuè ponitur.*
5 *Crimina quæ ſint, in quibus, & Eccleſiaſticus, & ſecularis Iudex, præter iuridictionum perturbationem cognoſcere poteſt, remiſſiuè.*
Percutiēs Clericum, à quo Iudice puniatur?
6 *Iudicium non à citatione, ſed à captura incipit, quando delinquens eſt de fuga ſuſpectus.*
7 *Clericus quando poſſit per Iudicem ſecularem capi, & quæ ſit cautela, ne incurrat in excommunicationem ipſe Iudex.*
8 *Iudex domicilii non poteſt inquirere de de-*

Digitized by Google

lićto commiſſo per ſubditum extra ſuum territorium.

9 *Præuentioni locum eſſe hodie circa punitionem delinquentis, tàm quoad Iudicem originis, quàm iuriſdictionis, affirmatur.*
Præuentio qualitèr debeat eſſe, vt Iudex, qui præuenit, inquiſitum punire valeat.

10 *Iudex iuriſdictionis eſt magis competens, quam Iudex originis, ita quod per viam inquiſitionis non poteſt procedere Iudex originis, contra ſuum ſubditum delinquentem in aliena iuriſdictione, ſed an hoc ei concedatur per viam accuſationis? remiſſiuè.*

11 *Reus abſolutus ab vno Iudicum iuriſdictionis, vel originis, pro eodem crimine ab alio moleſtari non poterit.*
A*uctoris traditur conſilium circa hoc.*
Reus abſolutus à Iudice domicilii poterit recognoſci à Iudice loci delicti.

12 *Senectus eſt venerabilis; ſed iuuentus eſt ſtudio magis amicabilis.*

13 *Oblatio, ad hoc vt valeat, qualitèr fieri debet religioni, vel capellæ?*
Oblatus an poſſit retinere ſibi proprietatē.

14 *Probationes, quod quis eſt clericus, vel oblatus à Iudice remiſſionem petenti, fieri debent coram eo, à quo remiſſio petitur.*

15 *Clerici etiam volentes, non poſſunt cognoſci per Iudicem laicum.*
Clerici, & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ non poſſunt compelli ad onus collectarum, nec aliarum impoſitionum.

16 *Clericus, vel alia perſona eccleſiaſtica, quando ſuis gaudeat priuilegiis, & nu. 18.*
Clericus ignotus delinquendo, poteſt per Iudicem ſecularem recognoſci.

17 *Quis talis præſumitur, in quali habitu reperitur.*
Cuculla non facit monachum.

18 *Clerici, vel Monaci peregrinantes ſine dimiſſoriis, & licentiis Superiorum, non poterunt Ordinis, vel Religionis beneficio inuti.*

19 *Clericus in quibus caſibus cognoſcatur à Iudice ſeculari ſpecificè demonſtratur, & n. 20. & 21.*

20 *Clericus inquiſitus poteſt capi, & torqueri per ſecularem poteſtatem.*

21 *Clericus per viam reconuentionis ſubiacet Iudici laico.*

22 *Excommunicatio nō infertur ſine materia mortalis peccati.*

23 *Percutiens clericum ignotum, non incidit in pœnam* Can. ſi quis ſuadente diabolo.
Excommunicatio iniuſta non ligat; & nullius eſt momenti.

24 *Iudex iniuſtè excommunicando, arbitrio Iudicis punitur, ſic etiā ſecularis aliquem iniuſtè condemnando.*

ARGVMENTVM.

Oblati, ſiue Offerti qualiter eſſe debeāt, & Clerici quomodò ſe valeāt habere, ad hoc vt eorum gaudeant priuilegijs, & quando, & in quibus iſtæ prænominatæ perſonæ Iudici laico ſubiaceant, cum alijs ad hanc materiam oportunis.

DE IVRISDICTIONE INVICEM NON TVRBANDA. CONCLVS. XXI.

CÆtera inter requiſita per Iudices ſeruanda, hoc eſt præcipuum, vt ad inuicem ſibi ipſis præſtent auxiliū, nam ſic euelli libentius poſſunt vitia, & delicta mulctari: vt aduertēdo *Alex. P. 4. in Conc. Lateranenſe*, ſic docuit *in c. 1.*
1 *§. fin. ibique gloſſ. litt. G.* vbi declarat, vt & conſilium, & auxilium mutuum Prælati præſtare teneantur *de treuga, & pace*, & alia iura allegantur per *gloſſ.* ad hoc in *Conſtit. Regni Pacis cultum, col. 1. num. 30. ſub rubr. de Cultu Pacis.*

Et non dum Eccleſiaſticæ Poteſtates ad inuicem tali ſunt obligati officio fungi: verum etiam & ſeculares debent Eccleſiam opitulari miniſtrantibus, vt quos ſa-
2 cerdotales ſermones non corrigunt, ipſi coerceant, quod ſi peragere omittunt, ratione apud Deum eſſe reddituros eos voluit *text. in cap. Princeps ſeculi 20. vbi gloſ. 23. quaſt. 5. cap. cum ad verum 6. cum gloſſ. 96. diſt. & cap. quoniam 14. §. vltimo in fine, de officio Iudicis ordin.* immò tale denegando Iudices ſeculares auxilium, arbitrariè poterunt per Superiores eorum puniri, vt ex *Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. caſu 452. num. 2. centur. 5.* & meminit *Regens Rouitus ſuper pragm. 5. num. 4. de citationibus.*

Tamen hæc procedunt, iuſta ſi exiſtat cauſa, quia in caſibus, in quibus non po-
3 terit legitimè præſtari auxilium, non eſt per ſecularem Eccleſiaſtico fauendum, vt ſatis aperte habeur apud *Rodulph. in ſuo tractatu de brachio ſecul. D. de Afflict. ad proœm. Conſtit. cum initio Poſt mundi machinam, num. 54. & 55. vol. 1. fol. mihi 22. Troyſ. ſuper pragm. 29. num. 7. & 8. de appell. in caſu aſſiſtentia, & Vrſ. ad eundem de Affl. deciſ. 24. nu. 14.*

Quæ omnia ſic debent peragi: vt iuriſdictio non turbetur, immò porius vniuſcuiuſque augeatur illa, & quoniam diſſenſiones porius oriuntur, quam præſtantur auxilia zelotypiæ cauſa iuriſdictionis, huic

huic ſunt indiſpoſitioni oportuna præparanda remedia: ſicut Catholica Maieſtas anno 1515. die decimoquinto Decembris 4. Inditionis, vt in *pragmatic. 2. ſub titul. de iuriſdiction. inuic. non turband.*
4 Regali prouidentia differentijs conſuluit, habitis inter quoſdam ſæculares Officiales in criminalibus, poteſtatem habentes, & Rectores, ac Monachos venerabilis Hoſpitalis Sanctæ Catharinæ Nouellæ Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Montis Oliueti, ſiti in Caſtro Sancti Petri in Galatina; ciuilem iuriſdictionem retinentes in Caſalibus Turris Padularum, Aradei, & Acteoli, finem diſcordijs imponendo, & cenſuit, in quibus ſæcularis, & in quibus Religioſi authoritatem habebant, & in quibus delictis procedere poterat qui criminalem, & in quibus qui ciuilem tenebant poteſtatem, decernendo inſuper, quæ criminales, & quæ ciuiles cauſæ dicantur, dum Iudex ſæcularis, qui criminalem habebat iuriſdictionem, cuncta ferè negotia criminalia reputabat, etiam merè ciuilia, ita quod actus penitùs aliquis dignoſci poterat ciuilis.

Sunt tametſi quando agitur de mera poteſtate Iudicis Eccleſiaſtici, & Iudicis
5 ſæcularis, aliqua crimina, in quibus vterq; eſt competens, attento iure communi, cum mixta cenſeantur, prout eſt crimen ſacrilegij, ſicut eſt videre apud *D. de Afflict. in Conſtitution. Regni Multæ leges, de crimine ſacrilegij, numer. 8. & in Conſtitution. Regni Statuimus, de vſur. puniend. numer. 2. & 6.* quem ſimilitèr vide Doctorem, ac alios per eum citatos in *Conſtitution. Maieſtati noſtræ, de adulter. coercendis, numer. 6. & 7. ac Vrſill. ad deciſion. de Afflict. 138. numer. 1.* in cauſa matrimonij, ſi ſæcularis, & Eccleſiaſtica poteſtas promiſcuè procedere poſſit, & de percuſſione facta Clerico, ſi ſcire cupis, à quo veniat punienda, dicas cum *Squillante de priuileg. Clericor. cap. 6. num. 97.* & ſæcularem, & Eccleſiaſticum eſſe in tali caſu Iudicem competentem: citrà iuriſdictionis eorum perturbationem: nam vnus punit percuſſorem pœna corporali, & alter multa ſpirituali: cum vna per alteram non tollatur, ſecundùm *DD.* per eundem *Squill. vbi ſupra* allegatos.

Euenit circa hanc materiam: quòd cum tranſirent per meum Oppidum Conciues duo Ciuitatis Marſici Noui ante tabernam, in via publica exiſtentem, fauentibus Cerere, & Baccho cœperunt ad inuicem altercari: ita quod ex verbis ad factum peruenerunt, & vnus alterius caput fregit, ex qua percuſſione cecidit quaſi mortuus in terram, & multam poſt ſanguinis effuſionem vix reuixit, cui rixæ Curia meæ patriæ oportunè ſuperueniens, percuſſorem carcerauit, multo cum rationis fundamento: tum quia tanquam exterus erat de fuga certiſſimus; quo caſu iudicium
6 non à citatione, ſed à captura debet habere principium, ſecundùm doctrinam *Bart. in l. ſacrilegij, C. ad l. Iul. pecul. Bald. in l. conſentaneum, C. quomodo, & quando Iudex, Salyc. in l. abſentem, C. de accuſat. Angeli in tract. maleficiorum, in verbo Iudex commiſit, num. 4. & Carau. in ritu 39. circa finem.* Tum etiam, quia rumor inſurrexit in eius præſentia, ſuperueniendo in eo tempore, quo percuſſiones illabantur, & non debebat permittere, vt deteriùs maleficium ſequeretur: cumquè caperetur informatio, ipſe percuſſor dicebat, ſe Diui Antonij eſſe oblatum: ſed hoc nec teſtes affirmabant, qui erant eiuſdem Ciuitatis: nec veſtes eum talem indicabant: dum vti ſæcularis ſuum perſequebatur iter, &, quod plus, monitus, vt eius oblationis chartas monſtraret, vllam ſcripturam exhibuit: ita & talitèr, quod carceratus poterat legitimè detineri; & tanto magis, dum præceſſit proteſtatio, vt ſi probaret oblationem, eſſet liberatus, ſecundum
7 optimam cautelam *Viſconti in ſuis iuris concluſionibus, in verbo Clericus tertij huius nominis, in fine*; & hæc eſt doctrina *Toleti* ad euitandam excommunicationis formidinem *lib. 1. ſuæ ſummæ, cap. 34. num. 6. in nouiſſ. verſ. quartò propter*, vt quilibet Iudex ſæcularis poſſit carcerare Clericum ob impediendum crimen, vel ob delictum commiſſum cum voluntate remittendi ad ſuum competentem ſuperiorem, *Eman. Sà* præclariſſimæ Ieſuitarum Religionis in ſua *aphor. verbo Clericus, num. 5. & Reg. Rouit. in Rubr. de Cler. ſeu Diac. ſaluat. num. 3.*

Inde poſt paucos dies fuerunt productæ dicti inquiſiti ſuæ oblationis certæ copiæ, & quædam literæ monitoriales Epiſcopi Marſici ſuffraganei Archiepiſcopi Salernitani, ſecundùm *Auguſt. Barboſ. in Archiepiſcoporum, & Epiſcop. narratione totius Orbis*, quæ cum non potuiſſent intimari ſine brachij implotatione Archiepiſcopi Compſani, qui in ſpiritualibus retinet ordinariam iuriſdictionem in dicta mea patria, cum eſſet per Generalem Vicarium dicti Archiepiſcopi impartitum ſui brachij auxilium præfatis literis, illis monitus Gubernator obtemperauit illicò, & carcerarum liberauit, ipſum tradendo dictæ Terræ, ſiue meæ patriæ Vicario foraneo, vna cum informationis copia: &

hoc non ſine grano ſalis: dum Compſanus
Archiepiſcopus erat competens ſuperior
8 ad cognoſcendum de delicto patrato in
ſua iuriſdictione, quia Iudex domicilij nõ
poteſt inquirere de delicto commiſſo per
ſuum ſubditum extra competentiæ terri-
torium, vt per *Bald. in l. 1. ff. de ædilitio edi-
cto, Oldrad. in l. cunctos populos, C. de
Summ. Trinit. & Fide Cathol. Iacob. de
Belu. in l. fin. ff. de iuriſdict. omn. iud. Socin.
in l. à diuo pio, §. ſententiam Romæ, num.
16. de re iud.* qui hanc eſſe communem
C opinionem fatetur: quæ adeo ſunt vera, vt
eueniente caſu in facti contingentia, Vi-
caria remiſit Michaelem Hebræum inqui-
ſitum de homicidio Gubernatori Ciuita-
D tis Anchonæ ibi patrato, teſte *Gramm. de-
ciſ. 26. nu. 10.* & notarunt *DD. in auth. qua
in Prouincia, C. vbi de crim. agi oportet,* &
tanto magis, quod petendo remiſſionem
ſibi per Iudicem laicum, inueniebatur in-
quiſitio ſcripta, non ex officio, ſed ad par-
tis conquærentis inſtantiam, & interuenit
præuentionis actus per capturam, nam
dato potuiſſet de crimine dignoſcere Epi-
ſcopus originis delinquentis; nullatenus
hodie attenditur præuentio, per optimam
9 doctrinam ſagaciſſimi *Reg. Rouit. ſuper
pragm. 1. num. 29. & 30. vbi de delicto quis
conueniri debeat,* ad euitandas iuriſdictio
num diſcordias: & concordant dicta *Clari
in pract. crim. quæſt. 38. §. fin. num.* 10. vbi
dubitãs circa fines iuriſdictionales, ſi quis
in territorio Auerſano ictum emittit, & fe-
rit in territorio Capuano, an à Iudice Ca-
puæ, vel Auerſæ cognoſci debeat, & præ-
uentionem eſſe attendendam concludit
C cum omnium *DD.* communi opinione, &
ſequitur *Capibl. ſuper pragm. 8. de Baron.
vol. 1. 2. p. num.* 211. vbi ait, etiam non ſuffi-
cere præuentionem per informationem,
ſed ſaltim debet citatio ſequi, vt verè præ-
ueniſſe dicatur, & docuit ante eum *D. de
Franch. deciſ.* 505. *à num.* 4.

Sed dum Iudex iuriſdictionis eſt magis
competens, ideſt Iudex loci commiſſi de-
licti: quam Iudex loci, ideſt originis, quã-
10 uis detur præuẽtio, eſt videre; an per viam
accuſationis ipſe Iudex loci procedere
poſſit aduerſus delinquentem in alio ter-
ritorio ſuum ſubditum; cum hoc per viam
inquiſitionis ei non permiſſum videatur,
& in hoc adeas *tex. in l. 1. C. vbi de crimine
agi oport.* ibiquè *Scribentes*; ac *DD. in l.
cunctos populos, C. de Summa Trinit. &
Fide Cathol. Aret. in verbo hæc eſt quædã
inquiſitio, n. 83. & 84. fol.* mihi 15. vbi *Au-
guſt. de Arimino, & Boer. dec.* 270. tameſi
ſcias pro tui ſatisfactione ingenij, delin-
quentes poſſe tribus in locis puniri, in lo-
co commiſſi delicti, in loco, vbi lis fuerit
conteſtata, & in loco originis, licet hodie,
vt dictum eſt, attendatur præuentio, ea eſt
11 tamen recepta ſententia; quod abſolutus
ab vno, non poterit reus ab alijs pro eodẽ
delicto moleſtari, *cap. diuina clementia
24. de pœnit. 4. diſt. cap. ſi illic 29. vbi gloſ.
23. quæſt. 4. cap. de his 6. de accuſationi-
bus, l. licet 6. §. fin. ff. nautæ, caupones, ſta-
bul. &c.* & facit optimum argumentum
*text. in l. nauis onuſtæ 4. §. cum autem
ff. ad l. Rhod. de iactu,* ego tamen cauſarum
cunctis conſulo patronis; vt inuigilent pro
obtinenda liberatione delinquentis apud
Iudicem iuriſdictionis, ideſt loci patrati
facinoris: cum ſit magis tuta abſolutio. *l. ſi
cui 7. §. idem, vbi Bart. & gloſ. ver. delin-
querunt, ff. de accuſ. auth. qua in Prouin-
cia, §. ſi ergo, C. vbi de criminibus agi opor-
tet, & ibi DD.* nam ait *Viuius in Sylua
ſua opin. comm. opinione* 420. *nu.* 4. quod ſi
reus abſoluatur a Iudice domicilij, poterit
recognoſci à Iudice loci delicti: vnde ad
hoc euitandum, quæ hic aduerto vos re-
cordemini.

Et ex his deciditur nonnullorum iuris
profeſſorum opinio, nam cum eſſet captus
Nicolaus Blacchus Terræ Maſchiti per
Cohortẽ Domini Auditoris Thomæ Sur-
gentis, diuerſa per oppida diſcurrentis ad
Regis ſeruitium in territorio Geneſtræ;
ego dixi, quòd ſi deliquerat in dicto terri-
torio, vbi fuit captus, vel in alio ſubiecto
poteſtati Regiæ Audientiæ Salerni, quod
poterat recognoſci per ipſam Audiẽtiam,
quamuis dictus Nicolaus circa domiciliũ
ſubiaceret Audientiæ Foggiæ: nam dum
deliquit in iuriſdictione Audientiæ Saler-
ni, & ſumus in præuentione, non eſt du-
bium, quod iſta originis Audientia eſt cõ-
petens Iudex: & allegabãt tales *deciſionem
D. de Franch.* ſupra adductam 505. quę eſt
contra eorum opinionem, vt poteris vide-
re, ſed pro me clare facit, vnde hic cadit, &
verificatur, quod iuuentus eſt magis prò
ſtudio apta, & multoties iuuenibus potius
credẽdum eſt: quam ſenioribus, licet ſem-
12 per ſit veneranda ſenectus, *l. præcipiunt
37. ff. de ædil. edicto, & l. ſemper 5. ff. de iure
immunitatis.*

Attamen, vt ad nos deueniamus, eſt
ſciendum; quod ad hoc vt (quando caſus
eueniet) oblatus, ſiuè offertus poſſit re-
mitti, & non moleſtari per Curiam ſęcula-
rem, debent fieri legitimæ probationes, &
perpendi, ſi fori gaudeat priuilegio; vti
agendum erat circa iſtum oblatum, quia
ſi erat oblatio Religioni Sancti Franciſci
13 facta, neceſſe erat, vt concutterent illa tria
eſſentialia, nempè obedientia, paupertas,
& ca-

& caſtitas per expreſſam *clem, exiui de Paradiſo*, §.*cùm igitur in primis, de verborum ſignific.* nam alias non poſſet dici oblatus, vt ego latè probaui in *Rubr. de oblat. ſeù offertis*, quia in oblatione debebat cõcurrere inſimul omnium bonorum offerti Deo facta dicatio quoad proprietatem, quia oblatus poterit ſibi eo viuente vſumfructum reſeruare, *cap. vt priuilegia 24. de priuileg.* quod hodiè ſecus eſt per literas Sacræ Cõgregationis, vt etiam dicam in *d. rub. de oblat.* nam ſi erat facta oblatio prædicta alicui Capellæ, puta S. Antonij, vt proſpexi iſtius offerti oblationem: iſto modo ab oblato dum aſſumptus videtur tantùm quidam viuendi modus, *gloſ. in clem. 1. de Religioſis domibus*, permiſſa eſt bonorum retentio, etiam quoad proprietatem, ita *Abb. in cap. in præſentia, ad fin., de probation. Ioannes Andr. Hoſt.* & alij in *cap. non dubium, de ſent. excommun. Bar. Bal. & Caſtr. in auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ.* & iſti offerti: vti erat talis carceratus, non gaudent aliquo priuilegio: dum inſtrumentum oblationis erat in Capella S. Antonij facta: ſed benè primi oblati Religionibus, priuilegijs gaudere poſſunt Eccleſiaſticis: quamuis contrarium legatur in *cap. Regni Priuilegia, de oblatis*, ſuper quo commentare volens *Campagna*, inter cętera iura allegauit *tex. in d. cap. vt priuilegia*, quod eſt ei cõtrariũ. Dum ibi probatur, quod oblatus Religionis poteſt retinere vſumfructum, immò ſecũdùm *gloſ. ibi* etiam particulam aliquam proprietatis, & gaudet priuilegijs Eccleſię.

Quæ oblationis probatio erat agenda coram Iudice ſęculari, à quo Eccleſiaſti-
14 cus ſibi carceratum remittendum inſtare debebat: vt contra *Maran.* ſcripſit *Petrus Foll. in addit. ad eundem Doctorem in ſuo ſpeculo aureo 4. p. verſ. ſęculare, vel Eccleſ. ſub nu. 70. & in ſuis frag. poſt pract. crim. num. 5.* & port. *Ritum M. C. Item ſeruat ipſa Curia, quod nullus Clericus*; vltrà quẽ ego alterum *Ritum* inueni 65. in ordine incipientem, *Item ſi aliquis Clericus*, & aureũ *tex. in cap. ſi Iudex 12.* vbi *Io. Andr. de ſent. excommun. in 6.* quicquid pro *Maranta* dicant *Camill. de Curt. in diuerſ. ſeù compreheнſ. iur. feud. par. 2. cap. 2. nu. 106. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effectu 1. & Ant. Diana p. 1. reſolut. moral. reſol. 27. Iulius* enim *Clarus in ſua pract. crim. q. 36. num. 18.* vtramquè recitando opinionem, & pro, & cõtra *Mar. Foller.* benè ſequitur ſententiam, & ſic de obſeruantia teſtatur, & ego ſeruatum pluties vidiſſe confirmo.

Vnde Eccleſiæ Miniſtri debent inuigilare ad ſtatim petẽdam eorum ſubditorum remiſſionem à Iudicibus laicis, ne per ipſos puniantur, cum ſatis aperta ſint iura, quæ diſponunt, ne Clerici, vel quomodolibet Religioſi laicali poteſtati ſubiaceant, immò nec ipſis volentibus, à ſęcularibus Iudicibus recognoſci, & cõueniri poſſunt:
15 vnde poſſumus dicere, quod tanto magis de per ſe Officiales laici non poſſunt procedere in cauſis Clericorum, vel Religioſorum, per *tex. in cap. ſi diligenti 12. de foro compet.* & præcipuè priuilegiati ſunt tales Religioſi, vel Clerici, ac exempti à laicali iuriſdictione, ne poſſint conueniri ad collectarum, & gabellarum contributionem pro frugibus, & alijs comeſtibilibus, quæ per ipſos venduntur, cum à tanto onere ſint immunes, & à cunctis, quibus hodie laici ſubiacent, *cap. Clericis laicos 3. de immunit. Eccleſ. in 6. clementina vnica literali, eod. titul.* nuper citato, facit etiam *tex. & gloſ. in cap. ſi Imperator Catholicus 11. diſt. 96.* adde *gloſ. in cap. quamquam 4. in princip.* poſt caſum figuratum, *de cenſibus in 6. Cardin. in cap. perpendimus, in 7. oppoſit. de ſentent. excommun. Abb. Felin. & Dec. in cap. Eccleſia S. Mariæ de Cõſtitut.* eundem *Abb. in cap. ſi Clerici, num. 23. de iud.* & iſtam eſſe communem omnium *DD.* ſententiam ait *Felin. in cap. 2. col. 1. de maior. & obed.* ſequitur *Rom. ſing. 419. Rota Rom. deciſ. 840. in antiq. in tit. de conſuet. D. de Afflict. in Conſtit. Regni De burgenſaticis, nu. 1. ſub Rubr. de Sacram. pract. & in Conſtitut. Maieſtati noſtræ per tot. de adult. coerc. Reg. Rouit. in Rubr. de cler. ſeu diacon. ſaluat. nu. 4. Hor. Viſc. in ſuis concluſ. verbo Clerici, l'vltimo, fol.* mihi 30. fuit nouiſſimè dicta immunitas ab onere gabellarum ampliata in perſonis Eccleſiaſticis per SS. Patrẽ noſtrum *Vrb. VIII. in Bulla Cœnæ, num. 5. anno 1637.* ibi, *imponentes pedagia, & gabellas Eccleſiaſticis ſint excommunicati*, & circa recognitionem non faciendam per laicos Iudices in perſonis priuilegiatis ex aliquo ordine; fuit hoc promiſſum in inueſtitura huius Regni, per hæc verba. *Promittis etiam, quod vllus Clericus, vel perſona Eccleſiaſtica Regni, & terræ in ciuili, vel criminali cauſa conueniatur coràm Iudice ſæculari, niſi ſuper feudis, &c.* ad quæ etiam faciunt dicta *Andr. in Conſtit. Prædeceſſorum noſtrorum, de rebus ſtabil. Eccleſiaſticis non alienandis.*

Attamen iſta vera ſunt, & procedunt, quando quis eſt verè Religioſus, vel Clericus: & in moribus, ac in habitu incedit
16 iuxtà canonum ſanctionem, & *S. C. Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6.* nam alias Eccleſiaſticis non potitur immunitatibus, vt in

vt in *d.cap.6.*eiuſdem *ſeſſ.23.*quod adeo eſt verum; vt ſi delinquat Clericus ſub habitu ignotus, per Iudicem ſecularem carcerari poterit,& penès ſe illum retinere,& ad cõdemnationem deuenire,ſi de Clericatu nõ opponatur exceptio,& remiſſio per ſuum Superiorem non petatur, *Bald.in l.ſi qua per calumniam, C.de Epiſc.& cler.de Afſl. in Conſtitut.Regni Apoſtatantes,de Apoſtatantibus,nu.11. Maran.in d.verſ.ſeculare,vel Eccleſiaſticum,ſub nu.69,*& ideo

17 repertus in rixa vti laicus,pro tali fuit exiſtimatus, ſed dato habuiſſet habitum, (vltra ſupra firmata, quod ad euitandum errorem, vel ad puniendum facinus ſcientèr Clericus per ſecularem poteſt carcerari,) ignorantia etiam legitima excuſat, vt indutus habitu clericali, vel monaſtico Clericus, vel Religioſus prima facie non iudicetur, quia cuculla non facit Monachum, *cap.fin.41.diſt.& S.C.Trid.ſeſſ.14.cap.6, in princ.*

Et non dum perſonæ Eccleſiaſticæ tunc beneficijs non gaudent Eccleſiaſticis:quã-

18 do habitum non deferunt decentem ordini, vt visũ eſt, & probatur apud *D.Ricc. tomo 3.reſol.308.cum ſeq.*& apud *Chart. deciſ.crimin. Mediolan. Archiepiſcopalis fori deciſ.56.num.24.*cum magna per eum ibi *DD.*allegata caterua, quod intelligendum eſt vſquè dum Clericum eſſe probauerit: nam tunc remitti debet ſuo competenti; quia ad hoc vt poſſet puniri, non obſtante allegatione exceptionis fori; eſſet neceſſe præceſſiſſe ſuperioris monitiones ad habitum dimiſſum reaſſumendum, quas ſi neglexerit, beneficio clericalis ordinis nõ iuuabitur,per *tex.in c.ad audientiam 25.de ſent.excommun.*ſed etiam poterunt tales perſonæ recognoſci per ſeculares,quando vti alienigenæ peregrinãdo, non vadunt cum dimiſſorijs, & licentijs ſuorum Superiorum, prout hodie obſeruatur,quia non Clerici,vel Monaci,ſed ſæculares eſſe putabũtur, *l.ſi qua per calumniã 22.*vbi *Paul.de Caſtro, C.de Epiſc.& Cler.* & facere videntur ſimiliter iura in *cap.2.de Clericis peregrinis,& in cap.fraternitati tuæ 5. de Cler. non reſidentibus,* quid mirum ergo,ſi talis criminoſus aduena ſine aliqua licentia, & ſcriptura oblationis, & ſuperiorum per aliena oppida tranſeundo fuit captus per Curiam ſæcularem in rixa,cum legibus permittatur?

Neque Eccleſiaſtico ordine inſigniti iſtis prænotatis modis recognoſci poſſunt per laicalem poteſtatem, verum etiam & in pluribus alijs particularibus caſibus, prout eſt

19 Primò in feudalibus, vt ſupra patet ex verbis inueſtituræ adductis, & probatur *in c.Regni Itẽ ſtatuimus,quod Clerici,ſub Rubr.de non trah.Clericis,&c.*& meminit *Reg.Rouit.ſuper prag.2.de Cler.ſeu Diac. ſaluaticis.*

Secundò in crimine aſſaſſinij, vel homicidij proditorij *Conſt.Regni De perſonis, & ibi gloſſatores, rubr.vbi Clericus,Clar.*

20 *in pract.crimin.q.36.n.25. Horat.Viſc.in ſuis deciſiuis cõcl.verb.clericus de crimine læſæ Maieſtatis,fol.*mihi 27.*Ant.de Ballis lib.3.variorum tract.rubr.de Aſſeſſor.q.3. caſu 1.à n.28.vſq; ad 33.& Carr.in pract. crim. in tit. de homic.à num.14.vſquè ad finem,* apud quos Authores etiam habes, an Clericus inquiſitus poſſit capi per Curiam ſæcularem; & eius Iudicantium decreto torqueri pro affirmatiua ſententia.

Tertiò in ciuilibus per viam reconuentionis *l.cum Papinianus 14.*vbi *gl.Bal.Salyc.& Paul.Caſtr. C.de ſent.omn.iud.* & cõfirmatur per *Ritum M.C.V.67.de Afſl. deciſ.137.& 173. de Franch. deciſ.193.*

21 *Muſcat.p.2.gloſ.intimato,n.37.* quicquid in contrarium dicat *Clar.vbi ſupra,nu.5.* & vltra iſtos enumeratos caſus, in quibus alijs Clericus ſæculari ſubiaceat poteſtati, vide *Abb.in cap.at ſi Clerici, de iudicijs, col.13.gloſ.in cap.tua,el primo,in ordine 25.ver.de ſpiritualibus,ſub tit.de decim.de Afſl.* in ſupra allegatis *Conſtit. Maieſtati noſtræ,& De perſonis,Grãm.voto 11.*& relictis alijs *Carau.ſup ritibus 65.66.& 67.*

Stantibus ergo his adductis: dum ignotus exiſtebat talis oblatus in oppidis exteris,præter ceteras rationes poſitas carcerari iure per ſæculares Iudices erat permiſſum,& ideo ex tali carceratione non poterat excommunicari Capitaneus, & Curia meæ patriæ ab homine: cum nõ ad-

22 ſit mortalis culpa, per quam infertur, *cap. nemo Epiſcoporum 41. cum cap.ſeq. vbi DD.11.quæſt.3.S.C.Trident.ſeſſ.25.de reform.cap.3. Nauarr.in ſuo manual.de excommun.num.2.in fine, Sà ſuo aphor.in ver.de excomm. num.7. Marcell.Megal. var.reſol.lib.2.reſol.178.nu.7.Villagut de extẽſione legum pœnalium propter metum num.145.& Brunduſin.ſua ſumma cenſurarum, ver.cenſura,num.15.*& à fortiori, dum à Deo per leges in iſto caſu talis Curia non poterat excommunicationis vin-

23 culo ligari: quia ſi percutiens ignotum Clericum non incidit in pœnam *Canon.ſi quis ſuadente diabolo 29. 17.quæſt.4.* per *text.in cap.ſi verò 4.de ſent.excom.gloſ.*in alias citata *lege ſi qua per calumniã, ver. putabuntur, C.de Epiſc.& Cler.Hoſt.in ſua ſumma de ſent.excomm.lib.5.nu.4.fol. 671.in antiq,Squill.de priuil.clericorum*

cap.

*cap.6.num.*10.*& *11. *Muſcat.in d. gloß.intimato,nu.*30.*& Mar.d.ver.ſeculare,vel Eccleſiaſticum,num.*70.quamuis *ibi* corrupte legatur, quod quidem vitio Impreſſorum tribuendum eſt, & ratio huius ſententiæ patet: quia non concurrit deliberata voluntas ad percuſſionem clerici: eſt concludendum, tanto magis non poſſe excommunicari dictos Officiales, qui ignotum offertum carcerarunt: dum nec animus offendendi conſideratur, nec cognitio Eccleſiaſticæ perſonæ iudicatur, ſed tantum zelus pro iuſtitiæ complemento, quę extenditur etiam ad notos clericos in ijs terminis: vt ſcriptum eſt, non igitur ſunt puniendi, prout minabatur Generalis Compſanus Vicarius, qui intendebat excommunicare dictam Curiã ex talis oblati detruſione in carceres: ſed potius præmiandi: nam alias ſententia excommunicationis adfuiſſet iniuſta, & per conſequens nullius momenti, vt videre eſt apud Couarr.*in cap.alma mater, de ſent.excomm.* §.7. *num.*5. & Prælati bene debent animaduertere, vt nõ leui cauſa, & de rebus friuolis animam de græmio S. Eccleſiæ ſegregent: & punitio contrarium faciẽtibus memorabilis quidem videtur, licet arbitraria in *cap.*1.*vbi gloß. de exceſſibus Prælatorum*: vt de ſimili dicimus in Iudice, ſiue poteſtate ſeculari, quæ ſi ali-
24 quem iniuſtè puniat, arbitrarijs ipſa ſubiacere pœnis Superiorum videtur, per doctrinam *Reg.Rou.ſuper pragm.*1.*num.*5. *de cuſtodia reorum.*

SVMMARIVM.

1 *Contractus emphyteuticus à iure ciuili fuit introductus; de cuius natura remiſsiuè ponitur.*
Emphyteuticus contractus an differat à conductione, alienatione, & cenſu.
*Contractus in dubio potius cẽſuarius, quam emphyteuticarius præſumitur, & quare? num.*15.
2 *Emphyteuſis contractus dicitur vltro, citroque obligatorius, & definitur remiſſiuè.*
3 *Pacta inita in contractu emphyteutico debent obſeruari.*
4 *Alienatio rei emphyteuticæ quando inducat caducitatem?*
Cautela traditur, ne alienatio emphyteuſis caducitatem inducat.
5 *Emphyteuta non ſoluendo canonem per biennium, vel triennium, cadit à iure ſuo.*
Vaſallus an ſeruitia ſi non præſtet, ſiue feudatarius per decennium, feudum perdat?
6 *Emphyteuta non ſoluens canonem, an ipſo iure rem amittat.*
7 *Emphyteuta amittit meliorationes, ſi res incidit in commiſſum.*
8 *Caducitas an ſit remiſſa, ſi dominus recepit ab emphyteuta ſolutionem, poſtquam res poterat dici incurſa in commiſſum, contenditur, & iſte huius concluſionis eſt articulus, vſque ad finem.*
9 *Creditor recipiendo pecuniam à debitore, videtur illi remittere pœnam vſurarum.*
10 *Creditor dicitur renunciare legi commiſſoriæ, ſi poſt temporis lapſum pecuniam rei venditæ recipiat.*
Emphyteuſis æquiparatur cum pacto legis commiſſoriæ.
11 Text.in l.Æmilius, ff. de minoribus *quomodo inducatur pro articulo propoſito ſupra num.*8.
12 *Declaratio per hæredes, ſcilicet rem eſſe incurſam in commiſſum, non poteſt fieri ob canonem non ſolutum in vita teſtatoris.*
13 *Emphyteuta Eccleſiæ an poſſit moram purgare de canone non ſoluto?*
14 *Caducitas quando non cenſetur remiſſa per pecuniarum receptionem ab emphyteuta poſt elapſum triennium.*
15 *Solutio non integra, non euitat caducitatis pœnam.*
16 *Paupertas impedit caducitatem, & quæ dicatur paupertas, remiſsiuè ponitur.*
17 *Oblatio verbalis an euitet, ne res incidat in commiſſum?*
18 *Dominus petens rem incurſam in commiſſum ſimpliciter, an poſsit deinde petere canones non ſolutos?*
Canonis ſolutionem probare ſpectat ad emphyteutam.

ARGVMENTVM.

Dominus recipiens pecuniam ab emphyteuta poſt triennium, an videatur ei remittere caducitatẽ, contenditur.

DE IVRE EMPHYTEVTICO. CONCL. XXII

INter cæteros contractus à iure ciuili introductos, vt colligitur ex *l.*5. *ff.de iuſtitia, & iure,* in fine cuius benè notauit *gl.*
1 *ver.quibuſdam*; emphyteuticus vnus eſt præcipuus: de cuius natura poterit videri *text.in l.*1. C. *de iure emphyteutico*, & licet poſſit dici in pluribus verſari, ita & taliter, quod differt à contractu cõductionis, & alienationis, vt in *d.l.*1. tertium ius ſibi conſtituendo: ac etiam diuerſus eſt à cenſuali, & in dubio intelligendum erit, non de emphyteutico: ſed de cenſuario con-

t ta-

tractu:vt dixit *Io.de Arnono,ſingul.61*.per mirabilem doctrinam *Alberici de Roſa.in l.2.C. de iure emphyt.col.8.in ver. quid de*
2 *quæſtione*.& ſic deſcribitur per *Surdum deciſ.6. num.*10. cum doctrina *Angeli in l.1. num.1.C.eod.* nuper citato, vt emphyteuſis ſit cōtractus vltro,citroque obligatorius: & benè alias definitur per *Pract. Papienſ. de forma lib.quo agitur ad reu.feu.gl.1.n.7.*

Attamen ego de natura huius contractus circa aliud nō ſum tractaturus: quam circa caducitatē, quæ tunc dicitur,quãdo
3 per triennium canon non ſoluitur, ſi de laicali agatur, ſecus tamen ſi de Eccleſiaſtica ; nam tunc biennium attenditur ad caducitatem inducendam, quamuis alia, & diuerſa pacta in tali contractu inſeri poſſint,quæ vel de natura ſint emphyteuſis , vel præter naturam , prorſus debent ſeruari,vt in *l.2. & ibi gloſſ. & Salyc.C.de iure emphyt.*

Nec minus hic agam de alio modo caducitatis,quæ tunc eſt,quando res alienatur ſine conſenſu domini : vt notatur in
4 *l.3.ſupra,§.1.C.de iure emph.Gramm.deciſ. 77.num.2. Pract. Pap. de forma libelli, quo agitur ad ficti præſtationem, gloſſ.alienantur in princip.vbi Addentes* , quamuis intelligatur , vt poſt alienationem ſequatur rei traditio , nam alias non incidit in commiſſum emphyteuſis : vt cum innumeris fruſtra hic repetẽdis docet *Neguſ.de pign. membro 3.2.p.num.79.* & hoc adeo eſt verum,quod ſi in dicta alienatione apponatur clauſula , *ſaluo iure domini* , & res tradatur, adhuc habet locum caducitas : ſed ſecus ſi addantur verba *non alitèr,nec alio modo*: nam & re tradita non obſtante,minimè emphyteuſim poteſt dici in commiſſum cecidiſſe: vt benè docet *Gram.deciſ.49.num.3.*& ſic fuiſſe deciſum *ibi in fi-*
D *ne deciſionis* per S.C.teſtatur,itaque tu petitus cautelate ediſcas hic , & conſulere emphyteuticarijs ſcias, ad hoc ne tua incuria detrimentum aliquod ipſe patiatur. Et dato (reuerſo in ſe) talem rem alienatam,& traditam venditor reemat,quando in contractu non eſt appoſitum pactum , quod in continenti ſibi empyteuticario vendenti retrouenderetur,adhuc nec minus euitat caducitatis pœnam:cum ſit iam translatum dominium, & poſſeſſio in tertium,vt docet *Marſ.conſ.136.num.17.* qui in his terminis debet intelligi : nempe,vt res ſit alienata,& tradita:nam per alienationem tantum,ſine traditione rem non incidiſſe in commiſſum probauimus : & per conſequens ſine illa pactione: (dum tantum de venditione agitur) vt ſtatim res retrouendatur,euitatur caducitas.

Itaque tãtum de caducitate loquar,quę
5 ob non canonis ſolutionem inducitur,vt dictum eſt,& probant *auth.qui rem,vbi gl. & gloſ.in auth.qui res iam,C.de Sacr.Sanct. Eccleſ.Tiraquel.in l.ſi vnquam, C.de reuoc. donat.in ver. reuertatur , num.10. Clar.§. emphyteuſis , quæſt.8.in princ. Petra ad Capyc.deciſ.196. ſup.num.2. & Pract. Pap. de forma libelli,quo agitur ad reuocation.feudi, gloſſ.1. nu.6.* vbi in hoc differentiam conſtituit inter emphyteuticarium,qui ſi per triennium non ſoluit, incidit in commiſſum:& feudatarium , qui dato, per decem annos ſeruitia non præſtet , & à domino non fuerit interpellatus, non cadit à iure ſuo:quo tempore elapſo, & minime ſolutione facta : quamuis ipſo iure poſſit dici re emphyteutica priuatus ; nullatenus re-
6 quiritur declaratoria directi domini,vt ab eo dicatur , *reijcio te ex canone non ſoluto*, dum tantam ipſam authoritatem habere videtur , vt deſumitur ex *Cepolla conſ. ciuil.tom.1.conſilio 25. num.4.* & latiſſimè firmat per multos *Caſſador. de loc.& conducto deciſ.2.in princip.* & vide *Clar.§.emphyteuſis,q.9. & 11.*
7 Et commiſſa deiectione dictus emphyteuta etiam meliorationes amittit , quod eſt peius,vt *l.2.§.1. C.de iure emphyteut.d. auth.qui rem*, & dixit *Cepolla eod. conſ.25. num.19.*

Vnde vtilitèr dubitatur , quid ſi per triennium non ſoluit;& emphyteuta non
8 dum canonem dicti triennij obtulit, verũ etiam & temporis ſequentis, puta ſi poſt tempus trium annorum forſan de quarto anno duo , vel tres menſes alij ſint decurſi ; & dominus totam pecuniam oblatam obtulit , an habeat adhuc locum caducitas , vel cenſeatur remiſſa tacitè per dictam pecuniarum receptionem ? & in hoc iuris articulo
9 Primò adducitur in argumentum *tex. in l.vltima,ad finem,ff.de eo,quod certo loco*, vbi habetur, quod creditor recipiẽdo pecuniam à debitore,videtur remittere pœnam vſurarum,ergo eodem modo dominus videtur remittere caducitatem pecunias recipiens ab emphyteuta in caſu propoſito.

Secundò accedunt *text.in l. ſi fundus 4. §.eleganter, & l.poſt diem penult. ff. de lege*
10 *commiſſoria* , in quibus probatur, quod creditor videtur renunciare legi commiſſoriæ, ſi poſt elapſum tempus in pacto appoſitum pecuniam rei venditæ recipiat,& ideo cum emphyteuſis eiuſdem ſit qualitatis , dum efficitur res caduca poſt tertium annum canonis non ſoluti , & pacto legis commiſſoriæ idem continere videa-
tur

Digitized by Google

tur,vt benè docet. *Regens Rou.* recolendæ
memoriæ *ſuper prag.1.de cenſibus,num.* 41.
erit dicendum, omninò renunciatum eſſe
caducitatis pœnæ,ob talem acceptatam
ſolutionem ab emphyteuta: quia cum ha-
beat duo remedia : vel ad petendam
pecuniam , caducitatem remittendo,
cum ſit in eius poſſe id agendi;vel ad rem
caducatam ſibi acceptãdum: vno de duo-
bus iſtis electo remedio; alteri renuncia-
tum eſſe præſumitur, quapropter: caduci-
tas debet dici remiſſa , cum pecuniæ ſint
receptæ:vt oportunè notatur in *d.§.elegã-
ter*,& ita tuetur *Menoch.de præſump. lib.3.
præſumptione* 115. *à num.1. vſque ad nu.5.*
dum tacitè recepit pecunias ſine aliqua
proteſtatione.

Tertiò adducitur *text.* adhuc pro iſta
11 materia non conſideratus in *l. Æmilius
Largianus 39. ff.de minoribus 25.annis*,vbi
legitur, quòd quædã res fuit ab Æmilio em-
pta ſub pacto legis cõmiſſoriæ. Qui quidẽ
Æmilius cũ moreretur reliquit hæredem
Rutilianam filiam,in minori ætate exiſtẽ-
tem , quæ non fecit ſolutionem iuxta pa-
ctum legis commiſſoriæ per duos menſes.
Claudius Talemaeus denũciauit puellæ;vt
ſolueret pretium rei emptæ à patre : cum-
què non eſſet facta ſolutio : ipſam in iudi-
cium vocauit:& cum duas haberet in cõ-
trarium ſententias: appellauit tandem ad
Imper.Anton.in integrum reſtitutionem
petendo.Imeprator quidẽ,Rutilianæ par-
tem fauebat: & bene facti merita excogi-
tando:deciſum fuit in fauorem puellæ. *&
gloſſ.ibi* ait,rationabilitèr eſſe motum Im-
peratorem ad ſic cenſendum , ex diuerſis
rationibus : quarum maxima erat, quod
venditor ſibi intulit præiudicium , petens
à puella rei venditæ pretium: ſed bene de-
bebat petere rem ipſam venditam , ex eo
quod pactum legis commiſſoriæ non fuit
adimpletum: igitur ſi Claudius ex capite
vix petitionis , & non pretij rei venditæ
perceptionis , adeo ſuæ intentioni præiu-
dicauit:à fortiori debemus dicere in caſu
noſtro, dum pecuniæ fuerunt per dominũ
receptæ , vt non poſſit audiri ſuper peti-
tione rei emphyteuticæ ex capite caduci-
tatis ; quia ſibi præiudicauit,canones per-
cipiendo , & per conſequens ipſa caduci-
tas dicitur remiſſa:& hanc opinionem ſe-
quitur *gloſſ. in cap.potuit 4. de locato,& cõ-
ducto,vbi* Cardin.Zabarel. *Alexan.& cæteri
Scribentes.*

Itaque cum ex his pateat veritas, fatẽ-
dum eſt, remiſſam eſſe caducitatem: dum
ſimplicitèr pecuniam recepit: ad quam
euitandam bene erat neceſſe dicere, rem
eſſe incurſam in commiſſum , vt docet *de*
Affl.deciſ.174.num.3. & iſtam eſſe opinio-
nem communem, fatetur *Ruin. conſ.*110 C
num.4.& conſ.151.num.12.vol.1. quam ſe-
quitur *Menoch. d. præſumptione* 115. hoc
ſubſtinet *Surdus* ſupra allegata *deciſ.6.nu.
7.* aſſentire videtur *Caſſad.deciſ.3.de loc. &*
12 *cond.in princip.* vbi dixit, quod ſi dominus
per non ſolutionem canonis factam , non
declarauerit,in commiſſum rem cecidiſſe,
eius hæres id agere prohibetur : ac firmi-
ter tenet *Pract.Pap. de forma libelli, quo
agitur ad ficti præ. gloſſ. fictum , num. 4.
Gramm.conſ.28.in fine*, vbi ad ſaturitatem
plures adducit *D. Merlin.controu.for.cap.
7.num.7.Capye.deciſ.18.num.10.*

Immò ſi emphyteuta fuiſſet Eccleſiæ de
iure canonico , eſſet vltra dictam tacitur-
13 nitatem tempore ſolutionis admiſſa moræ
purgatio per modicum tempus,quod po-
teſt tolerari per duos menſes, habito re-
ſpectu ad duos annos,voluit *text.in cap.po-
tuit 4.§.emphyteuta,vbi gl. verſ. clerici, de
locato , & conducto , & Cepoll.de ædilitio
edicto,verſ.ſed ſciendum,num.77.* vbi tantũ
loquitur de biennio:& apertius dixit,tan-
tum in emphyteuta Eccleſiæ , & non pri-
uati ſupradicta procedere in *conſ. ciuan 5.
vol.1.num.15.& 18.*

Hæc nullatenus,licèt vera ſint,pro con-
cluſionis coronide diſtinguendum erit,vt
per *Clar.d.§.emphyteuſis,qu.10.in princip.*
ſcilicet,aut dominus proteſtatur, cum re-
cipiat pecuniam, dicens *ſaluo iure ca-
14 ducitatis:* aut non. Primo caſu res incidit
in commiſſum. Secundo verò dicitur re-
miſſa caducitas , prout firmatum eſt in
præſenti,dum vlla interuenit proteſtatio,
& ſic etiã erit & iſta notãda diſtinctio: aut
ſolutio eſt integra , aut non: ſi eſt integra:
& inducit ſibi præiudicium,recipiens poſt
triennium canonem, vlla interueniente
proteſtatione, ſi verò non eſt integra, da-
to quod in vno nummo deficiat,& ſibi ta-
citè pecunias recipiendo non præiudicat:
vt deſumitur ex *gloß. in auth. qui rem, ver.
repelli poteſt, C.de Sacroſ. Eccleſ. Cepol.d.
verſ.ſed ſciendum , num.85. de ædil. edicto,
Pract.Papin.vltima gloſſ.* citata, *nu. 6. & 7.*
15 vbi aduertit,in hoc etiam differre cenſua-
rium ab emphyteuta : nam ſi cenſuarius
non integram partem ſoluit cenſus, non
poterit expelli de re cẽſuali, ſicut emphy-
teuta(& nunc intelligo, quare contractus
in dubio præſumatur cẽſuarius,vt in prin-
cipio huius rubr.dictum eſt, potius quam
emphyteuticarius , quia fauorabilior eſt:
cum non ſic de facili poſſit à poſſeſſione
deijci.) & omnium clariſſimè ita demon-
ſtrat *Rouit.in d.pragm.1.de cenſibus,eod. nu.
41.* allegans diuerſas ad hoc authoritates.

S Ta-

Digitized by Google

16 Tamen hoc fallit, quoando probatur paupertas, propter quam emphyteuta opponit, non potuiſſe canonem ſoluere: nam iſto caſu non admittitur caducitas: vt docet *de Marſilijs conſ.10. num.39. & de Arnono commentario 64.* & quando dicatur paupertas, vel non, poterit colligi ex *gloſſ. in auth. præterea, ver. locuples, C. vnde vir, & vxor.*

Et eodem modo eſt optima cautela, ne 17 res incidat in commiſſum, quando non ſoluitur canon: vt ſaltim verbalem faciat oblationem emphyteuticarius, ad euitandum, ne res incidat in commiſſum: nam ſi dominus recuſauerit eam accipere: non cadit à iure ſuo emphyteuta, ſecus tamen, ſi dictus dominus tunc, cum canon offertur, dixerit, numera pecunias: nam ſum illas accipere paratus, quia debet tunc realis ſolutio interuenire, cum verbalis oblatio non ſufficiat, & eſt *cautela de Arnono 58. ac Viuij opin. 558.*

18 Sed quæritur: quid ſi dominus ob non factam ſolutionem auocet rem ſibi incurſam in commiſſum, an poſſit deinde petere pecunias canonis? & dicas, vt dictum eſt, quod ſi proteſtatus eſt, *ſaluo iure exigendi,* & procedit vera ſententia, ſecus tamẽ ſi vllam proteſtationem fecit, & hæc docet *Clar. d.q. 10. num. 2.* cum nonnullis alijs, & ſignanter, vt canonis probatio ſpectet ad emphyteutam, Adde in hoc *Cepoll. d. conſ. 45. num. 16.* & circa modum, quomodo ſubueniatur emphyteutæ, quando non poteſt probare canonis ſolutionẽ dictum *de Arnono problema 46. & Maſc. de probat.* latiſſimè *concluſ. 603. nu. 9.*

S V M M A R I V M.

1 *Creditor ſecundus habet ius offerendi ſuper re debitori vendita ad inſtantiam primi creditoris, & ampliatur vſque ad n. 8.*
Laudatur V. I. D. Donatus Antonius de Marinis.
2 *Res tranſit cum onere ſuo.*
Ius offerendi competit ſecundo creditori, dato, quod ipſa res empta ſit per primum creditorem iure crediti.
3 *Ius offerendi an habeat locum, quando mulier ſoluto matrimonio petit adiudicationẽ ſuper bonis mariti pro ſua dote?*
4 *Et quid ſi petas aſſecurationem ob viri vergentiam ad inopiam?*
5 *Aſſecuratio dotis non eſt vera dotis reſtitutio.*
6 *Ius offerendi an habeat locum: quando quis rẽ habuit in ſolutum à debitore, & deinde alijs ipſa res fuerit vendita, vt procedi poſſit contra tertios poſſeſſores.*
7 *Ius offerendi an detur etiam tertijs creditoribus?*
8 *Ius offerẽdi datur etiã in ſecunda inſtantia.*
9 *Ius creditoris, & ius dominij æquiparantur, ſed quando res iure creditoris dicatur vendi?*
10 *Pactum inſtrumento adiectum de vendendo in fauorem primi creditoris an præiudicet ſecundo.*
11 *Ius offerendi an habeat locum in venditionibus ſubhaſta libus.*
Laudatur V. I. D. Iulius Cęſar Galluppus.
Ius offerendi non competere ſecundo creditori, quando res venditur iure creditoris, quomodo intelligatur.
12 *Venditio quando rectè facta non cenſetur.*
Læſio ſi in venditionibus interueniat, quid operetur?
Sed vſque ad quam quantitatem conſideretur læſio?
13 *Aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt.*
14 *Locupletatio cum aliena iactura non permittitur.*
S. R. C. laudatur, & eius praxis ponitur circa rerum venditionem ad inſtantiam creditorum.
15 *Iuris offerendi actio quo tempore præſcribatur?*
16 *Iuris congrui definitio traditur, & cui ius congrui competat, demonſtratur.*
17 *Ius cõgrui in patria* Auctoris *viget per ius municipale, vt ipſe ait.*
18 *Diſpoſitio iuris congrui, vt conſanguineus in quocunque gradu ſit, omnibus præferatur, vſque ad quem gradum extendatur.*
Succeſſio conſanguineorum habet locum vſque ad decimum gradum.
Laudes V. I. D. Io. Dominici Coſcia *proferuntur oris ſilẽtio, & non vocis oratione.*
19 *Ius congrui habet locum etiam in venditionibus ſub haſta, & in dationibus in ſolutũ.*
20 *Ius congrui infra quod tempus proponatur.*
21 *Citatio an ſit neceſſaria, quando citandus eſt præſens in actu.*
Citatio in materia iuris congrui eſt de eſſentialibus, & quomodo debeat fieri, remiſſiuè.
22 *Paupertas legalem terminum currere non facit.*
23 *Iuris congrui actio quando extinguatur, ſi conſanguineus, vel vicinus non fuerit citatus.*
Laudatur V. I. D. Io. Baptiſta Thorus.
Ius cõgrui habet locum, vt conſanguineus, vel vicinus præferatur iuſto mediante pretio, & non per tantum oblationem pretij, quo res fuerit ab extraneo empta, & ſic obſeruat S. R. C.

AR-

ARGVMENTVM.

Secundus creditor habet ius offerendi ſuper poſſeſſione vendita per primum creditorem : & conſanguineus habet ius congrui ſuper re vendita conſanguinei; ſed vſque ad quod tẽpus iſtæ actiones dentur, latè diſſeritur.

DE IVRE OFFERENDI , ET PROTHOMISEOS. CONCL. XXIII.

SVadet occaſio: vt præſentis concluſionis materia ſub duarum Rubricarum forma collocetur: cum vnus agens ex duobus ſequentibus articulis, ſui iuris patiatur litigium : nec in hoc admirationis poterit inſurgere cauſa, dum ſatis patet in corpore iuris vtriuſque diuerſos ſimul eſſe adiunctos titulos: vnde Iuriſconſultorum veſtigia proſequendo , præſentem , non minus vtilem , quam quotidianam duxi *Rubricam* ſituandam *de iure offerendi , & prothomiſeos.*

Quidam igitur anterior creditor vẽdidit certã poſſeſſionẽ ſub haſta ſui debitoris cũ læſione vltra ſextã partẽ, creditor ſecundus præſupponit, poſſe rem prædictam vendicare ex capite iuris offerendi, & iuris congrui , contenditur modò de veritate rei.

Et certum eſt, quod poſterior creditor poteſt priori offerre creditum , & rem pi-
1 gnoratam , vel hypothecatam ſibi incorporare, per *tex. in l. potior* 11. *§.* 1. *& fin. ſeù §. vnico, ff. qui pot. in pign. hab. l. paulus* 12. *§. qui pignoris, ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolu. l. ſecundus creditor* 22. *C. de pignor. l.* 1. *& l. potior* 5. *vbi gloſſ. C. qui pot. in pign. hab. & l.* 1. *C. ſi antiq. cred. pig. vend.* ac firmat *Neguſ. de pignor. membro* 3. *quintæ partis, Mantic. de tacit. & ambig. conu. tit.* 28. *num.* 1. *fol.* 65 2. *vol.* 1. *Gramm. conſ.* 107. *num.* 16. *Maia conſultatione* 16. *in princip. D. Merlin. contron. for. cap.* 93. *num.* 1. Peritiſſimus Dominus meus inter Doctores præclariſſimus *Donatus Anton. de Marinis quotidian. reſol. cap.* 219. *per tot. in prima impreſſione, Theſ. deciſ.* 157. *de Franch. deciſ.* 69. *de Afflict.* qui ſic deciſum ait *deciſ.* 16.
D *num.* 5. *& D. Rict. collect.* 81. & ratio poteſt eſſe : nam ſi fuit vendita talis res ob non ſolutam pecuniam mutuatam ; ſemper quod defectus iſte ſuppletur , ſatis eſt ſuę actioni ſatisfactum; nam alias eſſet valdè pernicioſum contra ſecundum creditorem: cum non ſolum pecuniam, ſed nec minus rem forſan ex ſua affectione poſſet habere, tertij citrà detrimentum, & iſta veritas confirmatur ſimiliter per *Flam. Chart. deciſ.* 8. *num.* 4. Et

Primò ampliatur, dato, quod res , vel pignus in ſolutum, & pro ſoluto datum ſit per debitorem primo creditori : nam etiã adhuc ſecundus ius offerendi retinet : vt in *dict. l.* 1. *§. cum autem , C. ſi antiquior creditor , vbi Salyc. Mantic. vbi ſupra, num.* 2. *Riminal. Iun. conſ.* 3. *num.* 9. *Bald. conſ.* 84. *& Neguſ. eod. loco* ſupra citato , vbi hanc tradit rationem ; quod ſi debitor hanc rem hypothecatam alteri alienaſſet ; certum eſt , quod remaneret ſecundi creditoris ſalua hypotheca : ſi dicta alienatio pro extenſione prioris crediti iret, vel non; quia res talis
2 obligata ſi alienetur, tranſit cum onere ſuo, *cap. ex literis* 5. *§. fin. propè finem, de pignor. cap. paſtoralis* 28. *de decimis, & cap. cũ non ſit in homine* 3. *eod. tit. cap. ſi quis laicus* 42. *in ordine* 16. *quæſt.* 1. *l. ſi conuenerit* 18. *§. ſi fundus, ff. de pignor. act. l. ſi prædium* 4. *C. de euict. & l. ſi debitor* 12. *C. de diſtr. pignor.* Ita & eodem modo debemus dicere; quãdo eſt data dicta res primo creditori, cum nullum poſſit diuerſitatis aſſignari diſcrimẽ: vt ius hypothecæ ſuper dicta re, creditori ſecundo auferatur, & ad hoc adducitur *text. in d. l.* 1. *C. ſi antiquior cred. & l. proditio* 20. *vbi gloſſ. de acq. rer. dom.* adde eundem *de Marinis vbi ſupra , num.* 3. & quicquid dicat *Capyc. deciſ.* 202. quod augetur: vt procedat, dato , quod per ipſum creditorem primeuum res empta ſit iure crediti, vt videtur ſentire *Vrſ. ad D. de Aff.*
d. deciſ. 16. *à num.* 1. & ſic fuiſſe deciſum fatetur *de Franch. deciſ.* ſuperius adducta D
69. num. 5. *& in deciſ.* 453.

Secundò ampliatur in cauſa dotis, vt ſi
3 mulier petat ſoluto matrimonio pro iuribus dotalibus adiudicationẽ ſuper bonis mariti: tunc ſecundi ipſius viri creditores ius offerendi habebunt, ita *Cyn. in l. cum tibi* 10. *vbi etiam Bal. & Salyc. C. qui pot. in pign. hab. & in l. vbi adhuc* 29. *C. de iure dot. Bal. nouel. in tractatu de dote par.* 3. *priuileg.* 24. *&* 47. & tangit *Muſc. p.* 3. *gloſſ. adiudicatur, in fine, nu.* 99.

Nullatenus iſta ſecunda ampliatio li-
4 mitatur, quando mulier non iure adiudicationis, ſed ex capite aſſecurationis, exiſtente matrimonio ob viri vergentiam ad inopiam pro eius dote petierit tot bona aſſignari: quia eſt ſpeciale priuilegium, & non poſſunt ſecundi creditores aliquid pro creditis eorum offerre , & ſic exclu-

duntur, vt notatur ad literam *in d.l.vbi adhuc, ibique DD.Bart.in l. ſi conſtante 25. in princip.vbi Alex.ff.ſol.matr.Io.Andr.in addit. ad Speculatorem, in tit.* de *donat.inter virum,& vxorem, §.formatis inſtrumentis, Caſtr.in l.2.ff.ſoluto matrimonio,Bald.conſ.* 282.de *Marinis vbi ſupra num.*15.*&* 16.de *Affl. decis.*199. *&* de *Franch.decis.*54. *cum Gramm.d.conſ.*107. *num.*17. ſolus tamen à tot Patrum communi iudicio diſſentit ingenioſiſſimus *Fachin.controu. iur.lib.*3. *cap.*100.

Et ratio differentiæ inter primum, &
5 ſecundum caſum eſt indicata per dictos *de Affl.& de Franch. vbi ſupra.* nempe quod aſſecuratio ob mariti inopiam, non eſt vera dotis reſtitutio, vt dicta bona in omnibus,& per omnia ſint mulieri data ex dotis cauſa; ſed tantum aſſignata, ne diſſipentur & indotata remaneat, & ad hoc adde *Bald.nou.d.priuilegio* 47. *Gram. vbi ſupra*,qui adducit *gloſ.in d.l.ſi conſtan-*
D *te*,& ſic per S.R.C.deciſum fuiſſe non ſemel,ſed bis *ipſe* teſtatur *ibidem.*

6 Tertiò ampliatur, dato, quod primus creditor, qui habuit rem in ſolutum,vel à debitore eam emit: & deinde alijs vendidit, vel quomodocunque alienauit: vt ſecundus creditor tertijs ipſis poſſeſſoribus poſſit proponere ius offerendi, vt voluerunt *Salyc.* poſt *Iacobum de Aretio, & Cyn. in l.*1. ſuperius citata, *C. ſi antiquior cred. Cardin. Mantica d.tit.*28. *num.*3. *& Neguſ.vbi ſupra,n.*2.

7 Quartò ampliatur,vt ſi primus vēdiderit ſecundo creditori, vt tertius creditor poſſit dicto ſecundo proponere ius offerendi,ita *Martianus in l.cum vnus,§.*1.*ff.de diſtr.pign.*quem refert *Menoch. de præſum. lib.*3.*præſumpt.*121.*num.*6.*fol. mihi* 379. *in vltima impreſſione,vel.*1.

Quintò ampliatur,vt tale ius offerendi competat poſteriori creditori, etiam in
8 ſecunda inſtantia, ſi non fuerit eo vſus in prima,per communem regulam *text. in l. per hanc* 4. *vbi Cyn. & Salyc. C. de tempor. appell.* tunc quando ſcilicet petitur terminus ad non poſita ponendum, & notauit *de Affl.in fine prædictæ deciſ.*16.

Attamen contra firmata opponitur de
9 *tex.in d.l.*1.*cum l.ſeq. C. ſi antiq.cred.* ſcilicet ceſſare ius offerendi,quando res iure creditoris venditur, ſicut fuit vendita in caſu noſtro. quod ius creditoris tunc eſt, quando pactum in inſtrumento adijcitur vt debito non ſoluto,licitum ſit rem obligatam vendere *l.ſi fundus* 16. *§.ſin.ff.de pignor. l.ſi conuenerit* 4. *ff.de pignor. act. l.non eſt nouum* 46.*ff.de acq. rerum dom.l.vltima,in princip.ff.de contrah.emp.d.l.*2. *C.ſi antiquior cred.et §.*1.*Inſt.quibus modis alien. licet, vel non*, & docuerunt *Fulgoſ. conſ.* 127.*Ceph.conſ.*397.*nu.*37.*lib.*3. *Pariſ.conſ.* 81.*Neguſan.vbi ſupra num.*4. *& Theſ.dec.* 157.tametſi eſt aduertendum,quod prædicatus *Theſ.* non loquitur per terminos iure creditoris,ſed iure dominij,quod idem eſt in facto, licet per diuerſa verba, vt aduertit *de Franch.deciſ.*224.

Reſpondetur enim oppoſitioni dupliciter.

Primò,eſſe tunc iſta in contrarium iure allegata intelligenda,quando illa res tantum primo creditori fuerit obligata, & non cæteris,vt tunc ſi vendatur iure creditoris,vel dominij,vt dixit *Theſ.vbi ſupra*,& iam in hoc fui animaduerſus,non competat ſecundo creditori ius offerendi, nam ſi fuerit etiam alijs obligata,vllo modo per talem venditionem ius eius à lege conceſſum poterit auferri, quia non nocet primo,dum ſuum habet creditum, & prodeſt ſecundo indicando,vt ſit expediens rem retinere,licet non ſit ſufficiens pro eius actione,& ſic probat mihi *text.in l.traditio* 20.*ff.de acq. rerum dom. l. alienatio* 67.*ff.de contrah.emp.l.nemo poteſt* 71.*& l.*76. eiuſdem nominis, *ff.de regul. iur.* ac faciunt etiam iura ſuperius in oppoſitio-
10 ne allegata, quia tale pactum in inſtrumento appoſitum de vendendo non poterit nec auferre, nec tollere ius alteri ſecundo in credito, per *text.in l.debitorum* 25.*C.de pactis,l.licet* 23.*vbi Paul.de Caſtro C.fam. erciſc.l.alterius* 50. *vbi gloſſ. ff. de reg.iur.l.ſi tibi decem* 18.*§.ſi pactum ſit, l.ſi vnus* 28.*§.ante omnia,& l.tale pactum* 41.*§. poſt diuiſionem, ff.de pact.* & notauit *D.de Affli ct.deciſ.*402.*n.*5.

Secundò, ſed priuſquam firmetur reſponſio, propter maiorem facilitatem eſt videre;an ius offerendi habeat locum in
11 venditionibus factis ſub haſta? & affirmatiuè concludas cū *D.de Auna alleg.*56. *n.*2.*& ſeq.de Frāch.dec.*66.*n.*2. *Mant.dec.* 136.& ſic de obſeruātia teſtatur idē *de Auna ſing.*443.& ſequitur *Gallup.*nouiſſimus theoricus, ſimulque practicatus, atque cauſarum patronus primarius in S. R. C. *3.p.ſua praxis,cap.*2.*de execut. ſentent.nu.* 48:adde *Gramm. deciſ.*95.& recolligit *D. Rice.coll.*81.*in medio*, quibus viſis,reſpondetur itaque, vt tunc procedat contraria oppoſitio, non eſſe locum iuri offerendi in ſecundo creditore, ſi primus vendidit iure creditoris, quando venditio ritè,rectè,& legitimè facta videtur,vt habetur ex *Neguſ.de pignor.nu.*2.*in* 3.*reſtrictione primæ limitationis, verſ. tertio reſtringitur,*

tur, fol. mihi 121. ſecus tamen, quando ven-
12 ditio non rectè eſt facta : quæ tunc talis
cenſetur, cum pacta non fuerint ſeruata, &
ſollemnitates omiſſæ, vt per *Vinc. de Fran-
ch. decis.* 224. *num.* 3. *Iul. Caſar. Gallup.
vbi ſupra*, quas inter ſollemnitates, & iu-
ris inobſeruantias : vt venditio inualida
reputetur pro præcipua conſideratur læ-
ſio, nam ſi vltra dimidiam iuſti pretij in-
terueneritt, tàm emptor, quàm venditor
habet remedium *legis ſecundæ, C. de reſc.
vend.* vt ſentit *gloſſ. ibi, & de Franch. decis.*
225. *cum Ricc.* paulo ante citato. & hoc de
iure communi, ſed in Regno noſtro ſuffi-
cit, ſi læſio concurrat pro ſexta parte, etiā
in venditionibus factis ſub haſta, ad hoc
vt res vendita reſcindi poſſit, vt ex autho-
ritate *Bart. in l. ſocietatem meeum*, §. *arbi-
trorum, ff. pro ſocio, & Caſtr. in l.* 2. *ver. adde
quæſo*, firmat *Præſ. de Franch. decis.* 224. *nu.*
2. *& Gallupp. vbi ſupra*, itaque cum eui-
dentèr, & in promptu probetur læſio, non
dum vltra ſextam, ſed forſan vltra medie-
tatem in iſta venditione facta affatæ poſ-
ſeſſionis *in princip. huius rubr.* iure primi
creditoris: cum inualida ſit, & nulla, non
poterit denegari : quin competat huic
ſecundo creditori iuris offerendi benefi-
cium pro ſuo credito.

Opponitur inſuper, vt non competat
ſecundo ius offerendi, quia poſſeſſioni
prædictæ venditę per primum creditorem
adſunt alij fundi contigui, ſuper quibus
poterit pro ſuo ſecundo credito generali-
tèr obligatis ſuos greſſus dirigere pro
ſatisfactione, quam petit, & ſimilitèr huic
obiectioni duæ aliæ reſolutiones tradun-
tur.

Prima eſt, quod dum ipſa res vendita
eſt ſpecialitèr obligata ſimiliter poſt pri-
mum debitum ipſi ſecundo creditori, da-
to, quod ſit pro primo credito vendita,
quia ſtante læſione vltra ſextam partem
per beneficiū iuris offerēdi, debet perqui-
rere, vt ſatisfiat prius ex re in ſpecie obli-
gata, & deinde generica actione vti, ſuper
quo legitimè inſtando, cum iuſta petat
talis ſecundus creditor, non poterit alia
res offerri per primum creditorem : vt ſu-
per ea procedat, dum ad ipſum non ſpe-
13 ctat, & ſic eo inuito ibi ſatisfieri queat, per
text. in l. 2. vbi Scribentium ſchola, §. *mu-
tui, ff. ſi certum petatur, l. ſi ſe non obtulit* 4.
§. *ait prætor, ff. de re iudic. l. cum, à quo* 16. *de
ſolut. l. item liberatur* 6. *ff. quib. mod. pignus,
vel hyp. ſolu. Bar. in l.* 1. §. *fin. ff. de auro, &
arg. leg. Bal. in l. ſi quis argentum, C. de dona.
& in l. libera, C. de ſent. interloc. omn. iudic.
Couar. in c.* 7. §. *vnico, n.* 1. *ſo. mihi* 706. *Vin.
in ſua Sylu. opin.* 516. *Menoch. de præſumpt.
lib.* 4. *præſumpt.* 109. *nu.* 40. *Boer. decis.* 327.
Theſa dec. 153. *Mant. dec.* 1. *n.* 6. *& Borr. to.*
3. *ſummæ decis. tit.* 14. *de ſolut. & liber. n.* 77.
& quamuis ſupra firmata veritas fallat in
nonnullis caſibus, vt per *Bald. in l.* 1. *C. de
rerum permut. per D. de Affl. ſuper Conſtit.
Sancimus, num.* 16. *de iure prothom. & Sca-
glion. in ritu* 163. *num.* 31. nullatenus in
cauſa, de qua agitur, fallentia aliqua adap-
tari non poterit, cum ſimus in caſu, quo
adeſt res, quæ licet vendita ſit, ex capite
læſionis per ius offerendi poterit vindica-
ri per ipſum ſecundum creditorem, & nō
ſuper alijs rebus eo inuito poterit proce-
dere ſatisfactio.

Secunda reſolutio eſt, ſi tunc quando
ex vna re poteſt ſatisfieri duobus, cum
læſione pro vno tantum venderetur, duo
14 mala ſequerentur, debitor reſtaret ſuis
rebus diſpoliatus, & iſte primus creditor
locupletaretur cum aliena iactura, quod
iniquum in iure reputatur, argumento
text. in l. ſi & me, & Titium 32. *ff. ſi certum
pet. Neguſ. vbi ſupra num.* 2. vnde propte-
rea S. R. C. omnium Tribunalium iuſtiſſi-
mum, & non dum fideliſſimæ Ciuitatis
Neapol. verum totius Regni decus, obſer-
uat, quod quando agitur de adiudicatio-
ne, ſiue venditione rerum pro ſatisfactio-
ne creditorum prouidet, ad colluſionem,
& fraudem euitandam, vt fiat appretium,
& deindè accendatur candela, & ſic mil-
lies ego obſeruaui, & iſto modo læſio eui-
tabitur, vnde ex his ſatis eſſe in contra-
rium adductis ſatisfactum arbitror.

Refragatur nullatenus ex alio capite,
dum vno reciſo, alia pullulant, nempè
eſſe præſcriptam iuris offerēdi actionem,
ex eo, quia duos poſt annos à venditionis
die talis ſecundus creditor illam in iudi-
cio propoſuit; & cum tenuis valdè ſit hæc
15 vltima oppoſitio, corruit per reſponſio-
nem, non eſſe ius præſcriptum, dum ad
hoc eſt neceſſe, vt concurrant, non duo,
ſed triginta anni, *Andr. Gayl. lib.* 2. *obſer.
iur. obſeruat.* 18. *Theſ. decis.* 157. *nu.* 3. *&* 4.
vbi *ipſe* adducit *text. in l.* 1. *&* 2. *C. ſi aduer.
cred. & de Franch.* alias adducta *decis.* 69.
num. 12. per *legem cum notiſſimi* 7. vbi
Bald. & gloſ. C. de præſcript. trig. vel 40.
annorum, & quamuis talis actio poſſit re-
ſtringi, vt præſcribatur per ſpatium decē
annorum, quando res per extraneum
poſſidetur, hæc non faciunt in caſu, cum
ante iſtud tempus ſit propoſita; & per cō-
ſequens vigent vires noſtræ quæſtionis, &
tantò magis, quod res per tertium non
poſſidetur, ſed per ipſum creditorem, &
proindè nō decē, ſed triginta annorū cur-
ſū, vt actio præſcriberetur, eſſet neceſſariū

labi,

labi, dum poſt emptionem per extraneũ
fuit ipſi facta retroceſſio.

At dato, non haberet locum; (quod
non concedo) tale ius offerendi, ex capi-
te iuris congrui iſte ſecũdus creditor cõ-
ſanguineus debitoris poterit cõparere, &
rem venditam obtinere, dum non ſolum
vicinis, ſed principalitèr conſaguineis, da-
tur, vt præter Scribentium authoritatem,
16 ſatis benè colligitur huius propoſitionis
veritas ex communi iuris congrui defini-
tione. Quæ eſt ius à *Federico Imperatore*
nouitèr introductum, per quod conſagui-
neus, & coniunctus, ſocius, & vicinus rem
immobilem ab altero vicino venditam,
locatam, vel in emphyteuſim conceſſam
infra legitima tempora iuſto pretio redi-
mere poteſt; vnde patet, quod conſagui-
nei cunctis præferuntur, & cum eueniſſet
iſta quæſtio in patria mea, vltra hoc ius
Regni receptum communitèr, allegaui
particulare municipale ipſius Oppidi ſta-
17 tutum, quod ſuper hoc diſponit *in cap. 3.
ver. Quia conſtituit Vniuerſitas, ſub rubr.
de diuer. ſtatutis*, & ſtat in viridi obſeruan-
tia, cuius inter cætera hæc ſunt propria
verba. *Et inſuper affinis in quocunq; gra-
du exiſtat, omnes alios excludat, &c.* per
quod ſtatutum meus vigilantiſſimus Ge-
nitor, memoria dignus, obtinuit contra
quoſdam ſuos conciues ſuper certo ter-
ritorio magni valoris, quod ad præſens
per me poſſidetur ob ipſius obitum.

Tametſi ſtari iuris municipalis diſpo-
ſitio, vt affinis in quocũq; gradu, reſtrin-
18 gi debet, vſq; ad gradum decimum, prout
DD. præcitatam *Conſtitutionem Sancimus*
cõmentando de ea ſic intellexerunt, quia
vſq; ad hunc gradum extenditur eorum
ſucceſſio, & per conſequens dum non
ſubueniũtur in ſucceſſione vltra decimũ
gradum, quoniam conſanguinitas aliqua
non poteſt venire in conſideratione, ſic
etiam non eſt ei fauendum in petitione
iuris congrui, *auth. in ſucceſſione, vbi glo. &
DD. C. de ſuis, & legitimis hæredibus, Ti-
raq. de retr. lib. 1. §. 1. gloſſ. 9. num. 23.* & ſic
teſtor intellexiſſe ex veridico ore Dom.
V. I. D. *Ioannis Dominici Coſeia*, qui
inter publicos Lectores in Alma Parthe-
nope primus exiſtit, virtute præclarus,
& doctrina celebris, laudes cuius, tanquã
ignarus ſcholaris proferre mea lingua nõ
valebit, ſed potius oportunum hic ſilentiũ
eas cantabit, in priuata lectura æſtiua do-
mi, quam ipſe docere ſolet *de iure protho.*

Quod ius congrui etiam vt locum ha-
beat in venditionibus ſubhaſtalibus, dixit
D *Tiraqu. vbi ſupra*, & deciſum refert *Preſ.
de Franch. deciſ. 588.* vnde cum in pro-
19 ptijs noſtris terminis ius cõgrui compe-
tere pateat, & ex illo ſecundo capite di-
ctus ſecũdus creditor aduerſus primum
poterit comparere ad obtinendam
dictam rem venditam, imò à fortiori viden-
mus, vt etiam in datione in ſolutum, &
pro ſoluto, vt viſum eſt de iure offerendi,
tale ius congrui proponi poſſit, per com-
munem opinionem contra *D. de Affl. in
dicta Conſtit. Sancimus, n. 16. fol. 49. à terg.*
vt ſubſtinet *Fab. in l. ſi prædium 4. C. de
euict. Plat. in l. 1. C. de fundis patrim. lib. 10.*
de cõmuni teſtatur *Gutier. pract. quæſtionũ*, C
quæſtione 157. & ſic nouiſſimè fuiſſe deciſũ D
refert *Sum. Pont. Greg. XV. deciſ. 428.*

Nullatenus obijcitur, tale ius congrui
non poſſe competere, non quod deſint
gradus conſaguinitatis, ſed quia non eſt
propoſitum intra legitima tempora.

Reſpondetur, verum eſſe, quod ad
obtinendum ſuper petitione iuris cõgrui
20 dantur quatuor menſes abſentibus, &
præſentibus triginta dies, vt per eundem
*de Affl. ſuper d. Conſt. Sancimus, in §. infra
triginta dies, nu. 3. fol. 86.* attamen intel-
ligitur, denunciatione præcedente, nam
ſola ſcientia non ſufficit, cum ſemper poſ-
ſit iuſta ignorantiæ cauſa allegari ex *l.
emptor fundi 8. C. de euict.*

Nec poterunt obſtare iura in *c. eum qui
certus 31. de reg. iur. in 6. cap. fin. ver. ſepè
electionem tuam 11. diſt. l. item veniũt 22. §.
petitam, ver. quid ergo, ff. de petit. hæred. &
in l. 1. in fine, ff. de act. empti*, in quibus pro-
21 batur contrarium, ſcilicet ſolam ſcientiã
ſufficere, quia certus non eſt certifican-
dus, etenim loquuntur, & ſic ſunt intelli-
genda, quando denunciatio non eſt de eſ-
ſentia, & particulari contractus requiſito,
prout eſt in iure cõgrui, in quo adeo mo-
nitio eſt de ſubſtantia actus, quod dato
coniunctus ſciat, & in venditione adſit,
adhuc verbalem denunciationem non eſ-
ſe neceſſariam, docet *de Affl. in dicta Con-
ſtit. ad §. ſubſequentèr quæritur, fol. 35. à ter.*
facit *text. in l. emptor 8. vbi Bar. C. de euict.*
& argumẽta *legis aduerſus 30. §. tutores &
l. fin. vbi gloſſ. ff. de inoffic. teſt. ac l. cum
quidam 26. C. de admin. tutor. Bar. in l. denũ-
ciaſſe, §. qui ergo, ff. de adult.* & Idem de
Affli. in dicta Conſtit. Sancimus per multa
iura concludit, ita in *num. 14. in medio, fol.
36. & nu. 17. verſ. decimo noto, fol. 37. a ter.*
vbi ſimiliter docet, qualiter iſta eſſentia-
lis citatio in cauſa iuris congrui fieri de-
beat, cui adde *Bar. in l. 4. §. prætor ait, ff. de
damno infecto, & in l. 2. vbi etiam Caſtr. C.
de iuriſd. omnium iud. Bald. Peruſ. in d. Con-
ſtitut. Sancimus, §. infra quatuor menſes, ſub
num. 4. fol. mihi 47.*

Itaque

Itaque cum denſiciatus minimè ſit iſte conſanguineus,ſecundus creditor proponendo poſt duorum annorum lapſum à die venditionis iuris congrui beneficiũ, ſuper eo debet audiri,& admitti.

Sed dato,citatio requiſita, ſeù denunciatio, aut monitio non eſſet de eſſentialibus iuris congrui, & ſic quia venditionem notam habuit, & ſuccumberet, dum non comparuit in tempore ſtatuto, quod labitur à die ſcientiæ, ſecundùm contrariam opinionem, iſta ſcientia debet eſſe comitata per potentiam conſanguinei, aut vicini ad emendnm,vt probatur *in l.1.§. is autem,ff.ſi familia furtum feciſſe dicatur,Napod. in Conſuetudine 1. gloſ. ſciens de iure congrui*; & ſic dum tempore venditionis non aderat habilitas iuris agendi in perſona conſanguinei, quia pauper erat,tractu temporis poſtea habile facto illud tempus 30. dierum, vel quatuor menſium non currit,ſed poteſt quãdocunq; potentiam emendi habebit, ius congrui proponere, dum inhabilitas, &
22 paupertas legalem terminum currere non facit, argumento *text. in l.ſi procuratorem* 8. *§.ſi ignoranter, ff.mand. & in l.in eadem* 10. iuncta *gloſ. ff. ex quibus cauſis maiores,* & argumento eorum, quæ dixi *ſupra* in præcedenti *rubr. de iure emphyt. num.*16. cum *Bart. in l. acceptam, C. de vſur.*

Sed quia tamen non eſt facta denunciatio,fatendum erit, non eſſe iuris congrui actionem lapſu biennij preſcriptam,
23 dum oportet, vt præſcribatur, tempus labi decem annorum, vt ex verbis *d. Conſtitutionis Sancimus* deſumitur. Ibi *Tranſcurſo decennio ſi non denunciauit, nulla de catero moueatur controuerſia illis, qui poſſident ex aliquo contractu, vel ex donatione, vel ex teſtamento, nec ab illis quidem, qui ius habent prothomiſeos,* imò per nonnullos Doctores debent currere 30. anni, vt iuris congrui actio extinguatur,per *text.* in argumentum in *l.2.C.de reſcin. vend. & L.2.C.de pactis,* Sacrum verò Conſ. Neap. obſeruat, vt audiatur proximus in iure cõgrui, dato ſint decurſi anni treſdecim, ſed nõ quindecim,vt ex *Sempron. Aſcia in ſuis determinationibus,determinatione* 179. & dixit *Io: Baptiſta Thor.* in legalibus vigilijs valdè vtilitèr conſummatus pro cõmuni omnium beneficio circa varios labores *in ſuo Compend. deciſ. in verbo iuris congrui,part.1.*

Nullatenus cum iſte ſecundus creditor duo capita iuris potiatur ad obtinẽdam rem venditam per primum creditorem, ſi vti voluerit beneficio iuris cõgrui, ſum in ſententia, vt non poſſit exhibere tantum pretium primo emptori, & pro eo rem ſibi retinere, ſed debet fieri iuſtũ appretium, vt valor verus dignoſcatur, vt ſi ſufficit pro ſuo ſimilitèr credito, poſſit dici eſſe ſatisfactum debitum, & ſi ſupereſt, valeat debitori plus rei reſtituere, & quamuis contrarium ſeruetur circa hoc in partibus forenſibus, mala eſt obſeruantia,& nuncupari debet potius abuſus, nam videmus, quod S.C. ſic obſeruat, & deducitur huius veritatis robur ex verbis ſupra traditæ definitionis iuris prothomiſeos. Ibi *infra legitima tempora iuſto pretio redimere,*& fatetur ſic qui non mẽtitur,& neceſſariè ei credendum eſt, tanquam tanti Tribunalis primo *Præſ. Vinc. de Franch. in fine deciſ.*588. etiam in venditionibus ſub haſta.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum pro litium expeditione maximum eſt remedium.*
Iuramenti vis profertur.
2 *Iuramentum ſuppletorium, neceſſarium iuramentum appellatur.*
Quod poteſt Iudicis officio deferri, etiam parte non petente.
3 *Clauſula,*omni modo meliori, *eſt neceſſe, quod apponatur in libello, quia operatur, vt hic inſpicitur.*
Iudex debet per diuerſos modos veritatem inquirere.
Iudex debet adſtringere ad deferendum iuramentum,nam alias poterit appellari.
4 *Iuramentum ſuppletorium quare ſic dicatur, & quando deferatur?*
5 *Teſtis vnus omni exceptione maior ſemiplenè probat.*
6 *Iuramentum ſuppletiuum cauſa cognita debet deferri,citata parte.*
7 *Iuramentum ſuppletorium quando abſente parte deferatur?*
8 *Iuramentum ſuppletiuum an poſſit deferri in cauſa mutui, non quòad mutuum probatum,ſed ipſius quantitatem?*
9 *Iuramentum ſuppletiuum non datur, quando vna partium plenè probauit.*
10 *Iuramentum ſuppletorium datur, quando ambo partes æqualiter ſemiplenè probauerint.*
Iuramentum ſuppletorium cui potius deferendum, actori, vel reo?
Iuramentum ſuppletiuum non exhibitur à periuro, vel alias infami.
11 *Iuramentum ſuppletiuum an petatur poſt concluſionem, & in cauſa appellationis.*
12 *Iuramentum ſuppletiuum non habet locum in cauſis criminalibus, ſed non quando*

do ciuiliter intentantur.

13 *Iuramentum ſuppletiuum defertur etiam in criminalibus modicis.*

14 *Actore non probante reus abſoluitur, etiam in criminalibus.*

15 *Iuramentum ſuppletiuum in cauſis ciuilibus quando non detur?*

Cauſa modica, vel quæ magna ſit, remittitur in Iudicis arbitrium.

16 *Mediolani viget ſtatutum, vt ſtetur iuramento eius, cui defertur.*

17 *Statutũ viget in hoc Regno, vt ſtetur iuramento iuratis in materia de damnis datis.*

Et in patria Auctoris *circa hoc, & in terris de conuicinio adeſt ius municipale, num.20.*

18 *Damna an poſſint ex officio emendari?*

Iuramentum damna poſſi quando ſufficiat ſine teſte pro damni conſequutione.

19 *Bonus, & nõ prauus in dubio quis cenſetur.*

20 *Animalia inuenta in poſſeſſione alterius damnificantia, debent duci ad Baiulum Curię.*

21 *Iuramentum an ſit propria probatio?*

22 *Probatio in contrarium admittitur aduerſus iuramentum, quod defertur pro damni probatione.*

23 *Infamis non admittitur ad iurandum.*

24 *Animalia quæ comprehendantur ſub nomine gregis, & quæ ſub nomine armenti, remiſſiuè.*

Damnum reficiẽdum per dominum animalium, qua actione petatur.

25 *Damnum illatum in ſegetibus quomodo reficiendum ſit?*

26 *Damnum ſub nomine noxæ cõprehenditur.*

Animalia dantia damnum non licet occidere.

27 *Contrarium ſeruatur in patria* Auctoris *circa porcos tantum, & etiam in alijs locis de conuicinio.*

Conſuetudo contra legem per ſpatium quãti temporis inducatur.

28 *Conſuetudo, vt poſſint interfici animalia valet, & eorum caro retineatur.*

Porci quare potius, quam cætera animalia poſſint occidi, nouiter traditur.

Boues aratorij non poſſunt exequi pro creditis creditorum.

ARGVMENTVM.

Iuramentum ſuppletorium quando, & in quibus detur, & an iuramentum ſufficiat in materia damni facti per animalia, etiam ſi teſtis depoſitio non interueniat.

DE IVRAMENTO SVPPLETORIO. CONCLVS. XXIV.

SAtis iam notum eſt, artem ad ſupplendum naturæ defectum fuiſſe inuentam, quapropter ille ingenioſus, luminis debilitatem cupiens ob temporis curſum demonſtrare ſub conſpicillis pictis, hoc dictum promulgauit: *Deficiente natura ſupplet ars*, ad cuius artis ſimilitudinem prudentia *Iuriſc.* duxit, inuentionem, & prudentiam ſimul deſignãs iudicij, ſiuè iuſtitiæ ſpeculum, quæ cum itineris finem terminare non valeat ob defectum naturalis ordinariæ probationis plenæ, laudauit, ac approbauit ſuppletorium iuramẽtum, quod partibus defertur per Iudicem: quando veritatis facti lumen habere non poterit ad lites dirimendas, vnde *Caius lib.5. ad edict. prouin. in l.1. digeſtorum de iure iur.* ait *Maximum remedium expediendarum litium in vſum venit, iuris iurandi religio: quæ vel ex pactione ipſorum litigatorum, vel ex authoritate Iudicis deciduntur controuerſiæ*, ac *Paulus lib.18. ad edictum*, iuramẽti huius vim celebrando, *in l.2.* nuper cit. *tit.* inquit *ius iurandum ſpeciem continet tranſactionis, maioremque habet authoritatem, quam res iudicata*, cùmque ego circa hanc materiam nonnulla in facti contingentia viderim, quia vtilia Reipublicæ illa exiſtimaui, licèt ſint promulgata per alios; hic ea componere ſub noua forma non erubeſco.

Eſt itaque hoc iuramentum ſuppletorium, ſiuè ſuppletiuum neceſſarium ex
2 cauſa ſuperius tradita, & colligitur ex *Borr. ſumma deciſ. tom.1. tit.54. in principio*, & *Mar.6. part. ſui ſpeculi, ver. defertur aliquando iuramentum, num.2.* & adeò verum eſt, quod Iudicis officio ad finem litibus imponendum poteſt deferri etiam parte non petente, vt poſt hinc inde tàm pro iſta opinione, quàm pro contraria recitatos authores docet *Muſc. p.7. glo. concluſ. num.34.* & ante *eum* notauit *Capyc. deciſ. 35. in principio*, quem & ipſe *Muſc.* meminit: & valdè exornauit *Maſul. ad eund. Capyc. vbi ſupra num.1.* firmans cum eod. *Muſcat.* ac addit, vt poſſit hoc Iudex face-
3 re ex clauſula ſalutari in libello appoſita, *omni modo meliori*, quia Iudicantes omnia debent excogitare, & operari ad obtinendam veritatem; vnde hic notamus, non eſſe clauſulam *omni modo meliori*, quæ apponitur in fine petitionum inanẽ, & vacuam: ſed vtilem, & neceſſariam, ad quæ adde *Ricc. collect.2169. & Maſc.* infra cit. *concl. n.2.* vbi, ait quod ſi Iudex ad quẽ ſpectat, non cogerit huius iuramenti deſe-

tio-

Digitized by Google

tionem ab hoc poterit appellari.

Et ſuppletorium, ſiuè ſuppletiuum dicitur, quia datur in ſupplementum plenæ probationis, quia ſupplet deficientiam ſe-
4 miplenæ, nam tũc defertur, quando ſemiplene fuerit probatum, vt per DD. communiter in l. admonendi 31. ff. de iure iur. Maſc. de probat. vol. 2. concluſ. 955. in princ. & per tot. Borr. vbi ſupra. Muſc. d. gloß. concluſio, num. 16. Mar. citato ver. detur aliquando iuramentum, eodem nu. 2. & Bellem. deciſ. 682. num. 2. ac colligitur ex Gali. de tui. par. 2. verſ. ſiue rab. vtiliter agat, nu. 16. fol. in nouis 110.

Vnde ſi quam intentionem quis probauerit per vnum teſtem omni exceptione maiorem, ſecundùm Viuium in ſyina com. opin. opin. 442. in princ. Ricc. ead. coll. 2169.
5 & coll. 380. Boer. deciſ. 183. num. 2. Mar. vbi ſupra, num. 4. Gallup. 2. p. ſuæ praxis cap. 89. num. 91. & ſic ſumus in ſemiplenè proba-
6 tis: cauſa cognita nunc Iudex iuramentũ hoc deferre tenetur, vt tradidit Maſc. ead. concluſ. 955. num. 72. per text. in l. 3. vbi Salyc. cum gloſſ. & cæteris Scrib. C. de rebus creditis, & ſunt verba In bonæ fidei contractibus, nec non in cæteris cauſis inopia probationum per Iudicem iureiurãdo cauſa cognita res decidi oportet, ſequitur cum pluribus Borr. de iuramen. ſuppletorio ſum. deciſ. vol. 1. num. 58. & proinde ait, neceſſariam eſſe partis citationem, vt ante eum dixit Menoch. de arb. Iud. caſu 464. à num. 26. vſque ad finem, fol. mihi 835. in nouiſ. Ricc. ead. coll. 380. Gallup. vbi ſupra num. 9. Maſ. vbi ſupra ad Capyc. num. 2. & idem Capyc. in d. deciſ. 35. num. 3.

7 Practicat tamẽ Muſc. in d. gloſ. concluſio, n. 32. quod ſi pars monita non cõparet ad videndum omnes probationes peragendas, & iuramenti exhibitionem: vt poſſit deferri per Iudicem etiam abſente parte: cum ſatis ſit, citationem præceſſiſſe, & ſic limitatur dictum Foll. ad Mar. vbi ſupra, num. 11. dicentis, parte præſente iuramentum eſſe deferendum.

Poteſt tametſi ſuppletiuum iuramentum deferri in actibus, quãdoque minus, quam ſemiplenè probatis, ſecundùm ſpeciẽ, non ſecũdùm genus cauſæ, puta ſi probaui mutuũ per plures teſtes fide dignos,
8 ſed non mutui quantitatem: in hoc iam caſu eſt locus iuramento ſuppletorio, ad quantitatis probationem: ſed in iſta cauſa clarius intelligas, mutuũ oportere probari, non ſemiplenè, ſed pleniſſimè, ad hoc vt pro quantitate deferatur iuramentum, nam ſi tantum ſemiplenè: iuramentum potius eſſet neceſſarium ad probandum mutuum: quam mutui quantitatem, vt ex traditis deſumitur per Cepoll. cautela 210. Crau. conſ. 198. num. 8. & 9. lib. 1. Boer. ad finem deciſ. 253. & nouiſſimè per Proſper. Petra ad Capyc. deciſ. 35. col. 1. fol. 60. & in iſtis terminis, ꝙ loquatur Bor. vbi ſupra num. 59. benè puto, ac etiam Muſc. ead. gloſſ. concluſio, num. 24.

Procedunt nullatenus ſupradicta, quãdo fuerit ſemiplenè probatum per vnam
9 partem, nã ſi altera plene probauerit, vel alio modo, quo vincitur, & ſuperatur dicta ſemiplena contrarij, non eſſe locum huic iuramento, docuerunt Muſc. adducta ſuperius concluſ. 955. nu. 23. Pract. Papienſ. de forma reſponſionis rei conu. nu. 16. Mar. ſuperius citat. num. 9. Boer. deciſ. 95. num. 7. & Ricc. ead. coll. 380. in fine.

Nam ſi æquales probationes actoris, & rei ſemiplenæ erunt, iuramentum poteſt
10 deferri, & reo fauẽdum eſſe potius, quam actori, dixit Muſc. in ſupra citata gloſſ. concluſio, num. 28. dummodò non ſit peioris conditionis, quam actor, nam cum debeat eſſe omni exceptione carens, per dicta Borr. cod. tit. de iuramento ſuppletorio, nu. 22. & ſecundùm Menoch. alias citato caſu 464. nu. 19. non poteſt exhiberi à periuro, vel alias infame, vt ex Muſc. vbi ſupra nu. 27. & Ricc. ſupra pluries adducta collect. 2169. ver. Et intellige, nunc potius puto, deferendum eſſe ab actore, quam à reo, quamuis conueniant in probatione ſemiplena, dum diſconueniunt in perſonarum conditione, & ſic magis dignus, ſecundùm communem regulam, eſt præferendus minus digno.

Attamen licèt hoc iuramentum dicatur neceſſarium, & poſſit deferri Iudicis officio, etiam parte non petente, vt ſupra dictum eſt, num. 2. quamuis contrarium ſentiat Mar. d. ver. & defertur aliquando iuramentum, num. 19. & habeat locum etiam poſt concluſionem: dummodò ante peti-
11 tum ſit, vt colligitur ex Maſc. d. concl. 955. num. 50. & ſic eſt intelligenda prima opinio adducta per Capyc. deciſ. 35. num. 2. vt declarat ibi Maſull. num. 1. comprobat Mar. in nuper citato ver. defertur aliquando iuramentum, num. 30. clarius Borr. in d. tit. de iuram. ſupplet. num. 55. & poteſt ita intelligi quarta Ricc. ampliatio in ead. collect. 380. vt benè Carau. in ritu 239. num. 5. immò etiam in cauſa appellationis, ſi in prima inſtantia non fuerit petitum, Ioſeph. Maſc. in ſupra alleg. concluſ. 955. num. 54. Muſc. d. gloß. concluſio, num. 30. Capyc. in ſuperius adducta deciſ. 35. num. 4. vbi Maſul. latè Borr. cod. tit. 54. num. 57. cum pluribus relatis, & Ricc. dict. coll. 380. tamen hoc non habet locum in cauſis cri-

Digitized by Google

12 minalibus, ſecundùm *DD.* nouiſſimè ci-
tatos, quibus adde *Menoch. de arbitr. iud.*
ſupra relato *caſu* 464. (vbi *num.* 10. ponit
fallentiam circa propoſita: vt licet actori
euitetur, tamen reo deferri conceditur ad
ſuã probandam innocentiã, cũ ſemiplena
facta probatione) *Dec. conſ. 37. in fine, Ber-
tran. lib. 6. conſ. 142. num. 3. verſ. viſis depoſi-
tionibus teſtium*, plures congerit Claſſicos
Clar. pract. crim. q. 63. §. fin. in princip. & la-
C tiſſimè firmat, hanc eſſe communem
opinionem *Viu. in ſua ſylua. opin.* 941. *n.* 2.
quod intellige, ſi criminaliter intentetur
iudicium, ſecus ſi ciuiliter, vt inter cæte-
ra exempla vnum eſt *Inſtit. in §. ſi tamen, de
rerum diuiſ.* vbi probatur, quod aduerſus
eum, qui purpuram ſurripuit, & inte-
xuerit ſuo veſtimento datur actio, & con-
dictio furti; quarum prima reſpicit cri-
minalitatem, ſecunda verò ciuilitatem,
vnde ſi conditio furtiua intentatur, quæ
datur ad rei ſubtractæ, vel eius pretij re-
cuperationem, iuramentum ſuppletorium
adhuc poſſe deferri, maluerunt *Viuius, &
Clar.* in recitatis locis contra *Marſ. pract.
crim. §. poſtquam, num.* 2. & præſciuit *Me-
noch. vbi ſupra num.* 8. & in his terminis
eſt dictus *Auctor* intelligendus in ſupra
citato *num.* 10. dum dixit, quod poteſt de-
ferri iuramentum reo in criminalibus; &
non actori, & tunc eſſe, quando ciuilitèr
proceditur, vt ipſemet ſe cõprobauit *ibidē
num.* 12. vnde, tua pace, in hoc caſu non
bene [illegible] videtur; vt ſit prohibi-
tum iuramentum deferri actori, quia cum
ciuilitèr agatur, & non criminaliter, vtri-
que deferendum [illegible], vt Iudici melius
videbitur ex ſuperius ſignatis *num.* 10.
ſic etiam relictis alijs limitationibus po-
teſt etiam deferri iuramentum in cauſa
13 criminali, etiam criminalitèr mota, quã-
do fuerit parui momenti; ita quod pœnã
pecuniariam excedere non poteſt, vel ſi
poteſt; ad pecuniariam reduci valet, ita
Viuius vbi ſupra, & Clar. ſimilitèr, ſed *nu.*
9. & reliqui ſupra adducti.

At ne reprobatus videatur *Marſ.* in ad-
ducto *num.* 2. *§. poſtquam, & DD.* videan-
tur contrarij, ſcias, quod ad idem tendunt
14 cum ipſo, qui videntur contrarij, dum
ideo denegauit, deferri non poſſe iuramē-
tum in cauſa ciuiliter intentata, quia non
eſt neceſſarium, loquendo de actore, quo
non probante ſecundùm iuris regulam,
reus abſoluitur, quæ procedit etiam in
C criminalibus, vt per comm. opin. teſtatur
Clar. §. fin. q. 62. num. 1. & videtur concor-
dare cum *Menoch. d. n.* 10. licèt ego nõ lau-
dauerim, quia relicta criminalitate, ſapit
prorſus ciuilitatem, in quã eſt obſeruan-
dum, vt diximus, quod tàm actori, quàm
reo deferatur, quamquam ſit potius reo
fauendum. Vnde propterea denegauit, nõ
poſſe iuramentum ſuppletorium procede-
re, quia non eſt neceſſarium, cum ab im-
petitis, & obſeruatione iudicij ex ijſdem
actis liberari valeat: nam ſi actor alias ple-
nè probauerit, & reus ſemiplene: iuramen-
tum non datur in iſto caſu, vt dictum eſt,
& ſi ſemiplenè, vel eſt obſeruanda regula
Marſilij pro abſolutione rei, vel debet de-
ferri Sacramētũ ſuppletiuũ, cui magis ex-
pedier ad Iudicis arbitriũ, cui conſulo in
hoc caſu, vt ſi delatio iuramēti non peta-
tur, vt nec minus eius officio ꝓ iuramēto
prouideat ad euitandã periurij pœnã; ſed
ex deductis, & non probatis procedat in
ſententia æquitatis, ad abſolutionem ten-
dentis, cum melius ſit reum abſoluere,
quam damnare innocentem.

Nec ſolum non habent locum ſupradi-
15 cta in criminalibus cauſis, eo modo, vt di-
ximus, ſed etiam in ciuilibus multi præiu-
dicij, & conſiderationis, vt vltra magnam
cauſam pecuniariam, etiam intelligas de
alijs matrimonialibus, beneficialibus, & ſi-
milibus; vt citati omnes fatentur in hac
concluſione *DD.* ijſdem *locis*, quos valdè
exoſum eſſet repetere ſigillatim: dicam
tantum; in Iudicis arbitrium eſſe remiſ-
ſum, quæ nam dicatur cauſa modica, &
quæ grauis, & quæ leuis, vt relictis alijs,
aduertit *Proſper Petra in d. deciſ.* [illegible] 35.
quibus adde *Menoch. caſu* 190. *num.* 17. *&
ſeq.* ſed per *Conſtitutionem Oblationes, de di-
lat.* modica eſſe dicitur intra duos augu-
ſtales.

Vnde colligimus propriè, & regulari-
ter hoc iuramentum dari in modicis cau-
ſis, quapropter in materia ſtatuti, & iuris
municipalis volui aliqua quotidiana cõ-
gruentèr hic collocare ad præſens.

16 Non dum Meliolani, vt teſtatur *Signo-
rolus de Homodeis in quodam ſuo conſilio
poſito inter tractatus, & cautelas* Capollæ,
fol. mihi 716. de impreſſis Venet. anno
1555. ſtatutum viget, vt ſtetur ſacramento
eius, cui defertur in rerum probationibus;
ſed etiam in Regno noſtro circa damna,
17 vt ſtetur ſacramento damnum paſſi, quã-
do animalia fuerint inuenta in poſſeſſio-
nibus alienis, voluerunt *Conſtitutiones
Imperatoris Federici, Peruenit ad aures no-
ſtri culminis, de furtis, et latrocinijs, Cum per
partes Apuliæ, de animalibus in paſcuis aſſi-
gnandis*, & concordat *cap. Caroli Regis
Pridem, de pœna violentorum, in medio*,
& clarius loquitur *pragmat.* 1. *de offi-
cio Baiuli* per hæc verba *Statuimus, quod
in damnis datis perſonalitèr, vel cum
ani-*

Digitized by Google

*animalibus,ſiuè ex officio,ſiuè ad denunciam
procedat;ad condemnationem procedere non
poſſit, niſi de dictis damnis conſtet,ad minus
per vnum teſtem cum iuramento inuentoris,
ſeu partis per partem damnificatæ, niſi fortè
animalia ipſa pars ipſa in manu habuerit,
quo caſu ſtetur dictæ partis aſſertioni cum
iuramento,* ex qua ſanctione duo præcipuè
colligi poſsũt. Primum,vt in damnis poſ-
18 ſit officio Baiuli procedi ſine partis in-
ſtãria,& eſt ratio, quia acquiritur ius Cu-
riæ per damnum, nam pœnam debet ſol-
uere dominus animalium Curiæ, & dam-
num reficere damna paſſo, ſi non eſt qui
conquæratur pro damno, poteſt Curia
pro eius pœna ex officio procedere,Secũ-
dum, quod quando res patet ex notorio,
non eſt neceſſaria teſtiũ depoſitio:ſed ſuf-
ficit,ſi animalia per dãna paſſum recineã-
tur,eius iuramentum, quod apprehẽderit
in proprijs poſſeſſionibus, & tum magis
poteſt procedere, ſi per diligentias adhi-
bitas reuera damna inueniuntur, quæ nõ
poterunt tergiuerſatione cœlari: nec po-
terit dici, damnum eſſe commiſſum per
alia animalia, & ſic ſtatur iurarę atteſta-
tioni ipſius damnum paſſi,cum animalia
à damno conduxerit, etenim in dubio
19 fraus non præſumitur,& quis bonus, &
non malus cenſetur, *l. merito* 51. *ff. pro
ſocio.*

Quæ ſtatuta vigent in mea patria,con-
firmata per ius ſuum municipale, & in
omnibus ferè Oppidis de conuicinio, vt
ego noui,& teſtatur *Arn.de S.Angelo Fa-
ſanclla ſingul.*45.cui eſt credendum: cum
20 eius patria à mea diſtet per ſex millia-
ria, & de conuicinijs poterat habere
notitiam, & in diem obſeruatur, vt ſu-
pra dictum eſt, & quando animalia inue-
niuntur in poſſeſſionibus,exportantur ad
mœnia mei municipij, & per diem reti-
nentur in cuſtodia per damna paſſum:
quo elapſo deinde conſignantur, vel Æra-
rio,vel Baiulis, ſecundùm dictum ius mu-
nicipale ſub *rubr.de reſiduis ſtatut.omnibus
Vniu.ipſius,ad quintum caput,* & voluerunt
præcitata iura Regni ſtatutaria, quibus
adde *Conſtitutionem Animalia in vineis,de
animalibus inuentis in damno, vbi de Affl.
& Camp.in d.cap.pridem,nu.*14. nam alias
furtum committeretur,ſecundùm dictum
de Affl.in princ.eiuſdem Conſtitutionis *Per-
uenit,* & iſta deſumpta puto à *l. quamuis*
40.*ff.ad l. Aquil.*

Et licet in hac materia iuramentum
non dicatur propria probatio, ſecun-
dùm communem opinionem relatam per
21 *Vin.commun.opin. opin.*426. hoc tamen
C procedit de iure communi, ſecus autem
de conſuetudinario, & iure ſtatutorum;
ſecundũ noſtros terminos,quia nũc plene
probat,vt ipſe *Auctor* refert *vbi ſupra.*

Tametſi aduerſus iſtud iuramentum
22 admittitur probatio in contrarium, vt
ſuſtinerunt *Angel.in l.qui reſtituere,col.*11.
*ff.de rei vendic. Alex.& reliqui in l.qui bo-
na fide,§.qui dãni,ff.de damno infecto,Iaſ.in
§.ſed iſtæ,n.*95. *Inſtit.de act.Ruin.conſ.*87.*n.*
12.*vol.*3.*Tiraquell.de retractu conſanguini-
tatis,§.*4.*gloß.*1.*& Regens Rou. ſuper dicta
pragm.*1.*de officio baiuli,n.*31.

Et hoc iuramentũ,quod mihi ad ſimili
tudinem ſuppletini videtur, & ſi in Curijs
Baiulorum in materia damni exhibeatur
nullatenus eſt obſeruandum, vt ille, cui
23 defertur, ſit omni exceptione maior, &
non fuerit infamis,vel periurus, vt viſum
eſt ſupra,ac nunc addo *Franc.Curt. in re-
petitione l.admonendi,col.*8.*ff.de iure iuran.
Bald.in rubr. C.qui accuſare non poſſunt,* &
ad hoc ſufficit infamia facti,ſecũdũ *Angel.
in l.qui iudicio, ff.de accuſãt.* vide *Hyppol.
in ſua pract.crim.§.diligentèr,* quicquid di-
cat in vim huius propoſitionis, *num.*205.
& Arnon. in ſup.alleg.*ſingul.*45.nam alias
non eſt deſerendum.

Et nota, quod refectio damni facti per
24 pecus,vel animalia, ſiuè ſub nomine gre-
gis,ſiuè ſub nomine armenti comprehen-
ſa,quæ cõnumerantur in *l.*2. *ff.ad l.Aquil.*
peti poterit per actionem in factum de
paſtu pecoris, vt notatur *in l. qui ſeruan-
darum* 15.*§.fin. vbi gloſſ. ff.de præſcriptis
verb.& l.quamuis* alias *adducta* 40. *ff. ad l.
Aquil.* quod declarat *Bonif. de Vitalin. de
maleficijs,in rubr. de damno dato, num.* 64.
quando data opera fuerunt immiſſa in
fructus,ſiue prata tua,ſed quando eorum
motu damnum dederunt, & non propria
cuſtodis malitia, tunc altera eiuſdem *Au-
ctoris* in nuper relata *rubr.* procedit ſen-
tentia, *num.*65. vt vtilis de pauperie actio
proponatur.

25 Quod damnum ſi fuerit illatum in ſe-
getibus,nõ eſt modica altercatio,quomo-
do refici poſſit: ſed ſecundum doctrinam
D.de Affl. in Conſtitut. Peruenit ſupra ad-
ducta *ſub num.*5. dicas, eſſe reſarciendum
quanti vendi potuiſſet tempore dati dã-
ni, & ſic æſtimatur dubius euenctus,nem-
pe ſi eſſem ego venditurus olera damni-
ficata decem aureis, & propter damnum
nouem inueni, à domino animaliũ vnus
aureus debet ſolui: prout etiam concor-
dat *Bonif.vbi ſupra.*

Sed nunquid permictatur interſectio
prædictorum animalium,dum ſi,ait,in nu-
26 per citata *rubr.Bonif. nu.*25. quod domi-
nus animalis,vel tenetur damnum in bla-

dis factum emendare ; vel alia dare pro noxa, nam licet ſub nomine noxæ etiam damnum cõprehenderetur, vt *Inſtit. de noxal. actior.* ibi *ex maleficijs ſeruorum, veluti ſi furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint, & c.* poſſumus dicere, quod dũ permittitur dari animal pro noxa, vt poſſit illud interfici, nam tàm viuũ, quã mortuũ à domini dominio exit, ſed malè ſuſtineretur iſta ſententia, cum ſit in electione domini, ſi id agere intendat, vel dare animal, vel damnum emendare, quia multoties, aut prorſus damnum inuenitur, aut parui momenti, quod non debet animal magni valoris in pœnam damni cedere, & proinde eſt dicendum, non licere animal occidere, *d. l. 2. & d. l. quamuis 40. ff. ad l. Aquiliam*, vbi *gloſſ. in margin.* adducit *cap. 22. Geneſ. & Deuter. eod. cap. vtrumq. ad primum*, & contrarium faciens primo capite legis Aquiliæ tenetùr, vt notatur, *in d. l. 2.*

27 Attamen in patria mea, & in (ſine quaſi) omnibus terris de conuicinio conſuetudo eſt, vt licitum ſit ſues damnificantes tantũ interficere, ſed non animalia gregis, nec armenti animalia, quæ pluſquam centenaria eſt, & ſic dato, quod contra legem videatur, hoc longiſſimi temporis ſpatiũ eam validauit, dum vt retulit *Angel. §. ex non ſcripto, n. 9. Inſtitut. de iure nat. gent. & ciu.* ſecũdũ *Canoſt.* oportet, vt conſtitutio aduerſus leges per 40. annos inducatur, & tali conſuetudine fuit populus vſus, imò poſtmodum illam ſcripſerunt ſub *eod. cap. 5.* citato *de reſid. ſtat. & c.*

28 Nec poſſum rem per cauſam demonſtrare, quare porci tantum poſſint interfici, tamẽ dicã, ꝙ oues necare vilis res eſt ex carũ mãſuetudine, boues deteſtãbilius eſt, & ſic vaccas, nam agricultura periret, vt videmus, quod boues aratorij nec minus poſſunt exequi pro debitis, ſecundùm *Camp. in d. cap. pridem, circa, n. 12. & prag. 1. vbi Rou. de Beſtijs vaccinis*, & hæc cum ceſſent in porcis, dum nõ ſunt neceſſarij pro vſu publico, nec corũ morte redderent campos ſteriles, cum nec pro cultura, nec pro lacte, vel lana inſeruiant, ſed tantum pro bacchanalis pinguedine, quæ magis damnoſa, quam vtilis quidem eſt, & quia magis ferinam etiam, quam manſuetam ſapiunt naturã, ideo poſſunt interfici, imò poſt occiſionem poterit dominus poſſeſſionis, ſi ei placuerit, porcum retinere, quę conſuetudo ꝙ benè procedat etiam in conſcientia dixit *Rou.* qui hic pro mille ſufficiat *in dict. pragm. 1. num. 30. de officio baiuli*, vbi *Nauar.* & alios adducit, & ratio poterit eſſe, quia cum ſit per lõgum tempus introducta, & ſuperat legem ei contrariã: iſta tanquam lex benè erit ſeruanda, vt ne mea dicta repetam latiſſime poteris videre infra in *rubr. de Priuileg. creditorum.*

S V M M A R I V M.

1 *Laudimium vnde dicatur ?*
Laudimium quid ſit: & propter quid ſoluatur, & n. 3.
2 *Cui debetur ?*
3 *A quo ſoluatur, ab emptore, vel venditore ?*
Contractus ex conuentione partium vires ſumunt.
4 *Laudimia tot debẽtur, quot sũt alienationes*
5 *Laudimium vt debeatur pretium debet interuenire in alienatione.*
Permutationis contractum à contractu emtionis, & venditionis differre, pluribus modis demonſtratur, & n. 6. 7. & ſeq.
7 *Res dotalis non poteſt alienari, ſed benè permutari.*
8 *Bona Eccleſiaſtica poſſunt permutari, ſed non vendi.*
9 *Ius congrui non habet locum in permutatione.*
Laudimium ex permutatione non deberi, deciſum traditur.
10 *De qua permutatione intelligatur, declaramus, & n. 12.*
11 *Exponitur ſuper nouella* pragm. *vulgo nũcupata* dell'vno à cento, *qua dum diſponit, vt talis impoſitio ſoluatur etiam de permutationibus, de qua permutatione intelligatur, & ſic ſimilitèr gloßatur, de qua dote debeat hoc onus ſolui, dũ præcipit, vt etiã de dote ſoluatur, in fine concluſ. n. 23.*
12 *Declaratur pulcherrimè.*
13 *Laudimium non deberi ex alienatione neceßaria, deciſum eſt.*
14 *Neceßitas eſt, quando quis rem vendit pro ſolutione debiti, propter quod carceratus detinebatur, ſi aliunde non habebat.*
15 *Neceßitas non habet legem.*
16 *Laudimium an debeatur, quando fundus emphyteuticus datur in dotem.*
17 *Declara, & num. 18. cum ſeq. & deciditur, num. 22.*
19 *Bona data æſtimata in dotem ad emptionem inducendam, vendita dicuntur marito: ita & talitèr, quod eorum periculum ad ipsũ ſpectat, ac etiam deterioratio.*
20 *Deterioratio rerum dotalium ad maritum ſpectat, dato dictæ res ſint ſimplicitèr datæ æſtimata, & non ad inducendam emptionem.*
Venditor rem venditam ab emptore non poteſt vindicare ex pretio non ſoluto, ſed habet actionem aduerſus eum pro pre-

tij

tij recuperatione.

Mulier pro dotis reſtitutione habet actionem ex empto, quando datur æſtimata.

11 *Æſtimatio in dubio intelligitur facta, vt inducat emptionem.*

Declarantur infra adducta nu. 19. ſcilicet de qua æſtimatione loquantur.

13 *Laudimium decimæ aſſimilatur.*

Impoſitionem dell'vno à cento, *decimam eſſe patet.*

ARGVMENTVM.

Laudimium an debeatur in caſu permutationis, & in caſu dotis, diſcutitur.

DE LAVDIMIIS. CONCL. XXV.

NIl magis humanæ naturæ eſt proprium, quam dominium, & à Mundi principio ſemper cuilibet placuit dominari, propter quod eſt ſtēdū, ideo cōmunia fuiſſe diuiſa, & hodie bella inſpici, cum talis dominandi cupiditas grande malum ſit, vnde qui imperandi retinuerunt actum, etiam benemerendo ſibi reſeruarunt vſum: & ſic in ſignū ſuperioritatis inuentum eſt laudimium: de quo cum ſim hic allocuturus, vtilitatis aliqua attingendo deſcribam, & ante omnia præmittendum ad hoc eſt.

1 Quod laudimium dicitur à laudando, ex *Aleia. lib. 1. parerg. c. 45. in fine, Gratian. cap. 180. num. 1. tom. 1. Caſtil. deciſ. 235. nu. 4. tom. 3.* & nouiſſimè ex eruditiſſimo Domino meo *Io. Aloyſ. Ricc. coll.* 2191. Et eſt quinquageſima pars pretij, quod ſoluit emptor domino prædij, à quo recognoſcitur in emphyteuſim, pro inſcriptione, & recognitione noui emphyteutæ, *l. fin. §. & ne auaritia, C. de Iure emphyt. D. Merli. contr. forenſ. cap. 37. num. 6. Addent. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 279. num. 2. de Franch. deciſ. 201. in princip. & d. D. Riccius collect. 1942. in princ.* ac *Clar.* infra cit.

2 Et eſt tale laudimium ſoluendum domino directo, vt dixit *Iul. Clar. ſententiarum lib. 4. §. emphyteuſis q. 23. in princip.* quia ipſe inueſtituram concedit, vt notatur *in d. §. & ne auaritia,* & decernit *Cæſar Manentus in ſuo tractatu de iure contractus liuellarij q. 1. puncto 6. nu. 4. fol. mihi 77. & num. 5. ibid. & Addent. ad deciſ. Capellæ Tholoſ. 279. n. 2.* ſupra cit.

3 Et ſoluitur pro dominij recognitione, vt ſe ſubiectum domino profiteatur, ſecundum tradita per dictum *Cæſarem Manent. puncto 12. num. 5.* non ab alienante rem, ſed ab acquirente, nempe ab emptore, & non à venditore, vt notarunt *Scrib. in Conſuet. Neapol. Venditionis contractus, de contrahenda emptione, & de arris dandis, ver. hic etiam poſſet, ſub lit. A. fol. mihi 386. Reg. Rou. deciſ. 73. num. 12. Clar. vbi ſupra, nu. 4. & Guid. Papa deciſ. Grat. 477. in prin.* dummodo conſuetudo loci aliud in contrarium non ſuadeat, vt per *deciſ. Mainar. deciſ. 32. lib. 4.* ſcripſit *D. Ricc. in coll.* 216. vel pactum aliud non queat, quia contractus ex partium conuentione legem accipiunt, per regulam *contractus* 85. in ordine, *de Reg. iur. in 6.*

Quod quidem laudimium, vt latiſſimè probauit *Giurba deciſ. Sicil.* 80. *n. 1.* totiès domino debetur, quotiès rei alienationes ſunt, ità & taliter, quòd ſi primus vendat

4 ſecundo, ſecundus tertio, tertius quarto, & ſic de ſingulis, quater laudimium eſt perſoluendū, & cōfirmatur ex traditis per *Theſ.* à fortiori *deciſ. 75. num. 3.* vbi ait, laudimia duo deberi ex retrouenditione.

Vndè ex his traditis optima concluſio ſumitur, quòd ad hoc vt laudimium debeatur, eſt neceſſe, vt in venditione pretium interueniat, & apertè probatur *in d.*

5 *§. & ne auaritia, in fine,* ibi *non amplius ei liceat pro ſubſcriptione ſua, vel depoſitione, niſi quinquageſimam partem pretij,* ergo in permutatione rei laudimium non debetur, cum non res pro pretio: ſed res pro re tradatur, vt patet multam dari differentiam inter contractum emptionis, & venditionis, cum contractu permutationis, & hoc licèt pluribus poſſet argumentis corroborari, ijs omiſſis, ſequentibus præcipuè dicta munire volui.

Primò ex *text. in l. 3. C. de prædijs decur.*

6 *lib. 10.* vbi prohibentur decuriones ſine decreto vendere, ſed non permutare, igitur non idem eſt venditio, & permutatio: & per conſequens non debet laudimium ſolui in caſu permutationis, à contractu emptionis diuerſo, vbi pretiū interuenit.

Secundò res dotalis alienari prohibe-

7 tur per venditionem: ſed non per permutationem, *l. ita conſtante 27. cum lege ſeq. ff. de iure dot.*

8 Tertiò videmus, quod res Eccleſiæ vendi minimè patiuntur, attamen permutari conceduntur, vt in *auth. ſed & permutare, C. de Sacroſ. Eccleſ.* & concordantia allegat *gloſſ. in cap. ad quæſtiones 6. ver. inhibitum, de rerum permut.*

9 Quartò in materia *Conſtitutionis Regni Sancimus, de iure protbom.* conſanguineus, vel vicinus poſſunt prælationem prætendere, ſi res vēdatur, ſecus tamen ſi permutetur, vt docet *D. de Affl. ſuper d. Conſtitutione, §. 3.* ergo directus dominus non poteſt

reſt laudimium petere, ſi ab vtili res per-
D mutetur, & in terminis ſic fuiſſe deciſum
apud *Coler.deciſ.37.lib.4.* colligit *D.Rice.*
coll.1942. & ratio poteſt eſſe, quod cum lex
de vno loquatur, ad aliud diuerſum non
extenditur.
10 Tamen hæc ſunt intelligenda, quando
ſimpliciter res vna cum altera permuta-
tur, ſecus tamen ſi pretium interueniat: &
ſuperfluum vnius rei alteri refundatur,
quia tunc permutatio non dum ſapit na-
turam venditionis, ſed vera poterit vendi-
tio iudicari.
Et ex hoc infero ad *prag.* Illuſt. & Exc.
Ducis de Medina prolatam die 21. Ianua-
rij 1640. quæ vulgò dicitur *dell'vno à cen-*
11 *to*, nam diſponens *in princip. verſ. caderà*
detta impoſitione, vt talis impoſitio ſolua-
tur etiam de contractibus permutationũ,
eſt intelligẽdum de ijs permutationibus,
in quibus interuenit pretium, vt ſupra di-
ctum eſt, ſecus tamen de permutatione
ſimplici, & patet, quia cum res pro re tra-
datur, ignoratur ſi vnus, vel duo aurei sũt
ſoluendi; dum neſcimus rerum pretium,
neque valorem.
Nullatenus ſupradicta ſunt intelligen-
da ſecundum doctrinam, & diſtinctionem
12 Doctorum traditam per *Bald. Peruſinum*
ſuper dicta Conſtitutione Sancimus, num.8.
& 10. fol.mihi 80.à terg. & 89. quod aut à
principio principaliter agitur de permu-
tatione, aut de venditione: ſi de permuta-
tione, dato interueniat æſtimatio, vt ſciant
contrahentes rerum valorẽ ad ſupplendũ
minus, & permutatio eſt, & laudimium
non deberi ſum voti: Si de venditione: &
cõceſſo, quod tantũ res cũ re permutetur,
& nihil refundatur, vẽditio eſt, & tũc lau-
dimiũ ſoluendũ eſſe puto, & facit ad hæc
bonus *text.in cap.ad quæſtiones 6.de rerum*
permutationes, vltrà alias authoritates per
recitatum *Bald. vbi ſupra* allegatas, ratio-
nem huius ſententiæ aſſignare eſt diffi-
cile: nempe in actibus hominum princi-
pia attendi.
Eueniente itaque caſu cum quodam
de Romaniano, & ſuo Barone eiuſdem
terræ, nobilis familiæ de Lagnì, non dum
per ſupradicta conſilium meum dedi in
fauorem vaſalli vexati à ſuo directo do-
mino propter laudimium, quod prætende-
bat ex permutatione facta per vtilem pa-
tronum, verum etiam addidi, tale laudi-
mium non deberi, dum cauſa neceſſitatis
fuit res permutata, quæ dato non per iſtũ
contractum eſſet alienata, ſed vendita, ad
ſe excarcerandum pro debiti ſolutione,
13 propter quod detinebatur captiuus, lau-
dimium ceſſaret, argumento *tex. in cap.ex*
parte 4.de his, quæ fiunt à maiori parte capi-
tuli, tenet *Iaſ. in l. fin. num.47. & 48. C.de*
iure emph. Bart.in l.& ideo, nu.4. ff.de cond.
furtiua, Intrigl.ſing.96.num.32.lib.3. Ann.
ſing.140.& 579. Dec.conſ.160. Mainar.lib.
4. deciſ. 43. & 50. & *Theſau. deciſ. 139.*
num.3.
Et quod cauſa neceſſitatis dicatur fa-
cta in iſto caſu alienatio, ſiuè permutatio,
quia permutata re iſtius debitoris cum
14 aliena, inuenit ſtatim emptorem ſuper
poſſeſſione alterius, ratione vicinitatis, &
congruitatis, quam emptor ſecundus ha-
bebat ad rem permutatam cum debitore,
& per ipſum emptam, probant dicta in
argumentum *gloſſ. in cap. verum 4. circa*
finem, de condit.appoſ. argum. eorum, quæ
dixit *D.Rice.coll.2288.ver.limita*, ibi *Item*
fauore libertatis, & apertius probat doctri-
na *D.de Affl.deciſ.191.vbi Vrſ. iſte num.3.*
& ille num.2. & ſeq. quia carcerato hoc
debitore per creditorẽ, clarè conſtabat,
quod aliunde non habebat, vt ſe à laqueo
obligationis eximeret, niſi talem rem per-
mutabat, & permutatam venderet extra-
neo, & ratio eſt, quare in hoc caſu laudi
mium non debeatur, quia neceſſitas non
15 manet ſub lege, *cap.ſicut non alij 11. de*
conſecr.1.diſt.
Quibus iuribus inſpectis, & cõſideratis
rationibus per dictum Dominum de La-
gnì, ceſſauit à vexatione ſui emphyteutæ
pro ſolutione laudimij prætenſa in caſu
permutationis propoſito.
16 Cũq; deinde in hac materia mihi fuiſſet
quæſitum, an illa quinquageſima debea-
tur pars pro fundo dotis cauſa alienato,
& *Iaſ in l.fin.C.de iure emphyt.* indiſtinctè
negatiuam partem ſuſtinet, & vltra
reliquos hic omiſſos, cum ſequitur per
conſil. Crau.215. Hieronymus Giacharius in
addit. ad Clar. alias citato *§. emphyteuſis,*
quæſt. ſuperius adducta *23. lit.A.* dicens,
laudimium non deberi de fundo emphy-
teutico in dotem dato filiæ, ſiuè fuerit ei
datus æſtimatus, ſiue non.
Pro veritate tamen huius dubitationis
erit tali diſtinctioni inhærendum, iuxta
illud, qui benè diſtinguit, proximus eſt
veritati.
17 Quod ſi fundus pro dote datur inæſti-
matus, & non debetur quinquageſima, ſi
vero datur æſtimatus, eſt ſubdiſtinguen-
guendum, aut datur æſtimatione: vt ſcia-
mus rei valorem, aut quod inducat emp-
tionem, primo caſu laudimium deberi ab-
ſurdum eſt affirmare: ſecundo caſu, quod
laudimium debeatur, nemo eſt, qui du-
bitet.
18 Diſcriminis ratio eſt, quod quando fũ-
dus

dus datur æſtimatus vt dignoſcatur tantum valor rei: non inducit talis æſtimatio emptionem: quod ſecus eſt in ſecundo caſu, dũ patet de per ſe, quod datus eſt ideo fundus æſtimatus, vt talis æſtimatio emptionem inducat, & hæc eſt ratio ſimiliter *D. Ricc. coll.* 1942.

19 Et ſic videmus, quod res per mulierem marito datæ æſtimatione, quæ facit emptionem, bona viro vendita dicuntur, *l. ex conuentione* 11. *vbi gloſſ. C. de pactis*, & clarius probatur in *l. quoties* 5. *C. de iure dot.* ac ità & taliter, quod rerum ſic æſtimatarum periculum ad maritum, tanquam adverum emptorem pertinere voluit *text. in l. cum dotem* 10. C. *de iure dot.* optimè de *Affl. deciſ.* 270. quæ incipit *Domina Clarella*, *& ibi Vrſ.* Itaque cautela ſit pro mulieribus, vt ſemper viris dent dotem iſto modo; & ſic meis quandoque conſului fœminis ſanguine coniunctis, quia vltra ſupra dicta: dum ad viros omninò dominiũ tranſit: periculum non ſolum ad eos ſpectat: ſed etiam deterioratio rerum dotalium, *l. ſi inter virum* 21. *C. de iure dot. l. æſtimatis* 51. *cum l. ſeq. ff. ſoluto matr.* & quo ad caput deteriorationis prædictæ ſcias, quod locum præfata habent, dato dos detur ſimpliciter æſtimata; æſtimatione, quæ

20 non facit emptionem, vt in dictis iuribus nuper citatis, vbi *DD.* & præcipuè *in d. l. inter virum.* Immò ſicut venditor aduerſus emptorem, & hæredes ex pretio non ſoluto habet actionem ex empto, & vendito, cum res ſibi vindicari non poſſit, vt *in l. in ciuile* 12. *C. de rei vendic. & l.* 1. *ac vtrobique Bald. & Salyc. C. de action. empti*, ita etiam mulier in caſu reſtituendæ dotis ad eius conſequutionem enunciata actione potitur, *d. l. ex conuentione, in fine*, & licèt ſupracitata iura apertè non probent, & clarè non loquantur de æſtimatione, quę facit emptionem: ſed de ęſtimatio-

21 ne ſimpliciter, eſt tamẽ verum, ꝙ in dubio ſẽper ꝙ de ęſtimatione agitur, de ea intelligitur, quæ inducit emptionẽ, vt colligitur ex *text. in l. plerumque* 11. §. *ſi ante matrimonium, ff. de iure dot.* tenet *gloſſ.* communitèr approbata *in d. l. ſi inter virum ver. æſtimatio, C. de iure dotium*, *& D. de Afflict. cum Vrſ. in d. deciſ.* 270. *vterque num.* 2. & ideo dum vim dotis æſtimatæ celebraui, de illa æſtimatione, quæ facit emptionem, ſecundum iſtam declarationem; *text.* ſuperius adductos benè intelligendos eſſe cenſeo.

Vnde concludendũ eſt, quinquageſimã deberi ex fũdo, qui datur ęſtimatus in dotẽ, ac æſtimatione, quæ inducit emptionẽ, vt in ꝓprijs huius articuli terminis ꝑ plu-

22 res cõcludere, ac affirmare videtur *Hipolytus Maia conſultatione n.* 8. 1. 2. *& ſeq.* ſic deciſũ, ac determinatũ apud *Theſ. in fine* D *deciſ.* 139. ſi conſideratur cum grano ſalis, & ſancitum indubitatè per *Franciſc. Stephan. deciſ. Rota Aquenſ.* 20. colligit *D. Ricc. coll.* 3037.

Et ex hoc inferri debet ſimiliter, ac iterum ad præcitatam *pragm. dell'vno à cento*, quæ cum diſponat *in ver.* incipiente *le doti pagaranno*, vt tale onus perſoluatur etiam de rebus, quæ dantur in dotem, eſt intelligenda, quando dantur æſtimatæ ad emptionem inducendam, & non aliò

23 modo, dum non differre videtur talis ſolutio à ſolutione laudimij, & omninò aſſimilantur, nam ſi laudimium ſecundum doctrinam *Surdi*, & aliorum *ibi* relatorum *deciſ.* 31. *n.* 5. *& D. Merlini controu. forenſ. cap.* 37. etiam *num.* 5. decimæ æquiparatur; talis impoſitio denegari non poteſt, quin decima non ſit, dum ex quibuſque ducatis decem vnus carolenus Curiæ ſoluitur, & ſic ſtante, quod ſumus in ſimillimo actu, quæ diſpoſita ſunt in vno, & diſpoſita eſſe pro pari veritatis terminatione in altero, concludere debemus.

SVMMARIVM.

1 *Diſcordia inter quas perſonas oriantur?*
2 *Caſus de quo contenditur.*
3 *Maritum, & vxorem duos eſſe in carne vna, quomodò intelligatur.*
4 *Voluntas teſtatoris dubia eſt intelligenda pro eo, quod veriſimile magis videtur.*
5 *Teſtator præſumitur, vt plus diligat hæredem, quam legatarium.*
6 *Primò nominatus, ſi inſtituantur nonnulli hæredes, cenſetur magis dilectus.*
7 *Hæres dicitur caput, & principium teſtamenti.*
8 *Hæres non cenſetur grauatus à teſtatore pluſquam ipſe diſponendo dixit.*
9 *Teſtator præſumitur velle minus, quam poſſibile ſit ſuum grauare hæredem.*
Teſtator præſumitur velle, vt id faciat ſuus hæres, quod ipſe erat acturus.
Expreſſum facit ceſſare tacitum.
10 *Maſculi diliguntur magis, quam fœminæ.*
11 *Teſtator legans rem, in qua aliquod ius habet, illud ius legare videtur, & non rem totam.*
Teſtator bis legans rem ſuam, ſemel ab hærede debetur.

ARGVMENTVM.

Teſtator legans aliquid debitori ſuo; an per legatum cenſeatur etiam debitum remiſſum.

DE LEGATIS. CONCL. XXVI.

NOn quippè inrgia cadũt inter ignotos extraneos,nec ſanguine diſiunctos; ſed benè inter amicos, vicinos, & affines, quia quæ videtur concordiæ cauſa,inducit diſſentionis originem,vt rerum præceptor experientia demonſtrat, & ſatis clarè colligitur ex *Geneſ.13.* quod Abram, & Loth propterea
1 diſcordias formidabant, quia fraternitatis gradu erant connexi: vnde hodie fatur,inter fratres coucordia rara, nec non quod dixi deſumitur de *text. in l. cum pater 78.§.dulciſſimis,in fine,ff.de leg.2.& gl. in cap.1.ver.contentionibus 71. diſt.* vnde euenientibus nonnullis differentijs inter quondam hæredem, & legatariam nepotes certi teſtatoris, & ſic verificatur veritas prænarratorum, eas ſic terminare fui opinatus.

Quidam itaque vir, nomine Leonardus inſtituit hæredem ſuum nepotem Anto-
2 nium,& ſuæ neptæ Iuliæ maturatæ legauit certam pecuniarum quantitatem, & cum ante ipſe teſtator mutuaſſet multos nummos viro dictæ Iuliæ,ad preces ipſius nepotis tempore ſolutionis legati,& adimplementi voluntatis teſtatoris:hæres non recuſando ſatisfactionẽ prætẽdebat ſatisfactionem ipſã retardare,petens mutui reditionem. Aduerſus quæ petita legataria aiebat,mutuum eſſe remiſſum:dum maiorem quantitatẽ ipſi nepti legauit in ſignũ affectionis,aduerſus,& hæres frater legatariæ reſpondebat,diuerſa narrata procedere à veritatis limine, quia pecunia fuit per eorum communem patruũ mutuata, non ipſi legatariæ, ſed eius viro;vnde ille eſt debitor quantitatis receptę,& per conſequens non poteſt dici, mutuum ratione legati eſſe remiſſum ex affectione, cum diuerſa ſit perſona debitoris à legataria, namque circa hoc non valet adduci,quod
3 vir, & vxor cẽſentur duo in carne vna, ſecundùm *Paul.ad Epheſ.c.5.& Bonif.de Vital.in tractatu maleficiorum, rubr. de iniur. ſup. num.45.* & ſic pecunia mutuata marito,vt cẽſeatur mutuata ipſi vxori,& ideo facta legataria, debet præſumi à fortiori debitum eſſe remiſſum,etenim talis ratio *Apoſtoli* hic non cadit, & de eius intellectu ſtandum eſt Sacris Theologis; vltra quod fictè, & non verè talis vnio dicitur, & ſecundum omnium Legiſtarum lecturã de animorum coniunctione,& vnione intelligitur,vt duo ſint vna voluntas,& non vnum corpus.

Quapropter eum non ſit veriſimile, vt per legatum nepti iudicetur remiſſum debitum ſuo viro;iurè hæres habere talem
4 actionem dicitur,quia teſtatoris voluntas debet attendi ad quod veriſimile magis videtur, *cap.inſpicimus 45. de regul. iur. in 6.l.ſi ſeruus plurium 53.§.fin.ff.de leg.1.* Sed
5 ſic eſt, quod teſtator voluit plus pro hærede,quam pro legataria, argumento *text. in l.publius meuius 36. §.Titia,* vbi optime *Bart.ff.de condit.& demonſtr.Cardin.Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib.7. tit.1. num 9.* quia ſi duos quis in vltima ſua diſpoſitione nominauit hæredes, ille cenſe-
6 tur magis dilectus, qui primo fuit vocatus, nempè plus inſtitutus,quam ſubſtitutus,*d.l.publius meuius 36.eod.§.Titia,l.quoties 41.de vſufructus, Mara. ſingul.ſuis lit. T.verſ. teſtator faciens, fol.mihi* 110. quicquid dicat *Mantic.deciſ.368. num.3.* à fortiori iſte hæres eſt magis amatus, non dũ quia eſt primo nominatus, cũ dicatur ca-
7 put,& principium teſtamenti, *l.1.ff.de hæred.inſtit.* ſed magis eſt honoratus à teſtatore,dum dicitur quaſi herus; cum verus dominus ſit bonorum defuncti ipſo mortuo;quam legatarius, qui aliquem ſibi ex legato portiunculam hæreditatis acquirit,& ſatis cunctis eſt hæc regula cognita, vt in eum cadat maior affectio, cui maius eſt collatum beneficium, & ſic eſt concludere:per legatũ à teſtatore ſuę nepti factũ mutuum non cenſeri eius viro remiſſum.

Et iſta teſtatoris veriſimilitudo nõ dũ iure,verũ etiam & facto clareſcit,quoniã plures deponentes affirmant, quod teſtator poſt conditũ teſtamẽtũ eos rogauit,ꝙ irent ad maritũ dictæ neptis legatariæ, vt mutuum ei priuſquam obiret,reſtitueret.

Inſuper cõfirmantur præſumptiones teſtatoris pro hærede,ſed cõtra legatarium, & ſic ꝙ non præſumitur voluiſſe grauare
8 ipſum hæredẽ pluſquam dixit, vt daret legatum, & creditum à marito legatariæ non exigeret,dato,quod concurrar fauor sãguinis,*l.huiuſmodi 86.§.cũ pater,vbi Bart. & Iaſ.num.7.ff.de leg.1, l.vnum ex familia 69.§.ſi rem tuam,ff.de leg.2.l.qui concubinã 29.§.1.& l.nummis 73.ff.de leg.3.* & apertiſſimè probatur *in l.Sticho 36.in fine,ff.de vſu,& vſufr.legato,* ac melius *in l. qui dotem, la penult. ad finem,* vbi boua *gloſſ.* dicens, non eſſe quempiam duplici onere onerandum, *ff. de dote prælegata, Mantica*

de

Digitized by Google

de coniect. vltim. vol. lib.6. num.28. tit.11.
fol.133.& Menoch.de præſumpt.lib.4. præ-
ſumpt.155.num.4. & benè conſtat, teſtato-
9 rem minus , quam ſit poſſibile præſumi,
hæredem ſuum grauare, per *Bart.in l.lega-*
tum,prima oppoſitione,ff.de annuis leg. quē
ſequitur *Pariſ. conſ.67. num.114. lib.3.*
quam iuris iſtam eſſe præſumptionem te-
ſtatur *Menoch.de præſump.lib.4. præſump.*
66.num.4.præſump.116.num.18.præſump.
132. num.2. & præſumpt.150. num.8. eod.
lib.4. & ſi per præſumptionem præſumi-
tur, teſtatorem velle, vt faciat hæres quod
ipſe facturus erat, ſi in humanis extaret, *l.*
cum ſeruus 81. circa finem. ff. de condit. &
*demonſtr.*ibi *Nam quod ipſe viuus facturus*
erat,id ab hæredibus ſuis fieri iuſſiſſe intelli-
gitur, & dum poſt cōditum teſtamentum,
& diſpoſitionem factam de rebus ſuis, ter-
tios miſit ad debitorem pro crediti con-
ſequutione, ſtamus in claris , talem exa-
ctionem fieri poſſe per hæredem , qui de-
functi perſonam repræſentat: & tanto ma-
gis, quod ſumus in expreſſa voluntate
illius exigendi debitum, quæ facit ceſſare
fauorem omnem, ſi taciè veniret in debi-
toris, vel legatariæ beneficiū, ex *Menoch.*
præſump.109.num.12.

Nec obſtat dicere, ꝙ legataria erat eodē
gradu teſtatori coniuncta , quo hæres , &
ſic in æquali affectione, nam reſpondetur,
ꝙ non eſt ipſa legataria debitrix , & dato
eſſet: plus dilexiſſe videtur hæredem, quā
ipſam , ex ſupra probatis , & magis
amaſſe nepotem , quam neptem: maſculi
etenim ſemper pluſquam fœminæ diligū-
tur, & in amore præferuntur , vt per ſuum
10 *conſ.204.* poſt *Corneum, & Ruin.* notauit
Menoch.præſumpt.16.num.10.

Adducuntur similitèr hæc conſidera-
tione digna , ac oportuna ad articuli cō-
probationē, nempe ſi teſtator vel ſciētèr,
vel ignoranter alicui ſuam rem , ſiuè poſ-
ſeſſionem , aut fundum leget , aut donet,
quæ poſſeſſio ſua tota non eſt, illam partē
11 legatam, aut donatam cenſemus, quæ ſua
erat, vel illud ius, quod ibi habebat, *l.ſerui*
electione 5. §. cum fundus, l. quod in rerum
24.§.1.& l.ſi domus 74.§.fin.ff.de leg.1. vbi
communiter *DD.Roman. in l. vſusfructus*
num.19.ff.ſoluto matr.Gomeſ.var. reſol.tit.
de leg. num.15. & ſic dicimus ſimiliter,
quod ſi quis rem ſuam bis legauit, ſemel
tantum debetur, ſecundùm *Peregrinum de*
fideicomm.art.16. num.32. fol.86. & ratio
ſupradictorū fuit iam propoſita, ꝙ dū hæ-
redē plus diligere videtur teſtator, quam
legatarium, duplici onere ipſe non cenſe-
ri debet grauatus ad dandam partem
fundi teſtatoris legatario, & ad alteram
emendam, vel ad vnā rem legatam bis, bis
eam tradendam, & ſic à fortiori eſt faren-
dum in caſu noſtro, vix legatum deberi, &
debitum non cenſeri remiſſum in fauo-
rem hæredis, & tanto magis , quod ſicut
diximus diuerſa eſt perſona legatariæ ab
illa obligationis, & ſumus in expreſſis, à
teſtatore, debitum fuiſſe poſt legatum pe-
titum, & ego ex his rationibus in forenſi-
bus Oppidis, nempe in patria mea pro hę-
rede obtinui , ita & talitèr, quod debitor
condemnatus mutuam à teſtatore pecu-
niam acceptam reſtituit die 24. menſis
Decembris 1638.

SVMMARIVM.

1 *Nomina viuentium particulariu ad quid inuenta.*
Animalia cuncta ſubiectu ſunt hominibus.
Laudes Noſtri Regis Catholici.
Hominis nomē cōmune maſculis, et fęminis.
2 *Nomen mutare hominibus an liceat , & num 3.4.& ſeq.*
3 *Religioſi profeſſionis tempore ſolent ſibi mutare nomen.*
5 *Nomine, & cognomine eodem plures poſſunt nuncupari.*
6 *Mutantes ſibi nominu in fraudem, in pœnā falſi incidunt.*
7 *Notarius non poteſt mutare ſibi nomen.*
8 *Naues excuſantibus, mututo illis nomine, quæ pœna imponatur , ad hoc ne Reipub. auxilientur , & extenditur ad muliones.*
Priuilegium in corpore iuris inſertum quod dicatur, & quod non inſertum ſit.
9 *Pater grauatus onere 12. filiorum, à perſonalibus , & realibus oneribus eſt immunis.*
10 *Perſonæ Eccleſiaſticæ tempore neceſſitatis non excuſantur ab auxilio Reipublicę.*

ARGVMENTVM.

Nomen mutare an , & quando hominibus liceat.

DE MVTATIONE NOMINIS. CONCL. XXVII.

AD perſonarum recognitionem tot, &
diuerſa nomina à Mundi creatione
hucuſque data eſſe dixit *text. in l.*
1 *ad recognoſcendos 10. C.de ingen.ma-*
num. & meritò, ad hoc vt homines à cun-
ctis animātibus differāt, ſicut in dominio
ſunt diuerſi , cum nos illis dominemur,
iuxta dictum *Propheta pſal. 8. Omnia ſu-*
biecisti ſub pedibus eius: oues, & boues, &
vniuerſa inſuper, & pecora campi , quas

enim Philippus Noſter Catholicus ſemper Auguſtus limitis, & ſeparationis finis retineret à cæteris hominibus, & dominis, niſi hoc ipſe Philippi nomine de Auſtria nuncuparetur? ſub cuius prouidẽtia, & regimine plura cōplectuntur Regna, & dominationes: quam ſub præfato eius Catholico nomine, literæ nec quidem niſi nominum adeſſet diſtinctio, magis, & minus in Mundo daretur, hominesq; eſſent brutis ſimillimi, ſi homines vocarentur cuncti, ſic equorum armentū inter equos nullam facit diſtinctionem, ſed omnes equos vocamus: vnde colligimus, fuiſſe in Mūdo particularia nomina inter homines neceſſaria, & tāto magis, vt à fœminis quoque differamus, ignoraretur etenim ſi ſub hominis nomine magis mulier, quā vir comprehenderetur, cùm ſecundum Grāmaticos, commune ſit hominis nomē tàm maſculis, quàm fœminis, & ſic vtitur Săcta Mater Eccleſia prima die cinerum, dicens omnibus vtriuſque ſexus, *memento homo*, itaque oritur nunc quæſtio, dum proprium nomen vnicuique imponitur, an ſit licitum poſtmodum tale nomen, & cognomen mutare, & aliud alterius ſumere?

2 Et pro dubij ſolutione eſt dicendum, licere per *text. in l. 1. C. de mutatione nominis*, & reddit rationē *ibi* per hæc verba *Sicut in initio nominis, cognominis, pronominis recognoſcendi ſingulos impoſitio libera eſt priuatis, ita eorum mutatio innocentibus periculoſa non eſt*, & concordat *text. in l. ſi quis in fundi vocabulo 4. ff. de leg. 1.* Ibi *Rerum enim vocabula immutabilia ſunt, hominum vero mutabilia*. quæ adeo ſunt vera; quod ait *Theſ. deciſ.* 270. per iura *ibi* ab eo adducta *num. 1. & ſeq.* vt quis poſſit ſe obligare ad ferendum nomen, & arma alterius, nam plures ſunt qui donant, vel relinquunt eorum bona alicui, dummodo ipſius donantis, vel teſtantis nomen aſſumat, vt poſt mortem eius adhuc memoria viuat, in fraudem ſententiæ *Petrarch.*

O ciechi il tanto affatiear, che giona?
Tutti tornate à la gran madre antica,
E'l nome voſtro à pena ſi ritrona.

3 Ac ſimiliter hoc practicamus in Religioſis, qui Mundi tempore profeſſionis renunciando pompis, proprium nomen in baptiſmate ſumptum dimittendo, aliud aſſumunt, excogitantes orando, vt ſit ſic ſeculi expoliatus paſſionibus: ſicut eſt nomi ne, quod ibi retinebat priuatus, de quo benè dixit *Menoch. de arbitr. iud. caſu* 318. *num. 6.* & eſt *text. in Sacra Scriptura* apud *Io. 1.* vbi volens Ieſus recipere Petrum in ſuum diſcipulum, ſic dixit. *Tu es Simon filius Iona, vocaberis Cephas.*

4 Et nomen mutare eſſe permiſſum ſimpliciter, voluit *tex. in l. facta 63. §. ſi in dăda in medio, ff. ad Senat. Conſult. Trebell. l. cum filius 78. §. pater cum filia, ff. de leg. 2. Menoch. vbi ſupra, Viu. in ſua ſylua, opin.* 540. *in princ. & Boſſ. in opere ſuo var. tract. in tit. de mutatione nominis.*

5 Nec eſt nouum, vt plures eodem me nomine, & cognomine nuncupentur, vt in *l. duo ſunt Titij 30. ff. de teſtam. tutela, l. ſi quis ſeruum 8. §. ſi inter duos, ff. de leg. 2. & Bar. in tract. de inſign. & armis, in volumine conſiliorum nu. 5.* & teſtor ego, quod Neap. inueni quendam Monachum Dominicanum eiuſdem nominis, & cognominis mei ipſius.

6 Fallit tamen hæc ſupra tradita affirmatina concluſio, quando ſimpliciter non ſit, ſed ad fraudem, nam tunc non licet fieri mutatio, immò murans, in falſi crimen incidit, vt in *d. l. 1. §. 1. vbi gloſſ. lit. D. C. de mutat. nominis, l. falſi nominis 13. ff. ad l. Corn. de falſ. DD. eod. loco* ſupra citatis, *Nauarr. conſ. 6. lib. 5. vol. 2. ſub tit. de crimine falſi, Auguſt. de Maleficijs in Addit. ad Ang. ver. vno flocco ferreo, num. 6. fol.* 102. latiſſimè *Bonif. de Vital. in eod. tractatu, rubr. de pœna mutantis ſibi nomen, fol.* 388. *a terg. & Reuerendiſſ. Ricc.* idem optimè firmat *collect.* 934.

7 Similiter & ſecundùm *Viu. d. opin.* 540. *num. 4.* fallit in Notario, qui etiam non poteſt ſibi nomen mutare, quia defraudaretur ex variatione tali vſus Reipublicæ.

8 Vnde ex hoc infertur, quod quis non poteſt ſub diuerſo nomine ſuam nauem excuſare tēpore neceſſitatis, ne Reipublicę inſeruiat, etiam ex priuilegio in corpore iuris inſerto, alias enim nauis ad Fiſcū ſpectat, ſiuè vera, ſiuè falſa excuſatio ſit; *l. 1. & 2. C. de Nauibus non excuſ. lib. 11. l. iubemus, C. de Sacroſ. Eccleſ.* & priuilegium in corpore iuris eſt illud, quod à legibus conceditur, puta ſi lex diſponat, vt talis in bello ſeruiens, talem habeat immunitatē, ſicut diſponit circa patrem 12. filiorum

9 numero grauatum, quem lex facit immunem, non dum à perſonali, verum etiam à reali onere, vt in *deciſ. Theſ.* 267. *& D. de Franch.* 259. per iura *ibi* allegata; Non incorpore iuris, quādo Prorex, vel alia Poteſtas alicui concedit priuilegium, ne oneribus realibus ſubiaceat; & ſic ſit immunis à ſolutionibus collectarum, & rerum Fiſcalium, & poſſumus nos hodie extendere iſta iura ad mulrones, qui ficte aiunt, mulas eſſe clericorum, ne ad onera, quando caſus neceſſitatis euenit, teneantur, vel ne ſoluant datia, quæ ſuper animali-

malibus imponuntur, vltra q; nec minus Religioſi pro Reip. auxilio ſunt excuſati, vt in *d.l.iubemus 10.vbi Bal.Paul. & cæteri DD.*

1 Cùmque in his terminis eueniſſet caſus, quod quidam Mattheus nomine, voluntariè in cohortem militum, intrauit dixit Franciſcum nuncupari: ego cenſui, quod erat incurſus in pœnam falſi, dum in fraudem Regis hoc fecit, ſtante quod poſtquã fugam arripuit, in quinternionibus ſuum militiæ proprium nomen non reperiebatur, conſummato ſubſidio, qui quidẽ hodie impunitus extat, ex capite falſi, quia per ſuperiores ignoratur, vltra pœnam, quæ aufugientibus eſt impoſita militibus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium eſt magnum Sacramentum.*
Quos Deus coniunxit homo non ſeparet.
2 *Caſus proponitur, & diſceptatur vſque ad finem concluſionis.*
Matrimonialis cauſæ Iudex competens eſt Eccleſiaſticus.
3 *Matrimonium ſemper cenſendum validum, declara, num. 24.*
Metus, qui nuptijs interuenire ſolet, per verba, vis, & volo, *tollitur.*
4 *Cohabitatio longeua conualidat matrimonium metu contractum, ſed quomodo hoc intelligatur, declaratur, nu. 26.*
5 *Matrimonium nullum ex copula conualidatur, declara, n. 26. & 27.*
6 *Matrimonia debent eſſe libera, nec ab alterius voluntate dependere debet conſenſus ad ea, prætérquam ſponſi, & ſponſæ.*
Filij exiſtentes in patria poteſtate poſſunt contrahere matrimonium inuitis parentibus.
7 *Metus reuerentialis à matrimonio debet abeſſe; nam àlias eſſet nullum.*
8 *Parentes ne cogant filium, vel filiam ad matrimonium, eſt ſententia* D. Anton.
9 *Matrimonium à quocunque metu liberum debet extare.*
10 *Metus, dato non cadat in conſtantem virum, inualidat matrimonium, quando aliæ cauſæ concurrunt, & num. 14.*
11 *Metus ſi non præcedat, ſed ſubſequatur, etiã matrimonium inualidat.*
12 *Preces importunæ dant ſufficientiam ad inducendum metum.*
Summi Pont. Gregorij XV. laudatur Pontificatus.
Minæ de tondendo capillos illatæ à parentibus ſuis filiabus, ſunt ſufficientiſſimæ pro inualiditate matrimonij.
13 *Timor reuerentialis eſt ſufficiens ad inualidandam profeſſionem monialium.*
14 *Metus magnus, & paruus reputatur, habito reſpectu ad perſonas.*
15 *Securitas pleniſſima, ſine aliquo metu requiritur ad matrimonium contrahendum.*
16 *Verba*, vis, & volo, *non ſunt de ſubſtantia, ſed de forma matrimonij, ita vt ſi iſta in eo interueniant, & non conſenſus, matrimonium non tenet, & n.18.*
17 *Sacramenta non fiunt ſine conſenſu Miniſtri, ſed quomodo debeat eſſe ad hoc conſenſus?*
18 *Quod quis non diligit, facilè contemnit.*
Ratio aſſignatur per D. Anton. *quare matrimonia tantum contrahentium conſenſum requirant.*
19 *Coniecturæ ſufficiunt ad metum probandũ, & quare?*
Metus eſt difficilis probationis.
20 *Coniecturæ quando ſufficiant ad probandum metum?*
Quæ ſingula non proſunt, multa collecta iuuant.
21 *Depoſitio vnius teſtis valida eſt ad inualidandum tàm matrimonium carnale, quàm ſpirituale, ſi de metu deponat.*
Immò & proprium iuramentum illius, cui metus eſt illatus ad hoc eſt ſufficiens.
22 *Domeſtici quamuis à deponẽdo reijciantur, nullatenus admittuntur ad probandum metum, & quare?*
23 *Credendum magis eſt duobus de metu affirmantibus, quàm mille negantibus; & quare?*
Teſtes affirmantes, matrimonium eſſe liberè contractum, ſunt ſuſpecti de falſo, & falſi crimine poſſunt inculpari.
25 *Veritas non verbis, ſed ſermo veritati ſubiectus eſt.*
27 *Metus dicitur durare vſque dũ durat cauſa, quæ metum intulit.*
Virginitatem amittere virgines non dicuntur, quando vi deflorantur, vllo in defloratione earum interueniente conſenſu.
28 *Longeua habitatio quando dicatur, in arbitrium Iudicis remittitur.*
Peccatum idem eſt ſeparare non ſeparãdos, quam coniungere non coniungendos.
Laudatur Auguſtinus Barboſa.

ARGVMENTVM.

Nuptiæ non liberè, ſed metu contractæ an poſſint inualidari, etiam poſt cohabitationem ſecutã, proponitur diſceptatio.

DE NVPTIIS METV CONTRACTIS. CONCLVS. XXVIII.

NVptiarum laudabilis eſt ſollemnitas, cum non minus operetur ad Mundi generatam multiplicationem, ſimiliumque procreationem, quam ad præparationem antidoti noſtræ carnalis continuæ infirmitatis, vnde per hoc ꝙ bonos producit effectus *Paul. Apoſt. ad Ephes. cap.* 5. matrimonium poſtmodum ex nuptiarum ſollemnitatibus ſecutum, magnum Sacramentum nuncupauit; &
1 ſanctiſſimè diſpoſuit *Summ. Pontifex in c. quos Deus* 18. 33. *q.* 2. *nc ſeparet homo quos Deus coniunxit*, per *Matth.* 19. & cum mihi ſuper hac coniunctione, & diſiunctione euenerint aliqua perpendenda, hic vtiliter ea patefacere curaui.

Menſibus nuper elapſis cõtraxit matrimoniũ V.I.D.N. cũ Domina N. ſed inuita puella ætatis vix annorum duodecim, ipſa nuptias ſtipulata fuit, dum ſic eius genitor fieri imperauit, deinde poſt aliquod tempus unimalè ſe vir cum vxore ſua haberet, diſſẽtiones intercucnerũt magnę, ita & taliter, quod intentare optabant, & pater puellæ, ipſaque filia ſimul matrimonij inualidationem coram Iudice ſuo cõpetenti, qui eſt Eccleſiaſticus, ſecundum
2 tradita nouiſſimè per oculatiſſimũ *Ricc. coll.* 1154. & eſt in *Sacr. Trident. Conc. can.* 12. *ſeſſ.* 24. *Io. de Arnon. commentario* 35. & *Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib.* 1. §. 10. *poſt nu.* 626. ſed prius prudenter diuerſos eruditiſſimos iuris Doctores in alma Parthenope conſuluerunt pro facti veritatis indagatione, & licèt plures plura dixiſſent, ſic quidem ego ſuper propoſito articulo laboraui, & Primo, non poſſe matrimonium inualidari cenſeo.

Ex eo, quia regula eſt, ad matrimonij
3 validitatem inclinandum eſſe, & non illud dirimendum, vt tradidit *Bald. conſ.* 123. *lib.* 1. *Tiraquel. de nobilitate, cap.* 3. *num.* 11. 37. & 40. *Caſar de Graſſ. decis.* 2. *num.* 6. & *Rota decis.* 772. *num.* 10. cum alijs *ſeq. par.* 2 *apud Farinac. in nouiſſimis*, & in dubio ſẽper eſſe pro matrimonij confirmatione pronunciandum, voluit *Gut. de matrimonio cap.* 44. *num.* 6. per *text. in cap. fin. vbi Scribentes, de ſent. & re iudic.* & metus, qui præſumitur hic per enarratum patris imperium cenſetur reiectus per verba, *vis*, & *volo*, per quæ præfata puella onus matrimonij acceptauit, & ſic conſenſiſſe videtur vt ad hoc optimè notauit *Auguſt. Barboſ. voto* 1. *circa principium.*

Confirmatur veritas ex diuturna per plures menſes cohabitatione puellę ſimul cum viro; nam dato eſſet matrimonium metu contractum, ex nouo conſenſu per iſtam longeuam conuerſationem eſt vali-
4. datum, *tex.* eſt aureus, & memoriæ commendatione dignus in *cap. ad id* 20. *de ſponſ. vbi gloſſ.* & *cap. inſuper* 4. *qui matrimonium accuſ. poſſ. Alph. de Vera Cruce in ſpeculo coniugiorum parte* 1. *art.* 8. *de coactione, in verbo dubitatur*; & *Genuenſ. in pract. Archiepiſcopan nouiſ. cap.* 87. *num.* 6. & 7. & ratio eſt, nam ex huius temporis diuturnitate præſumitur ſponte, & validè eſſe contractum, prout in terminis docens *Anton. de Butrio in cap. lator, prope finem, qui filij ſint legitimi, Cephal. conſ.* 647. *num.* 13. *Honded. conſ.* 87. *num.* 17. *vol.* 1. & *Anton. Gabr. in ſuis concluſ. ſub tit. de praesup. concluſ.* 1. *n.* 40.

Augetur inſuper vis per copulam ſecu-
5 tam poſt matrimonium ex præſumptione probabili huius præfatæ longeuæ conuerſationis per affirmata à *Ioa. Gutier.* cũ pluribus *DD.* in *eod. tract. de matr. cap.* 54. *num.* 21. ſed melius *num.* 25. *fol. mihi* 157. ita vt ex hoc capite validatur ſic matrimonium, dato dicatur eſſe metu contractũ, quod dirimi minimè poteſt, cum iure Diuino inſolubile ſit, vt per authoritatem *Matth. cap.* 19. docet *Filliuc. tom.* 1. *cap.* 11. *de indiſſolubilitate matrimonij, num.* 36. & *D. Ricc. coll.* 535.

Attamen his adductis non obſtantibus contrariam partem, vti apud me veriorem. Secundò ſuſtinere conor ex pluribus.

Primò, non eſſe validum hoc matrimonium, quia per concuſſionem parentis eſt factum, & matrimonia debent eſſe
6 libera, *Iulius Chart. decis.* 36. *num.* 20. & *Mantic. decis.* 1. *num.* 2. ex eo, quod dixit *Paulus Apoſt.* maritum, & vxorem duos eſſe in vna carne *ad Epheſ. cap.* 5. & ideo ab aliarum voluntate dependere nõ poſſunt, præter quam ſponſi, & ſponſæ, ſecundum ſanctionem *Concil. Trid. ſeſſione* 24. *cap.* 1. *de reformatione matr.* Et adeo verum eſt hoc, quod iam reſpuentibus maioribus, filij adhuc exiſtentes ſub patria poteſtate poſſunt ad eorum libitum voluntatis matrimonia contrahere, & contracta validiſsima extare, vt dixit *Gutier. ſupra cit. c.* 79. *in princ.* ereuim ſolus contrahentium in hoc ſacramento conſenſus cenſetur neceſſarius, *cap.* 2. 27. *q.* 2. *c.* 2. *uico* 30. *q.* 2. *c.* 4. *in princ. de ſponſal. duorum*, ac iſta de iure nondum Pontificio, verum etiam Cæſareo procedere probauit *Chart. in d. decis.* 36. *num.* 3. nam alias ſi tantum vmbra parentum appareat, & dignoſcatur parua contrahentium voluntas ex coarctato conſenſu; quamuis conſenſus

appa-

appareat ſpontaneus, actus nõ iudicatur,
vt per multa iura voluit idem *Barboſ. vbi*
ſupra, num. 17. & per conſequens metus
arguitur; ſed ſic eſt, quod ſumus in proba-
tis: continuo huius puellæ parentes inſti-
tiſſe, blanditijs non quidem, ſed minis, vt
matrimonium contraheret; & ſemper illa
nuptias tales reſpuebat, immò de iſta vo-
luntate ſua contraria ipſa filia verbum
fecit cum proximis, & vicinis, priuſquam
deſponſaretur per modum proteſtationis,
quaſi illos in teſtes vocaret ad eius fidem
de renitentia, & repugnantia in nuptijs,
itaque ex his poſſe matrimonium iſtud
inualidari, optimum tuum ſit pro nunc
iudicium.

Secundò in iſto contractu vllus timor,
aut metus, etiam reuerentialis interueni-
7 re debet, adeo liber oportet, vt ſit, alias
etenim celebratus, ipſo iure nullum eſſe
C in vtroque foro *DD.* communiter affir-
mant in *cap. 2. de his, quæ vi, metuſue cauſa*
fiunt, cap. cum locum 14. *de ſponſal. cap. ve-*
niens, el 2. eod. tit. & in cap. ſignificauit 2. de
eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit,
&c. Sanchez lib. 4. de matrim. diſput. 12. *nu.*
18. *Gutier. eod. tract. cap.* 76. *num.* 16. *Filliuc.*
vbi ſupra cap. 4. de conſenſu coacto, & con-
ditionato, num. 101. 102. 103. 104. *& ſeq.*
Ioa. Maria Nouar. de Grauamin. vaſall.
grauamine 424. *num.* 13. *Cardin. Tolet. ſua*
ſumma cap. 12. *de vi, & ordine, in nouiſſima*
impreſſ. Bartholom. de Angel. Dominicanus
in ſuo examine confeſſariorum dialogo 1. §.
69. *& D. Ricc. collect. deciſ.* 1122. & poteſt
adduci *D. Anton.* 3. *p. ſua ſumma cap.* 7. *in*
8 *fine*, vbi loquitur, ne parentes cogant
liberos ad matrimonium.

Et quod ab omni quolibet metu de-
beant matrimonia libera extare, probatur
9 per *text. in d. cap. cum locum, cap. requiſiſti*
17. *& cap. gemma* 29. *de ſponſal. & matrim.*
gloſſ. in cap. ſignificauit el 2. verſ. tanta vis
de cohab. clericorum, & mulierum, Socin.
conſ. 3. *in princ. vol.* 1. & hanc eſſe veram,
C & communem ſententiam fatetur *Ceph.*
conſ. 642. *num.* 133. *lib.* 5. nam alias, vt di-
ctum eſt, nullitatis vitio ſubiacet, & firmat
Chart. deciſ. Med. Archiep. 85. *num.* 3. & an-
te *Hipolyt. de Marſ. ſingul.* 347. quod inci-
pit *matrimonium.*
10 Nec metus in præſenti matrimonio
debuit ſic procedere, & conſiderari,
quod cadat in conſtantem virum, tum
quia ſexus fragilitas obſtat, tum etiam,
quia ætatis mẽdicitas aliud ſuadet, ac ex-
poſtulat, & benè docet *Nauar. in ſuo man.*
cap. 22. *n.* 50. *ver. contra quam.*

Quæ concluſio ampliatur, dato, quod
poſt matrimonium contractum metu, ſit
11 copula ſecuta; quia & adhuc inualidatur,
ex *Oldrad. conſ.* 35. *per tot.*

Metus namque in iſtis nuptijs non ſo-
lum remotus probatur per importunas
preces, quæ ſolummodò de per ſe ſufficiũt
ad metum inducendum, & ad matrimo-
nium annullandum inde ſucceſſum, dato
12 quod minæ non fuerint ſubſecutæ, ſed
ante præceſſerant diu, ex traditis per *D. de*
Affl. deciſ. 69. *num.* 4. & talem fuiſſe admiſ-
ſam reſolutionem à Rota Romana tem- D
pore pacifici Pontificatus, licèt parui tẽ-
poris, momentaneique imperij, (morte
inuida) feliciſſimæ recordationis Papæ
Ludouiſij Gregorij XV. cuius memoria
nunc vix ſeruatur in ſuo Excellentiſſimo
nepote Nicolao Ludouiſio Principe Ve-
nuſij & Plumbini, teſtatur *Barboſ. d. voto*
1. *num.* 36. Verum & propinquus, quoniã
præceſſerunt verè, & realitèr parentum
minæ de tondendo ei capillos, & poſtea
de in monaſterium detrudendo, niſi ta-
le contrahebat matrimonium, qui qui-
dem metus illatus reputatur grauiſſimus,
ex eo, quod mulieres nil magis coma di-
ligunt, & hodie ſignanter propter veterem
renouatam formam in tuppis, vt me om-
nes intelligant, dum mortuarum crines
viuarum mulierum ſunt ornamenta, quod
non minus turpe, quam deteſtabile eſt, &
cum iſtis minis comitauit pater nonnul-
la ſimilitèr verbera, quæ pro matrimonio
diſſoluendo eſſe ſufficientiſſimas cauſas,
poſt longam diſputationem concludit
Gutier. d. cap. 44. *ver. nihilominus, fol. mihi*
120. *& Nauar. vbi ſupra.*

Ad quod videmus, habito tamen pro
vero, valere argumentum de matrimonio
carnale ad ſpirituale, & è conuerſo, quod
13 timor reuerentialis (verberibus, aut mi-
nis ſaltem præcedentibus) ſufficit ad pro-
feſſionem reſcindendã, ità *Iulius Chart.*
deciſ. 85. *num.* 10. præuia magni ibi per
eum DD. turma allegata, ergo patet, iſtud
matrimonium, dum præceſſerunt metus,
& minæ, poſſe diſſolui, *Nau. d. cap.* 22. *eod.*
nu. 50. *& Nouar. d. grauam.* 424. *n.* 20.

Tuncquè magis poſſunt iſta procedere
in caſu noſtro, quia minæ, (dato non in-
teruenissent verbera) fuerunt puellæ illa-
tæ à ſuo patre, terribili non minus in aſpe-
ctu, quam in operatione, dum militiam
profitebatur, & cum eſſet Hiſpanus, benẽ
conſtat, quod precando iſti etiam vidẽtur
auſteri extrinſecè, licèt intrinſecè huma-
niſſimi ſint: prout latè probat *Gut. cap.*
44. *num.* 34. & melius *n.* 40. & ſtante, quod
iſta ſua filia erat iuuencula, pubes vix, quæ
vltra fragilitatem ſexus, perfectum animi
iudicium non habebat, & per conſequens

facilius poſſit exponi ad ſimplicem
patris terrorem, non dum ad magnam
eius æt, tam & ac liberius ad tale ma-
trimonium ſuum, & tim ita contrahendum
cenſetur, multa & ratio eſt, quare in iſta
puella communis ſimplex timor iudicetur ſuf-
ficiens pro metu, quia duæ rationes in
ea concurrunt, parua ætas, & ſexus fragi-
14 litas, vltra ſanguinis nobilitatem, quæ
inducit magis promptam formidinem, vt
colligitur apud *Menoch. de arbitr. iud. casu
135. nu. 4. & 5. Manticam de coniect. vltim.
volunt. lib. 2. tit. 7. Nan. in d. cap. 22.* & alios
cumulatos per *Sanch. in eod. tract. de ma-
trimonio lib. 4. disp. 3. num. 2.* à quorum ſen-
tentia nemo diſcedere videtur, itaque cũ
hæc omnia, & maiora probentur, matri-
monium iſto modo contractum, eſt bene
inualiditatis declaratione dignum.

Tertio, non dum matrimonia debent
eſſe libera, & ſine metu cõtracta: at etiam
oportet, vt præcedat, aut ſaltim ſubſequa-
tur illa contrahentium ſpontanea volun-
tas vt probatur per *Barboſ. eod. voto* 1. per
contrarium ſenſum, immò non ſufficit
iſta ſimplex voluntas, ſiue conſenſus, ſed
15 requiritur pleniſſima ſecuritas, ſecũdum
*Nauar. conſ. 3. ſub num. 3. de ſponſalibus,
Pariſ. conſ. 61. num. 31. lib. 4.* & alios relatos
per *Barboſ. loco* ſuper citato *num.* 18 *19. &
ſeq.* ad hoc vt matrimonium voluntariè
cenſeatur contractum, at quia talis puella
nuptijs ſemper contradixit: & millies cõ-
trahere recuſauit, & vi inducta ad contra-
hendum manum ſponſo porrexit coram
Parocho, quo peracto poſtmodum virum
renuit, non, vt omnes mulieres agunt, ſe
faſtidioſas demoſtrando, ſed tabulis aper-
tis declarauit, illum non eſſe ſuum mari-
tum, quia in actu manus dedit tempore
ſollemnitatis nuptiarum, formidinis cau-
ſa, ſed non in conſenſu, ergo non dum
poteſt inualidari, at ipſo iure eſt inualidũ
matrimonium, cum angularis voluntatũ
lapis deficiat, ſuper quo fortiſſima tanti
Sacramenti turris ædificatur, *cap. cum pau-
lus 26. cauſa 1. q. 1.* quoniam de matrimo-
nij eſſentia ipſe internus coniugandorum
16 conſenſus eſt præcipuus, dum non ſuffi-
ciunt illa verba: *vis, & volo*, cum cerimo-
nialia ſint, *text.* eſt aureus, & commenda-
tione dignus in *cap. tua nos 26. de ſponſ. &
matrim.* & ad hoc vide *D. Anton. 3. par. ſua
ſummæ, cap. 7. per tot. ac Bonac. tom. 1. qu. 2.
punct. 9. de natur. & proprietatibus matri-
monij.*

Vti non minorem intentionem requi-
ri in cæteris alijs Sacramentis eſt iuris
apertiſſimi, & ſignanter in Sacramento
Bap- Baptiſmatis, vel Euchariſtiæ, dum nulla
17 eſſent, neque Sacramenti nomẽ retinerẽt,
ſi baptizantis, vel conſecrantis voluntas
abeſſet, eſt tamẽ verum quod ſufficit con-
ſenſus ante actum, licèt expreſsè in actu
non interueniat, & ſi tantum ſit in bapti-
zando, vel conſecrando intentio agendi
id, quod Eccleſia in tali actu facere inten-
dit, vti declarauit *S. C. Trid. ſeſſ. 1. can. 4. S.
Anton. d. 3. p. tit. 13. cap. 6. col. 8. §. 2. fol. mi-
hi 196. Bonac. d. tom. 1. diſput. 1. q. 3. punct. 2.
§. 3. nu. 3. & 4. de Sacram. in genere, & Bar-
thol. ab Angelo in ſuo examine confeſſar. de
Sacramentis in communi, dialog. 1. §. 28. 29.
& ſeq.*

Ratio ponitur per dictum *D. Anton.
eod. cap. 7. de violentia*, quare matrimonia
requirunt conſenſum tantum contrahen-
tium, cum non ſufficiant prænunciata
formalia verba, *vis, & volo*, & debent om-
ni formidine carere, prima eſt, quod ma-
trimonium ſignificat coniunctionẽ Chri-
18 ſti, & Eccleſiæ, quæ fit per liberum amorẽ,
vt colligitur ex verbis *D. Pauli ad Ephes.
5.* ibi *vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus
caput eſt Eccleſiæ, &c.* Secunda quia matri-
monia contracta vi ſine ſponſi, & ſponſæ
deliberato cõſenſu, malos exitus haberẽt,
vt ego expertus ſum pluries in diuerſis
locis, dum facile contendit quod quis
non diligit, *cap. præſens 4. cauſa 20. qu. 3*
vbi S. P. decreuit, nullam eſſe monacha-
tionem cuiuſdã Lamberti per vim factã,
& ſic matrimonium ſpirituale, ergo & idẽ
de temporali.

Ad quæ firmata probandum altiorem
indaginem non requiri, ſed coniecturas
19 ſufficere, voluit *Gutier.* alias adducto *c. 43.
n. 38. & 39. & Honded. conſ. 24. n. 21. lib. 1.
Franciſ. Ponze conſ. 44. num. 17. ac Seraphi.
deciſ. 771. num. 2.* & ſi numerare vellemus
coniecturas omnes poſitas per *Nouar. ſu-
perius adducto grauamine 424. à num. 24.
vſque ad* 30. omnes in iſta puella concur-
rerent: quando nos non eſſemus in claris
circa metum illatum & expreſſam eius re-
nitentiam, ſiuè contradictionem ad ma-
trimonium contrahendum, & ratio eſt,
quare ad inualiditatem ſic inſperabilis
actus ſufficere debeant coniecturæ, & præ-
ſumptiones, quia metus eſt difficilis pro-
bationis: vt ait *Barboſ. vbi ſupra num. 33.
& Nouar.* ſuper citat. *num. 23. & 24.*

Eſt tamen verum, coniecturas non
benè probare, quando per eas in iſta ma-
20 trimoniali materia opus eſſet fundare,
ſi ſeparatæ videantur, cum quælibet de
per ſe non probet, ſed benè ſi plures exi-
ſtant, ſimul collectæ ſufficientiſſimæ cen-
ſentur, iuxtà regulam, quæ ſingula non
proſunt, multa iuuant, *cap. accedens, el* 2.

vt lite non conteſtata, cap. cum dilectus 3. de
ſucceſſ. ab inteſt. cap. cum cauſam 13. vbi bo-
na gloſſ. in princip. de probation. l. 2. ff. de ex-
cuſat. tutorum, & in proprijs terminis, de
quibus hic agitur firmant plures *DD.* cu-
mulati per *Barboſ. vbi ſupra num. 72. &*
Nouar. deciſ. 25.

Ac ſimili modo vnicum teſtem ſuffice-
re ad metum probandum pro actus re-
21 ſciſſione, & ad illum nullum declaran-
dum, tanta eſt metus vis, voluerunt *Bald.*
conſ. 162. lib. 4. Surd. conſ. 395. num. 26. Al-
ciat. de præſumpt. regula 3. præſumpt. 7. nu.
5. in fine, Gramm. deciſ. 5. num. 15. Rota Ro-
man. apud Gregor. XV. deciſ. 326. num. 47.
& Iuliu. Chart. deciſ. 25. num. 10. vbi alios
congerit: & in *num. 13.* concludit, valere
hoc modo factam probationem metus,
etiam ad inualidandum ſpirituale matri-
monium, ad quæ adde *Nouar.* in ſupra
citato *grauam. num. 39.* per authoritatem
Mart. voto 64. num. 4. Gutier. cap. 4. num.
52. & ſeq. ac Mongollon. in tractatu de vi, &
metu cap. 10. §. 3. num. 8. & 9. non dum fir-
mat, vnius teſtis depoſitionem eſſe ad hoc
ſufficientem, at etiam *num. 22.* ait, ſuffice-
re proprium iuramentum, per *tex. in cap.*
ſtatutum 11. §. cum verò, ver. ſed in duobus
vltimis caſibus. Ibi *niſi impetrans de prædi-*
cto timore, quem in litteris commiſſionis ex-
primere tenebatur, primo fidem Iudici faciat
ſaltim per proprium iuramentum, de re-
ſcriptis in 6.

Nec non domeſticos ad metum pro-
22 bandum adduci poſſe contra *Gutier. d.*
cap. 44. num. 27. hic firmare non erubeſco,
nam licet hi regulariter à teſtimonio re-
pellantur, per *tex. in l. etiam 3. C. de teſtibus,*
nullatenus quãdo alias veritas haberi nõ
poteſt, benè sũt õni exceptione maiores,
vt eſt notabilis doctrina *Franc. Aret. conſ.*
13. quod incipit *Viſo diligẽter, col. 11. Hip-*
polyt. de Marſ. conſ. crim. 102. nu. 6. & conſ.
127. num. 12. Ægid. Boſſ. in tit. de oppoſit. con-
tra teſtes, nu. 39. & Paul. Ghirland. de abſo-
lut. innoc. quæſt. 3. num. 3. inquit, quod non
dum domeſtici admittuntur in caſu pro-
bationis difficilis, & in ijs, quæ domi ge-
runtur, ſed tanquam magis informati cæ-
teris præferuntur; itaque cum metus dif-
ficile poſſit probari, vt dictum eſt *ſup. nu.*
19. & patet in caſu noſtro: dum per paren-
tes illatus non publicè inſerebantur mi-
næ, ſed vti honeſtatis ratio expoſtulat
vix clam domi coram domeſticis tan-
tum, domeſtici poſſunt ergo ad teſtimo-
nium deponendum adduci, prout in pun-
ctis firmauit *Nouar. vbi ſupra num. 38.* per
alias citatam *deciſ. Ludouiſ. 326. num. 5.*

Attamen nos mendicitati probationũ
non ſubiacimus, quia non dum coniectu-
ræ concurrunt: puellæ iuramentum inter-
uenit, domeſtici affirmant, at etiam vicini,
& alij penitus extranei ſuper iſto metu
deponunt, quia per ſpatium plurium
menſium durauit altercatio pro indu-
cenda filia ad iſtas nuptias, quibus aſ-
ſiduè, cum contradiceret, inſurrexit tu-
multus, & rumor inter gentem de
conuicinio, cui puella ipſa notas facie-
bat patris importunitates, qua de cauſa
eſſent, vnde vllo modo poterunt iſtæ infi-
23 ciari probationes; cum potius credẽdum
ſit de metu illato duobus affirmantibus,
quam mille negãtibus, per doctrinam *In-*
noc. in cap. ſuper, num. 2. de renunt. à qua nõ
eſſe recedendum, nec in conſulendo, nec
in iudicando, docet *Corſet. ſingul. ſuis in*
verbo teſtis, nu. 10. ſequitur *Curt. Iun. conſ.*
28. Card. Alb. in lucubrationibus ad Bart. in
rub. digeſtor. quod metus cauſa, num. 2. San-
chez de matrim. lib. 4. diſput. 27. num. 1. ac
Alexand. in conſ. 39. in fine, vbi habet te-
ſtes ſuſpectos de falſo, aduerſus probatum
metum deponentes, & ſic affirmantes
e contra de ſpontaneo conſenſu: ratio eſt;
nam qui deponunt de metu, affirmant de
actu viſibili, & intelligibili, dum minæ poſ-
ſunt audiri, & ille, cui inferuntur turbatus
valet videri, quod ſecus eſt, quando depo-
nitur de conſenſu, & bona voluntate con-
trahentis: quia iſta e corde eueniunt; ſed
ſic eſt, quod tantum Deus eſt cordium
ſcrutator, ergo temerè affirmant: & per
conſequens crimine falſi poſſunt inculpa-
ri: quæ omnia ſimul colligendo, dixit, &
affirmauit *Auguſt. Barboſ. dict. voto primo,*
num. 112.

His itaque poſitis, & firmatis, remanet
reſpondere iuribus in contrarium addu-
ctis, & ad hoc vt magis noſtra ſenten-
tia affirmatiua fulgeat pro inualiditate
matrimonij, hæ ſolidiſſimæ adaptãtur re-
ſolutiones.

Ad argumentum igitur primo loco ad-
24 ductum in *ver. Ex eo quia* conceditur,
ſemper iudicandum eſſe pro matrimonij
validitate; ſed hoc procedit, quando ſu-
mus, in dubio: vt ex auctoritatibus ibi al-
legatis patet, ſecus autem, quando facti
claritas (vt in præſentiarum) aliter cen-
ſendum expoſcit, & ideo cum ſimus in
metu probato, pro inualiditate matrimo-
nij benè eſt terminandum; vt ſupra dixi-
mus, & firmat *Seraph. deciſ. 893. nu. 32. &*
ſeq. cum *Purpur. lib. 2. conſ. 575. n. 16.*

Nec obſtat vis ibi poſita: matrimonium
eſſe validum, quia interuenerunt illa ver-
25 ba, *vis, & volo,* ex eo, quia non eſt cu-
randum de verbis externè prolatis: quan-
do

do de contraria contrahentium interna voluntate conſtat, qua deficiente: non obſtantibus verbis, qualitercunque dictis, nullam ſponſaliorum, aut matrimonij oriri obligationem, voluit *Hoſtienſ. in c. ex parte, in principio, vbi in addit. Henricus, de ſponsalibus: Summa Angel. in verbo matrimonium, num.13. & Syluestrina etiam in uerbo matrimonium 2. quæſt. 10. dicto 6. Nauar. in ſuo Manual. cap.22. num. 79. & Gutier. cap.3. num.18.* ergo ſi non eſt validum in foro poli, à fortiori inualidatur in foro fori. Ratio traditur per *Gutier.* nuper citatum, ſed *num.17.* ſcilicet quod non veritas rei verbis: ſed ſermo veritati ſubiectus eſt, per *text. in cap. intelligentia 6. de verb. ſignif.* vnde cum voluntas ſit probata, quæ verbis repugnat, corruit totum primum argumentum.

Ad ſecundum argumentum in *ver. confirmatur veritas* reſpondetur, non nocere declarationem *Alphonſi à Vera Cruce ad*
26 *cap. ad id, quod.* Præſupponit etenim Sum. Pont. in *dict. text.* per cohabitationem menſium decem, & octo interuenire poſſe animi deliberationem in ſponſa, ad conſentiendum matrimonio, quod reſpuebat prius, vt nouus conſenſus reſarcire videatur defectum voluntatis coactæ per metum in principio matrimonij, vt etiam dixit *Summa Antonina, vol.3.* alias adducto *cap.7. de violentia, in fine, fol. mihi 9. & Bonac. tom.1. de natura, & proprietatibus matrimonij, quæſt.2. punct.9.* quia nos non ſumus in caſu illius *tex.* ex eo, quod poſt nuptiarum ſollemnitatem, copula inter iſtam puellam, & virum non interuenit, vt in *d. cap. ad id, quod proponitur*, dũ vix fuit cognita in ſpatio vnius anni cum dimidio per tres vices, non citra magnam cõpulſionem, dum maritus euaginato pugione ei minabatur, ita & taliter, quod ipſa iuuencula animo irritata venenum quoddam præparauit: & confiſa cum certa famula dixit, quod ſi *Il Giouanne* (ſine titulo mariti illum nominando) amplius intentaret eam per vim ſic alias cognoſcere, res nõ benè ſe haberet, nam eſſet veneno infectus, quæ cum poſtmodum deliberatio aures viri penetraret, cum nil eſt adeo opertum, quod ignoretur, *Luc. cap. 12.* noluit amplius domum ſoceri nurus introire: in qua mulier permanebat, alibi, prout hodie in actu inſpicitur, manſionẽ faciendo, & per conſequens non obſtat nec minus ſecundum argumentum, cum ſimus in diuerſis terminis, & ad hoc latiſſime vide *D. Ioannem Valero Carthuſianum in differentijs vtr. fer. verbo metus, differentia 4. fol.194. & Patrem Gaſparem Hurtado Ieſuitam de matrimonio coacto, difficult. 6. num.20.* imò, quod plus, dato eſſet copula in iſto matrimonio metu contracto, aſſiduè poſtmodum deinde ſecuta libera, & ſine violentia, nec minus per eam poſſet dici matrimonium ratificatum, vt docet *Gutier. cap.76. nu.22.* ex eo, quia dici-
27 tur durare metum in eodemmet facto, vſque dum durat cauſa, ſed ſic eſt, quod filia adhuc ſub patris regimine permanet, & habitando ſimul cum genitore, vt prius, dicitur ineſſe eundem metum; cum eadẽ cauſa duret, vnde copula ſi quietè eſſet ſubſecuta, per metum ſimiliter hoc eueniſſe præſumeretur, nec non ſecundùm præfatum *Gutier. vbi ſupra*, ad hoc vt iſta puella per copulam (quando nõ per vim, ſed voluntaria fuiſſet) matrimonium metu contractum confirmaſſe diceretur, oporteret, vt ſciuiſſet matrimonium per vim factum nullum eſſe, quia de hoc inſtructa copulæ conſentiendo, matrimoniũ ratificaſſe putaretur, ſed quando inſcia eſt de matrimonij inualiditate, exiſtimans, matrimonium eſſe, quod vi contrahitur, voluntaria copula nõ validat nullũ matrimonium, quia ignara de valididate, vel inualiditate nuptiarum ſuſpenſus eſt animus circa conſenſum, vel diſſenſum, & nil adeo conſenſui contrariũ eſt, quàm error, vt voluit *Sanchez lib.2. diſput.34. num.2.* relatus per eundem *Gutier. d.c.76.* qui quidem error tunc eſt, quando quis credit quod non eſt de iure conceſſum.

Ad tertium argumentum in *ver. augetur inſuper vis*, ex ſupradictis reſolutio patet: cum probatum ſit, per coactam copulam non poſſe matrimonium iſtud ali-
28 quo modo validari, ad quod facit communis omnium ſententia, dicentium: pudicitiã animi ſingulare bonum ſolo corpore violato non amitti; cum conſenſus deficiat, vt melliflua verba virginis Luciæ, quo tẽpore vexabatur, prolatã hanc veritatem confirmant, ideſt *ſi me inuitam violari iuſſeris, palma mihi duplicabitur ad coronam*, & in ſimili fatur *Pater Alexius Capuccinus in 2. parte ſuæ catenæ aureæ in vita S. Theodoræ*, ac in Thelogali theorica docet *D. Auguſt. de Ciuitate Dei, cap. 18. D. Thom. 2.2. quæſt.64. art.5. ad tertium argumentum, Nauar. cap.16. num.1. Sot. lib. 5. quæſt.2. art.3. & Leſſ. lib.4. cap.2. dub.26.* vnde ſi deflorata virgo non dicitur, quando per vim cognoſcitur, ſimili modo matrimonium à fortiori nõ poteſt dici validatum per importunam viri cognitionẽ, cũ omnino deficiat conſenſus, vt ex repugnantia huius mulieris apparet,

Quibus omnibus recollectis, ſupereſt,
vt

Digitized by Google

vt iudicium Peritorum ſubſequatur, cum ſub eorum arbitrio hæc cauſa cenſenda, remittatur; & ſignātèr conſidetatio longeuæ habitationis per ſpatium quanti temporis dicatur, vti dixerunt *D. Antonin. d. c. 7. in fin. & Bonae.* præcitata *q. 2. puncto 9. nu. 5. ac Gutier. eod. cap. 76. num.* 23. Iudicent itaq; accuratè ſecundum allegata, & probata, litemq; terminent, vt ratio poſcit; & arbitrariè ſic, vt non coactis opitulentur nuptijs; etenim non minus eſt peccatum ſeparare non ſeparandos, quam ſegregandos coniungere, vt dixit *Barboſa in fine d. voti primi*; cuius Doctoris authoritate libentèr à principio ad finem huius meæ cōcluſionis vſus fui; cum inter modernos ſcribentes, vt ipſe meretur ex ſua celebri ſolertia, inſignem locum retineat, & non modicam fidem cum allegantibus præſtet.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi quando teſtari debeant, & poſſint?*
2 *Caſus concluſionis proponitur, & diſputatur.*
3 *Monachus ciuilitèr mortuus, caret voce in mūdo actiua, & paſſiua, nec velle, nec nolle habet.*
Monachus profeſſus non poteſt teſtari, ſed benè hæres inſtitui.
4 *Monachus circà teſtamenti factionem actiuam, vel paſſiuam æquiparatur ſeruo, & filiofamilias.*
Monachus hæres ſi inſtituatur eo inuito, Monaſterium poteſt hæreditatem adire.
Monachus hæres factus aceeptando hæreditatem, cui acquirat?
5 *Monachus quarè habeat teſtamenti factionem paſſiuam tantùm?*
6 *Oblatus verus nil poſſidere poteſt.*
7 *Oblatus vt verè talis dicatur, quæ in eo cōcurrere debeant.*
8 *Oblatus, conuerſus, aut offertus, ſiue tertiarius nemo dicitur, ſi non profiteatur, & vouet illa tria vota Religionis, ſcilicèt paupertatem, caſtitatem, & obedientiam.*
Religioſus ſine profeſſione non gaudet Religionis priuilegijs.
9 *Oblatus non poteſt aliquid pro ſe reſeruare de bonis, quando oblationem facit.*
10 *Talis quis præſumitur, in quali habitu reperitur.*
11 *Cuculla non facit Monachum, ſed profeſſio.*
12 *Bonus in dubio quilibet, & non malus cenſeri debet.*
13 *Donatio inter viuos ex capite ingratitudinis reuocatur.*
14 *Actus ſi non valet, vt ago, debet valere, vt poteſt.*
15 *Vſusfructus à die mortis teſtatoris conſolidatur cum proprietate.*
16 *Ius teſtatori acquiſitum, ad hæredes tranſmittitur.*
17 *Pactum rumpit legem.*
18 *Fructus pendentes an tranſeant ad hæredes vſufructuarij?*

Tex. in l. diuortio, ff. ſoluto matrimonio *quomodò concordetur cum* §. finitur, Inſt. de vſusfr. §. is verò, Inſt. de rerum diu. & l. ſi vſufructuarius, ff. quib. mod. vſusfr. amitt.

ARGVMENTVM.

Oblati an poſſint teſtari, & quæ ſint neceſſaria, ad hoc vt quis verè oblatus dicatur.

DE OBLATIS, SEV OFFERTIS.

CONCL. XXIX.

Optimum eſt conſilium, & ità præcepit Deus, dicens per *Luc. c.* 14. quod ſi quis non renunciauerit omnibus, ſuus non poterit nuncupari diſcipulus, dùm non poſſumus Deo, & Mammonæ ſeruire, *Matth. cap.* 6. & ideò ſtatutum eſt per *S. C. T. ſeſſ.* 25. *de regular. cap.* 16. vt ingreſſi Religionem per menſes duos
1 priuſquàm profiteantur diſponant de rebus eorum, quia ciuilitèr ſunt morituri, nec eſt eis expediens, vt amplius de rebus mundanis quid agere habeant, nam oportet, vt omnibus ſint ſpoliati curis, vt ſolū de Deo excogitare valeāt, & hinc eſt introductum, vt ſic agant omnes religioſè viuere cupiētes, etiam oblati, de quibus cum hic mihi tractare contingat, ſimilitèr ego profiteri puto, ſed breuitatem, qua in præſenti concluſione vtar.

Cum ergò quidam Leonardus nomine, annis longè decurſis oblationē egiſſet Deo optimo maximo, Patriq; Diuo Franciſco de ſe, & rebus ſuis, vſufructu quodā tamen
2 ſibi, dum viueret, reſeruato, & quadam etiā proprietatis portiuncula valoris ducatorū quinquaginta, in oblationis actu hæc pacta apponi curauit, quod ſi Guardianus Pater ad præſens, & ſucceſſiuè futuri non benè illum haberent, tàm circà victum, quàm circà habitum, dicto Leonardo licitum eſſet de Monaſterio Sancti Franciſci de familia exire, & omnem vſumfructum bonorum oblatorum propria authoritate percipere, & exigere, & percepto ad ſui libitum de illo diſponere ei eſſet permiſſum; euenit iam paucos poſt mēſes ab oblationis die, quod cum malè eum tractarent, exijt de conuentu, & ipſe fructus recolligebat, attenta pa-

potiri,ſi in forma iuris valida perpetuò,& irreuocabilitèr plenè,& cum effectu ſcipſos,& bona ſua omnia præſentia, & futura, nulla prorſus, quamuis minima eorum portione, neq; in proprietatem,neq; in vſumfructum, ſibi reſeruata religioni obtulerit,& habitum aliqualitèr mutauerit,quod ſi omnia prædicta ſimul nõ concurrant,neq; fori priuilegio,neq; immunitate à ſecularibus exactionibus frui poſſe, vt in ſequentibus caſibus.

Primò,cum quis obtulit perſonam cum reſeruatione bonorum.

Secundò,cum obtulit perſonam, nulla bonorum facta mentione,quippè,quæ non inducitur in ſimplici oblatione perſonæ.

Tertiò,cum obtulit perſonam,& aliquã tantùm partem bonorũ, quamuis maiorẽ.

Quartò,cum obtulit bona omnia præſẽtia,& perſonam,reſeruato vſufructu.

Quintò,cum obtulit perſonam, & bona omnia præſentia tantùm.

Sextò,cum obtulit perſonam, & bona omnia præſentia,& futura, ſed poſteà à Superiore Religionis aliquam eorum partẽ, quamuis minimam, in emphyteuſim receperit.

Septimò, cum obtulit bona,vel omnia, vel partem eorum abſque perſona,quo caſu perſona offerens fori priuilegio nõ gaudet,ſed bona in Religione cũ effectu tranſlata ſunt immunia à vectigalibus,dummodò offerens,vſumfructum eorum ſibi non retineat,eò namq; caſu bona immunia nõ ſunt,etiam quòad proprietatẽ. His tamen omnibus caſibus,quibus à priuilegio, & exemptione à iure communi excluduntur ſeruanda eſt cuiuſquè Religionis conſuetudo, cuius vigore ipſi tale ius priuilegij, vel exemptionis acquiſiuiſſent.

Oblati, qui omnia ſupradicta adimpleuerint,fori priuilegio, & ſupradicta exemptione gaudent,ſiue antè,ſiue poſt de licẽtia Superioris Religionis matrimonium cõtraxerint.Et ſic nõ videtur ſubiacere cõmuni regulæ Monacus, qui tanquàm in mundo mortuus, nõ habet,neq; velle, neq; nolle,& per conſequens poterat teſtari.

Et quod non ſit facta profeſſio probatur per non concurſum votorum, & de ſe patet,nam ſi fuiſſet vera,& formalis oblatio,
9 & vota oblatus emiſiſſet,non potuiſſet ſibi proprietatis partẽ retinere,vt in *dicto cap. priuilegia,de oblatis*,vbi in punctis idem *Cãpagna eodem num.* 24.& 27.& in ſuprà citata *litera Congreg.Sacr.Concilij*,quia eſſet contrà oblationis formam,itàq; ſumus in claris, ex hoc capite nullam eſſe oblationem, & confirmatur per authoritatem eiuſdẽ *Campag.*vbi ſuprà *num.*18.circà aliud caput, nẽpè ex nõ habitus delatione,ad quam obligatus fuiſſet, quando veram oblationem egiſſet, nam ſemper vti ſecularis indutus poſtquàm è Monaſterio exijt, vixit, ac ità obijt, & certum eſt, quod quis talis præſu-
10 mitur,in quali habitu reperitur,*cap.ſi verò, il 2.& cap.in audientia 25.circa fin.de ſenten. excomm.& l.item apud 15.§.ſi quis virgines,* vbi *Bart.ff.de iniurijs,* quod quidem indubitabile iſta veritate confirmatur,quia cum poſt obitum dicti prætenſi oblati Monaci S. Franciſci iuiſſent proceſſionalitèr ſepeliendi cauſa ipſum Leonardum ſine Cleri interuentu,prẹſumentes ex Religionis priuilegio, quod quando agitur de dando ſepultura Religioſis, Presbyteri non poſſunt in eorum funeralibus interuenire, quorum dictis breuitèr fuit data reſolutio, vt tunc ꝓcedat aſſertio, quãdo ſumus in vero Monacho profeſſo,ſed ſic eſt,quod prẹſens defunctus non erat verè oblatus, nec vti talis vixit,habitum nõ deferẽdo Religionis, nec talis præſumitur in morte,cum ſecularium veſtibus ſit indutus,ergò non ſumus in terminis,in quibus priuilegia loquuntur, vndè ex his vixerunt Presbyteri,quibus ius mortuorij fuit datum,& debitam functionem fecerunt ſuper defuncti corpore. Sed dato cum habitu Religionis obijſſet, & illum in vita geſſiſſet, ſatis quidem eſt nota regula,
11 quod cuculla non facit Monachum, ſed benè profeſſio, vt expreſsè legitur *in cap. porrectum* 13.vbi optima *gloſ.ver.non faciat, de regularibus,§.1.col.prima, auth.de Monac. Sacr. Conc. Trid. ſeſſ.14.cap.6.de reformat.* optimè *Bald.in l.interdum,§.Diuus quoque,ff. de Publicanis,Ripa in 5.reſponſo,num.33.de conſtitution.& ſtat.fol.mihi 4.&* Carau. ſuper *ritu* 235.*num.*17.cum igitur profeſſionem non emanaſſet, dictus Leonardus non potuiſſet cenſeri oblatus per ſolam habiti delationem,& per conſequens ſecularis dicebatur,dato habitum detuliſſet.

Votum, itàq; (vt videamus defectum oblationis) obedientiæ eſt Superiorum obtemperare mandatis, & eſt eius effectus, velle quis ꝙ nollet, quomodò igitur obedientia in iſto poteſt cõſiderari, dum à die donationis paucos poſt mẽſes fuit ſuã domum reuerſus, & noluit cũ Monacis permanere;ergò deficit vnum votum.

Paupertas quomodò poterit in illo concurrere,dum vltrà fructus,quos recipiebat è rebus donatis, ſtante illius facta reſeruatione,vt diximus, etiam artem figuli exercebat, immo quotidiè mercabatur,tàm ex capite ſui laboris vaſa cõfecta vendendo, quàm ex capite ſuorum introituum ſuperfluorum pro eius ſuſtentatione, & ſic ceſſat ſecundum votum,ſtantibus his,per quæ apparet,quod in particulari poſſidebat,& hoc

verè profeſſis omninò prohibetur.
Caſtitas poterat tametſi in eo iudicari,
ſtante ſenectute, dum grauatus erat anno-
rum 70. ætate, & in dubio cũ hæc oculis vi-
deri, & manibus tangi non poſſit, quilibet
12 bonus, & non malus præſumi debet, *l. meri-
to 51. ff. pro ſocio*, ſed hoc nõ venit ex capite
voti, vndè vllo modo erat cenſendus obla-
tus, & per cõſequens poterat diſponere de
illa proprietate retenta donationis tempo-
re, cum ex tali oblationis actu per eum fa-
cto, bona ſua Deo dicando, ipſumquemet,
dum profeſſionem non emanauit, nec vo-
uit: oblatione ſuſpenſa, remanet tantum
valida donatio, quam non valebat reuo-
care, nondùm ex ratione, quod cum eſſet
facta Deo, non poterat ingratitudo apud
eum conſiderari, vt latè dicam in *tit. de re-
uoc. donat.* ſed quia ipſe donando diſpoſuit,
vt ex capite ingratitudinis, per quod do-
num inter viuos irreuocabilitèr reuocari
13 poteſt, vt in *l. fin. C. de reu. donat.* tantum ei
licitum eſſet fructus iam reſeruatos, non-
dùm, ſed omnes bonorum donatorum pro-
pria authoritate percipere, illoſq; ad eius
libitum impendere, & non dixit, donationẽ
in tali cauſa inualidam eſſe; ratio eſt, nam
cum ex iſta ſimplici oblatione ſine legiti-
ma profeſſione oblatio non valeat, actus
14 quando non tenet, vt ago, debet validari, vt
poteſt, ſecundum ſententiam *Vlpian. lib. 2.
ad Sab. in l. 3. ff. de milit. teſtam.* & per conſe-
quens valida talis donatio non poterat re-
uocari.
Quæ conſiderationes ſi non ſufficiant
ad inualidam talem oblationem demon-
ſtrandam, adducatur aſſertio eorundem
Patrum S. Francíſci, qui aiunt, quod vllam
egit profeſſionem, nec aliquod votum pro-
miſit ipſe oblatus, niſi illam promiſſionem
per Notariũ ſtipulatam, per quam ſimpli-
citèr, ſe, ſuaq; bona dicauit, & Deo, ac Bea-
to P. Franciſco cum pactis ſuprà enuncia-
tis, vndè cum maior probatio iudicari non
poſſit eorũ atteſtationibus, *l. fin. C. de fideiuſ.*
ſatis abundè conſtat, affatum Leonardum
vllo modo oblatum potuiſſe teſtari, & di-
ſponere de proprietate retenta, quibus ra-
tionibus per Monachos perpenſis, hære-
dem non moleſtarunt.
Vnde ex his à fortiori firmari poterit
valida illius prætenſi oblati diſpoſitio cir-
ca fructus, dato non fuiſſent adhuc percep-
ti, ſed tamen maturati, quæ perceptio ſpe-
ctat nunc ad hæredem, cum vſusfructus à
15 morte vſufructuarij ad proprietatem con-
ſolidetur, *§. finitur, Inſtit. de vſufr. l. fin. vbi Bal.*
& cõm. *DD. C. eod. l. ſi patri tuo 3. C. de vſufr.* &
ratio eſt, quia dum erant maturati, ipſi te-
ſtatori eorum ius fuit acquiſitum, quod per
16 conſequẽs ad ſuum heredem dicitur tranſ-
miſſum, *l. ſi quis ſeruum 8. §. fin. ff. de leg. 2.* nec
poterit dubitari, ius fuiſſe conquiſitum te-
ſtatori, quia circà hoc particulare donatio
videtur facta ſub modo, dum dixit, quod ſi
ipſum non benè haberent Fratres religio-
nis, ei licitum fuiſſet fructus rerceptos, &
alios omnes propria authoritate percipe-
re, vt *in l. 1. C. de donat. quæ ſub modo*, & dato
de iure forſan talis fructuum reſeruatio nõ
eſſet tolerata, expreſſum pactum illam cõ-
17 ualidat, dum legem rumpit, *tex. et gl. in cap.
contractus 85. de regul. iur. in 6.* vltra quod
ſtante cauſæ non adimplemento ex parte
Monachorum de ipſum benè tractando, iu-
re poterat recedere à Monaſterio, & fru-
ctus percipere, vt deſumitur ex optima *gl. in
cap. 3. de clericis coniug.*
Attamen difficultas eſt in fructibus non
maturatis, ſed adhuc pendentibus, & con-
trouertitur, an ad hæredem ſpectent, & per
18 *tex. in d. §. finitur, Inſt. de vſufr. §. is verò, cum
gl. Inſtit. de rerum diuiſ. & in l. ſi vſufructuarius
13. ff. quibus mod. vſusfr. amitt.* ipſi heredi mi-
nimè deberi illos conſtat: nihilominùs cõ-
trarium de hoc putare iam conor, & ſic di-
ctos fructus eſſe pro rata diuidendos, habi-
to reſpectu ad tempus inter Monaſterium,
& hæredem teſtatoris, per *tex.* non minus
oportunum, quam commendatione dignũ
in l. diuortio 8. ff. ſoluto matrim. & ad hoc ne
detur legum correctio, quæ euitanda eſt, ſu-
prà citata iura vt non videantur contraria
huic *legi diuortio*, locuntur de fructibus in
contractu lucratiuo, & non oneroſo, prout
apertè legitur in iſta *lege 8. ſoluto matrim.* &
quod ad pſens ſimus in onerosis patet, nã
quod maius onus, quam vitæ alimentatio?
& quod maius onus, quam de rebus pro-
prijs donatis victum ex fructibus mendica-
re? minori quidem ſubiectioni iacet, fru-
ctus per emptionem habere, quam dona-
tionem de proprietate, vſufructu retento,
cum priuatus ſit, quo quis ipſe poſſidebat,
& iſta ſecunda ſententia, tàm magis æqua,
& iuſta pro veriori in caſu noſtro hic ex me
firmatur, quam ſequerer, nondum in con-
ſulendo, vt modò, verumetiam in iudican-
do; ſi denuò factum eueniret, ſaluo tamet-
ſi ſemper Peritorum firmiori iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Officialibus obſequium, & reuerentiam eſſe
preſtãdam à priuatis perſonis affirmatur, cum
plur. num. ſeq.*
2 *Salutare Officialem trãſeuntem cuncti debent.*
3 *Officiales membra Principis dicuntur.*
*Princeps mare dicitur, & cæteri ab eo erecti
ad regimen flumina.*

4 Of-

Digitized by Google

4 *Officiales ſunt neceſſarij, cum Princeps non poſſit in omnibus adeſſe.*

Officiales in Regno ad iuſtitiam demonſtrantur, & eorum poteſtas remiſſiuè ponitur.

5 *Officiales honorandi ſunt, quamuis proterui inſpiciantur, & quarè?*

6 *Officiales honorandi ſunt etiam ab ijs, qui ipſos eligunt.*

Officiales debent habere ſalaria, & nu. 11.

7 *Barones, Regis Capitanei nuncupantur.*

8 *Merum, & mixtum imperium Baronibus conceſſum per Regem Alphonſum an poſſit per ſucceſſores eis auferri? remiſ.*

Capitanei Baronum an poſſint dici membra Principis.

9 *Actuarij an poſſint dici Officiales.*

Officij nomen eſt genericum, & omne comprehendit miniſterium.

10 *Sub nomine Officialis in materia iudicij qui propriè comprehendantur.*

11 *Actuarij non habent ſalaria de prouentibus, ſicut Capitanei.*

12 *Culpa ſine dolo non nocet.*

13 *Pœna non ſalutantium Officiales quæ ſit?*

Capibl. *non benè dixit, eſſe Iudicis arbitrio remittendam pœnam aduerſus non ſalutantem Officiales.*

14 *Arbitraria pœna datur, quando à lege non eſt terminata.*

Carauit. *etiam errauit circà pœnam contrà non ſalutantem Officiales.*

15 Tex. in l. 3. C. de offic. diu. Iud. & in l. in ſacris, C. de proxim. ſacr. ſcrin. *conſiderantur.*

ARGVMENTVM.

Officialibus, etiam Capitaneis obſequium, & reuerentia debetur, & contrarium faciens certa pœna punitur.

DE OBSEQVIO OFFICIALIVM.

CONCL. XXX.

LAude digna fuit ſemper humanitatis vrbanitas, tàm circà corporis actum, quàm circà vocis ſermonem, plus quidem multoties ordinata rethorica obtinuit, quàm ſimplicitèr propoſita *ratio*, & quod *TV* non potuit impetrare, *DOMINATIO* perduxit ad finē, & in talem vſum, (qui potius eſt abuſus cēſendus) obſequiales adulationes peruenerunt, quod vix differentia conſtituitur inter feudatarium, & vaſallum, inter dominum, & ſeruum, quapropter quidam *Poeta* ſatur.

La Signoria è ridotta anco al bordello.

nullatenus, quamuis vera ſint dicta, iſte vrbanitatis actus ab omnibus non ſeruatur, nam perplures videntur, qui ab hac omnium cōmuni obſeruantia declinant, & hi propriè ſunt, qui de limo exaltati oculos retro non habent ad natalitia, ſed tantum parua commoda inſpiciunt, quæ malè retinent, dum illis deficientibus, lapſus eſt ſenſibilior propter Dei præcipuam in ſuperbos reſiſtentiam, & de ipſis poſteà parua, aut nulla ratio habetur, quaſi non eſſent, & cum circà præſentem materiam aliquid habeam deſcribendum, videbimus, an obſequium iſtud, quod ſic inter mortales obſeruatur viciſſim, debitum ſit circà Officiales, vt quilibet illis caput eius operire cogatur, & an contrarium facientes pœna poſſint aliqua de iure mulctari?

Aiebat vulgus, quod dum quidam Capitaneus in quodam forēſi Oppido de Statu Excellentiſſimi Principis Venuſij, nomine Andreas Zappi quærebat punire certum Ciuem, Iacobum dictum, ex eò, quod inurbanitatem demonſtrauit in perſonam eius Officialis, non poterat in hoc procedere, quia venerat creatus ad miniſtrandam iuſtitiam, & non ad bonos componendos mores, & ſic quod non tenebatur ipſe Iacobus caput præfato Capitaneo operire, & ei obſequium præſtare, cui aereæ, vulgariq; ſententiæ me oppoſui, dicens, obligationem extare in priuatis Ciuibus, & ſubditis
quòad iuſtitiam Officialibus reuerentiam
1 præſtare, per *tex. in l. ſemper 5. in princ. ff. de*
iure immun. l. omnem honorem, la finale, C. quā-
do prouoc. non eſt neceſſe, l. potioris gradus 5. C.
de offic. Rector. Prou. l. 2. & 3. C. de offic. diuerſ.
Iud. l. in ſacris 2. C. de proxim. ſacror. ſcrin. lib.
12. l. peculiarij 5. C. eod. l. 1. C. de domeſticis, &
protector. lib. 12. ità & talitèr, ꝙ tranſeunte
ipſo Officiali, omnes eum ſalutare tenētur,
2 *l. 1.* quæ incip. *cū ſalutatus, vbi gl. in verb. pro-*
ceſſiſſet, C. de ſententiam paſſis, adde *tex. in cap.*
cum debitus honor 59. vbi gl. lit. A. de appellat.
& voluerunt *Caſſan. in cathal. glor. mūdi, parte*
1. & Tiraquel. in tract. de nobil. c. 28. num. 3.
Capibl. ſing. 74. & Carau. ſuper ritu 5. per tot.

Et ratio eſt, quæ colligitur ex *Capibl.* ſuo
ſingul. 139. quod. ſ. Officiales ſunt membra
3 Principis, *l. fin. C. de milit. lib.* 12. & facit ſimi-
litèr *tex. in d. l. in ſacris, l. 1. §. 1. ff. de milit. teſt.*
tex. eſt ad literam *in l. quiſquis 5. & ibi gl.*
ver. noſtri ſunt, C. ad l. Iuliam Maieſt. & *l. ius Se-*
natorum 8. C. de dignitat. lib. 12. & ſecundùm
Gram. deciſ. 46. à nu. 1. vſq. ad 4. Officiales flu-
mina, Princeps mare dicitur, vndè fluunt
cæteræ poteſtates, nam non eſt poſſibile, vt
4 huius Mundi machina per vnam Maieſtatē
gubernari valeat, ſicut ab origine Mundi
nos experientia docet, quod Pop. Rom. nō
vnum, ſed centum Officiales creauit, vt iura
redderent cunctis, ſic hodie videmus, tàm

in

in ſpitittnalibus, quàm in temporalibus,
quod cum non valeat S. P. omnia cernere,
tot & diuerſa officia ſunt erecta,& ſtabilita,
tot,& variæ poteſtates creatæ, quas eſſet
eſoſum, ac inutile hic enumerare,& noſtra
Cæſarea,ſemper Catholica,ac S.M. cum in
tot Regnis innumeris ſub eius auxilio, &
gubernatione libentèr traditis, & legitimè
alijs acquiſitis adeſſe non poſſit, eius vice
alios mittit pro regimine ipſorum,qui Pro-
reges nuncupantur,plenariam, & ampliſſi-
mam poteſtatem habentes, & iſti cum nec
minus poſſint vacare omnibus negotijs,de-
ueniendo ad Regni noſtri regimen, vide-
mus, quod ſunt electi quatuor Regentes
ordinarij,& ſi hodie plures alij ſint, qui ſu-
petnumerarij vulgò dicuntur, cum ad hoc
brauium multi currant, qui omnes alios in
dignitate antecellunt, deinde ſunt cum
Preſide in S.R.C. Regij Cõſiliarij,in R.C.S.
Præſidentes, cum eorum Locumtenente,
Regale patrimonium gubernantes. In M.
C. V. Iudices ciuiles, & criminales cũ Re-
gente, & relictis alijs,vti M. Admirati offi-
cium, in Prouinciis ſunt Auditores cum
Præſide creati,in Regijs Tertis Gubernato-
res, & in alis, quæ Baronibus quòad vtile
ſubiacent dominium Capitanei electi, ad
hoc vt commodè vbique poſſint iſti mini-
ſtrare iuſtitiam, à qua ſi aliquis cenſeatur
grauatus, gradatim poſſit ad maiorem per
appellationem, aut reclamationem recur-
rere, dummodò non ſit eis recurſus impe-
ditus,vel tatione præſciptionis, aut perem-
ptionis, vel alijs de cauſis, de quibus eſt
apud DD. Practicos videre, cũ hic non ſit
opus de illis tractare, tamen de præfato-
rum Officialium poteſtate vide *Muſc.*poſt
*lib.2.ſux prax.in tit.de Doctoratus dignit.itc,et
quidditate, fol..113.à n. 36. à ter. vſq; ad fin.*
& latiſſimè *Io. Franciſc. de Leonardis in tract.
de Magiſtr.per tot.*& pręcipuè in *cap.5. de Ba-
ron. & eorum Official.*vndè & ſi protetui ſint
5 Officiales, debẽt honorari, nam eorum di-
gnitas, & non perſonarum mores attendi-
tur,ſecundùm *Bouadil.in 1.cap.ſuæ pol.nu.* 5.
ac additur, quod ſi Princeps, vel Barones
illos honorãt per electionem eorum ad re-
gimina factam ſubditorum, quanto ma-
gis cæteri eos debent honorare? *l. nihil* 4.
*C.de Palat.lib.*12.ac videmus,quod ipſi ele-
cti, ab eligentibus quoq; honorandi ſunt
6 per *l.nemini* 3.*& l.fin. C. de Conſ.lib.* 12.non-
dùm verbis, verumetiam & muneribus,
dum ſalaria ipſis gubernantibus concedũt,
vt eſt videre apud *Proſper. Carau.* ſuper *rit.
M.C.9.*& quando laudabilitèr ſe gerunt in
miniſtratione, maioribus debent præmijs
decorari, vt deſumitur ex dictis præcitati
*Io. Franciſci de Leonardis in præfat. eiuſdem
tract.de Magiſtr.n.16.*

Et quod membra Principis, & flumina
ſint Capitanei Terrarum,qui defluunt à ſu-
7 prema Maieſtate, paret: nam cum per Ba-
rones hodie Regia repræſentetur perſona,
dum Officiales, immò Capitanei Regis di-
cuntur,*Frecc.in rubr.de orig.Capitan.nu.*10.*de
Franch.deciſ.*211*.num.*7.*& deciſ.*247.*nu.*3.ac
8 *Capyc.dec.*27.*n.*40.& eis merum, & mixtum
imperium fuit communicatum per Reg.
Alphonſ. Prim.vt ait *D.de Affl. in Cõſt.Regni
Ea,quæ ad decus, in princ.rub.*47. vbi perbellè
diſputat *nu.* 2. an poſſit pet alios Reges di-
cta anthoritas ipſis auferri, & meminit idẽ
de Leon.d.cap. 5. *n.*4. *& ſeq.*itàq; cum Capi-
tanei electi ab his miniſtrent eorum vice il-
lam dignitatẽ eis à Principe communica-
tã, debemus dicere eſſe Regios Officiales,
& ſic mẽbra,& flumina,quàuis sm̃ commu-
nẽ vsũ loquẽdi Baronales nũcupẽtur, arg.
tex.in l.veluti 3.*ff.de pet.hæred.& l.fi.§.quidã,
C.de hæred. inſt.*& in proprijs terminis citrà
altiorem indaginem ſic docet *Carau.* ſuper
ritu 49. *num.*7. ità & talitèr, quod quicquid
agũt tales Capitanei, Barones agere viden-
tur, *l.prohibitum* 5.*in fin.C.de iure Fiſci,lib.*10.
*& gl.in Conſt.Beneficium, col.*1 *.nu.*70.*fol. mi-
hi* 198.ergò ſtantibus his,fatendum eſt, de-
bitum eſſe,Officiales honorare, etiam Ca-
pitaneos.
9 Ad hanc queſtionem inſurrexit audax
multum dubitatio, ſi iſta reuerentia etiam
Actuarijs debeatur, dum ipſi audẽt fari,*Nos
quoq; poma natamus*,& pro reſolutione dice-
mus, quod quamuis nomen Officialis ſit
genericum,ſecundùm *Alex. in l.* 1. *ff. de iu-
riſd. omnium Iud.* nomenq; officij omne
miniſterium comprehendat, *gl. in l. legatis*
63.*§.ſi ex officio,lit.E.ff.de leg.*3.*gl.in Ritu in-
ter Conſtitutiones Regni poſito.Item ſeruat ipſa
Curia,de appell.col.*1 *.in princ.f.mihi* 434.*Dec.
in rubr.de officio eius,&c. Cagnol.rub.cad.nu.*7.
*& in l.diem functo, num.*14.*ff.de offic. aſſeſſ.* ac
Reg. Ron. recol. mem. *in rub. de Officialibus
in princ.* dicit, hoc nomen Officialis poſſe
largè,& ſtrictè interpretari,& antè eum do-
cuit *D.de Affl.in tit.quæ ſint Regalia,num.* 47.
quaproptèr Actuarij quoq; poſſent com-
plecti: nullatenus,quia ſtrictè eſt intelligen-
dum in iſta materia nomen officij, cum ij
10 tantùm comprehendantur circà Reipubli-
cę gubernationem, qui iuriſdictionem, &
imperium habent iudicandi (ex communi-
catione eis circà hoc per Principem facta,
attenta doctrina *Cagn.* dicta *rubr. de offi-
cio eius,num.*12.) vt ait *Carauit.* ſuper aliàs
cit.*ritu* 49.*nu.*23.*de Franch.deciſ.*407.*num.*5.
& antè eos voluerunt *Andr.& de Affl.in di-
cto tit. quæ ſint Regalia, col.*4.& ſequitur *Ca-
pibl.*ſuper *prag.*5.*num.*141.*de Baron.*propte-
reà ſunt valde remoti ipſi actorum Magi-
ſtri

ſtri ab obſequio,& reuerentia, quæ Officia-
libus iuſtitiam miniſtrantibus debetur, &
licèt domini tales vocentur,non eſt mirum
ex tatione tradita ad ptincipium huius cō-
cluſionis,ac vltrà facit ratio, quod neceſſi-
tas non habet legem, nam multoties,qui
eorum indiget exercitio, cum de commu-
ni ſint intractabiles, alicui inſeruire ne-
ſcientes, vt ità dicam, nondùm Dominos,
ſed Deos nuncuparet illos, ſi liceret, &
quod ad pręſens Actuarij non comprehen-
dantur ſub nomine Officialis, probatur ex
11 doctrina *Carau.in ritu 9.in princ.* vbi docet,
ꝙ non debēt ipſi habere ſalatiū de prouēc-
tibus,ergò patet,Officiales non eſſe, nam ſi
foret ità,ſicut, qui iuſtitiam miniſtrant pro-
uenctus habent, prouēctus quoq; haberēt.

Proceſſato itàq; Iacobo prædicto, vt de-
ueniamus ad finem cauſæ, fuit ſic defenſus,
ꝙ nòn culpa, vel malitia ſuū caput nō ope-
ruit dicto Officiali,ſiue Capitaneo trāſeūti,
ſed incantè, ſeu caſualitèr hoc euenit, &
patet ex communi experientia, nam non
ſemper homo recta facit, quando aliud ha-
bet in mente excogitādum, & ideò non po-
teſt ex malitia dici iſte actus pro inurbani-
tate iudicatus, quod ſecus eſſet,quando iu-
ſtitiam miniſtraſſet, & pro iuſtitiæ comple-
mento iuiſſet ad dictum Capitaneum,nam
tunc, quia debuiſſet ſtate præpatatus circà
ea, quæ in loco Tribunalis aguntur, ptout
obſeruatur in Ciuitate Neapolis, culpæ
de facili potuiſſet imputari, ſed dato culpa
videatut iſta ad præſens irreuerentia, quia
12 eſt ſine dolo,ei non debet nocere,arg.*tex.in
l. quamuis 32. ff. de cond. & demonſtr.* vndè
cum de hoc habuerit recurſum ad Excel-
lentiſſimum Principem Venuſij: viſo pro-
ceſſu per Dominū meum Didacum Cam-
panile fuit prouiſum, ex tali cauſa affatum
Iacobum non eſſe moleſtandum.

13 Pœna igitur pro concluſionis huius com-
plemento non temerè Officiales ſalutan-
tium,& non proptèr inaduertentiā, vt nu-
pèr dictum fuit,eſt triū librarū auri,vt in *d.
l.3.*& *l.in ſacris* ſuprà citatis,nullatènus per
Capibl.ſingul. 74. ponitur, arbitrio Iudicis
eſſe remiſſam, quod,ſalua ſua pace,nō pro-
cedere poteſt,cum ſit de iure expteſſa, nam
Iudicis arbitrium datur,quando à legibus
in facti contingentia non eſt ſuper mulcta
ſancitum, vt latiſſimè ſcripſi *in rub. de con-
cuſſione,num.* 11. & nunc idem firmo per au-
14 thoritatem *Bar. in l. 1. §. expilatores, ff. de
effractoribus,D.de Affl.in Conſt.Regn. Diſputa-
re,nu.2.Vt nullus ſe intromittat.*

Et *Carauita* in tantum firmauit, pœnam
eſſe in hoc caſu in Iudicis arbitriū remiſsā,
quia nō benè ponderauit iura in *d. l.3.& in
d.l.in ſacris*,vt ipſe ſe declarat,vndè omninò
eſt dicendum,Iudicis arbitrium in hoc ceſ-
ſare,& præfatam pœnam eſſe attendendā.

Nec poterit obſtare, quod *dd. ll.* non
15 intellexerunt de Iudicibus inferioribus,&
ſic Capitaneis,ſed de Superioribus, attenta
prædictorum iurium diſpoſitione, nam re-
ſpōdetur, quod ſicut dicta iura interpretā-
tur per hic citatos *DD.* & ſignantèr per di-
ctos *Carau. & Capibl.* vt habeant locum, &
eorum extendatur diſpoſitio etiam ad Iu-
dices infimos, nempè Capitaneos circà re-
uerentiam ipſis debendam, eandem circà
pœnam prædictam facientibus interpreta-
tionem eſſe ſuſtinendam puto, nam aliàs
ſequeretur non valere, nec minus extenſio-
nem per eos factā quòad caput obſequio-
rum,ſi in mulctis ſimilitèr ſic prohiberētur
extēdi,& interpretari ſanctiones prædictæ.

SVMMARIVM.

1 *Controuerſiæ caſus indicatur.*
2 *Qui prior eſt in tempore,potior eſt in iure,tàm
in pignore,quàm in hypotheca,tàm in priua-
to,quàm in Republica.*
*Prælatio,ſiue prioritas in iure etiam per horā
datur.*
3 *Conſuetudo pro lege habetur.*
4 *Scriptura trino teſte notata publica dicitur,&
præfertur inſtrumento publico,ſi ipſa ſit prior
facta,& procedit aduerſus tertium, etiam in
hypotheca.*
5 *Fructus pendentes pars fundi eſſe dicuntur.*
6 *Dominium rei venditæ transfertur in empto-
rem.*
7 *Promiſſio de vendendo, eandem vim habet,
quam vera venditio retinet, & reſpondetur
contrarium affirmantibus, remiſſiuè.*
8 *Scripturarum appellatione veniunt tàm pu-
blicæ,quàm priuatæ.*
9 *Procurator non præfertur principali.*
10 *Mandatum generale non ſufficit,vt procurator
vendere poſſit,ſed requiritur, vt ſit ſpeciale,
vel cum libera.*
11 *Procurator non poteſt ſe intromittere in his,
quæ ſpeciale requirunt mandatum,ſi ipſe tā-
tùm generale habeat.*
12 *Fides de pretio pro ſolutione reputatur.*
13 *Procurator debet habere rata, & firma geſta
per principalem.*
*Procuratores,ſi duo ſint ab vno domino inſti-
tuti,vnus non poteſt agere aduerſus alterum.*
14 *Procurator debet facere meliorem,& non de-
teriorem domini conditionem.*
15 *Procurator ſi promittat pluſquàm debet, &
poteſt,non eſt ad promiſſa obligatus.*
16 *Promiſſio quælibet largo modo dicitur fides, et
obligat ſicut iuramentum,ſed quando.*
17 *Periurus dicitur ſic qui fidem frangit, quam
qui venit aduerſus iuramentum,quod proce-
dit in praxi.*

18 Per-

18 *Periurij pœna remiſſiuè traditur, & quomodò puniatur clericus periurus, etiam remiſſiuè demonſtratur.*
19 *Iuramentum iniuſtum non obligat.*
Iuramentum etiam minores ligat ad licitam promiſſionem.
20 *Fidem fallere graue eſt.*
Venire aduerſus factum proprium nemini licet.
21 *Secundus emptor quando præferatur primo?*
22 *Creditor poſterior præfertur primo, quando ipſe eſt in poſſeſſione, & num. 42. Sed quomodò intelligatur hoc, demonſtratur.*
23 *Remota cauſa remouetur effectus.*
24 *Sententia illiterati prætoris ſine aſſeſſoris conſilio eſt nulla.*
25 *Clericorum bona eodem priuilegio habẽt, quod perſona clerici quoàd forum.*
26 *Clericus tàm ſi in perſona, quàm ſi in bonis cõueniatur, coràm Iudice ſuo competenti hoc fieri debet.*
Clericus in quibus poſſit à ſeculari poteſtate recognoſci, remiſſiuè ponitur.
27 *Clericus non poteſt ſuo fori priuilegio renunciare, nec ipſe volens à laico recognoſci.*
28 *Papa non poteſt diſponere, vt clerici recognoſci poſſint per Iudices ſeculares, & ſi diſponat, tales Iudices non legitimè ad recognitionem poterunt ſe intromittere.*
29 *Paria ſunt non eſſe, quam nullum eſſe.*
30 *Malæ fidei dicitur qui in iure errat.*
Scire leges quilibet tenetur.
31 *Mulieri in iure erranti non ſuccurritur, niſi in caſibus per leges expreſſis.*
32 *Ius ignorare, in quo quis verſatur, turpe eſt.*
33 *Poſſeſſio clandeſtina adepta non prodeſt poſſeſſori.*
Laudatur Regens Rouitus.
Poſſeſſio clandeſtina non poteſt dici poſſeſſio.
34 *Poſſeſſor clandeſtinus ſi moleſtetur à priori, ius in re habenti, non habet interdictum retinendæ.*
Clandeſtinitas quando dicatur.
35 *Licentia conceſſa recuperandi poſſeſſionem, intelligitur conceſſa cum hominibus, & Officialibus.*
36 *Actus ſi in eſſe producatur per duplicem cauſam, ceſſante vna, non ceſſat altera.*
37 *Poſſeſſor, ſiue iuſtus, ſiue iniuſtus, non debet de facto moleſtari ab aliquo prætendẽte, ſed via iuris conueniri.*
38 *Cartula priuata non facit fidem, niſi fuerit recognita.*
39 *Scripturarum recognitio, vbi, & quando fieri debeat.*
40 *Obligatio perſonalis non ſequitur fundi poſſeſſorem.*
41 *Contrahentes, arram recipiendo, an poſſint cõtrauenire in negotijs per eos geſtis?*
42 *Sequeſtrum fieri in principio litis eſt iure prohibitum, dato procederetur per viam poſſeſſorij ſummariſſimi.*
43 *Litis terminatio demonſtratur.*

ARGVMENTVM.

Emptor ſecundus in poſſeſſionem bonorum miſſus, an præferatur primo, qui à principali cauſam habuit, & ſecundus ab eius procuratore?

DE PRIVILEGIIS CREDITORVM.

CONCLVS. XXXI.

CReditorum priuilegia non minus varia ſunt, quam innumera, vt in corpore iuris vtriuſq; legitur, vndè Iureconſulti putarunt citrà ſãctiones in hoc diuerſas emanatas ſub varijs rubricis, vnum particularem promulgare *tit. in Digeſtis*, nempè *de priuilegijs creditorũ*, ſub quo oportunè ſimilitèr hic ego terminatam quæſtionem collocabo, vnà cum allegationibus partis aduerſæ, in cauſa propria patrocinantis, præter alias diuerſas in meis concluſionibus materias.

1 Cùm quidam Clericus vendidiſſet ſui nemoris glandes in patria mea Genitori meo de menſe Maij 1638. & aureos ſex pro arra recepiſſet, poſt ſcripturæ confectionẽ, in qua promiſit, & vendidit, vt ſuprà, ac fuit confeſſus, arram prędictam recepiſſe, coactè deinde abfuit, & ſuam matrem, vt dicebant nõnulli, procuratricem fecit ad omnia eius negotia, quæ adminiſtrando, & curam habendo de bonis eius filij, dictas glandes à filio venditas, iterum vendidit de menſe Octobris eiuſdem anni. Et ſecundus emptor ſciens primęuum creditorem, ſiue emptorem ſtatim procurauit in iſtarum glandium poſſeſſionem mitti Iudicis officio, ad hoc vt cũ iſto remedio ſagacitèr perpenſato, tutus magis extaret, at cum hæc omnia ad prioris emptoris peruenisſẽt aures, nullã putauit eſſe, iudicans, quercorum fructus venditos per principalem ad ipſum ſpectare, prænarratis nõ obſtantibus, & quia omne malum euenit ab origine Mundi per MEVM, & TVVM, quaſi armis fuiſſet quæſtio hęc terminata, niſi prudentia factũ gubernaſſet, dum cauſam iſtam compromiſerunt peritiſſimis *DD.* in Terra Ieſualdi apud Excellentiſſimum Principem Venuſinum aſſiſtentibus, qui ſtatus totius cuncta litigia cernunt, vndè prioris emptoris ego cum defenderẽ partem, has rationes ruminandas adduxi, &

2 Primò, ex temporis anterioritate præferendum eſſe primum emptorem exiſtimo, cum

Digitized by Google

cum ſit ſatis vulgata regula, priores in tem-
pore, in iure potiores eſſe, per *tex. in l. 2.* vbi
Bart. ff. qui pot. in pig. hab. quod habet locum,
tam in pignore, quàm in hypotheca, ſecun-
dùm *Franciſc. Ripa in tit. de priuileg. credit.
num. 5.* immò & iſtam prælationis diſpoſi-
tionem, etiam aduerſus Fiſcum, vel Rem-
publ. procedere, voluit *Imp. Antoninus in l. ſi
fundum 4.* vbi *gloſ. & Bald. C. qui pot. in pignore
hab.* & ſi præfata vendicant ſibi locum, dato
quod prioritas ſit per horam, vt prælatio
procedere poſſit, per *gloſ. in l. ſi ex pluribus,
§. fin. 89. in ordine, ver. ex vſu, ff. de ſolution.
Cottam in verbo horam, & Tiraq. de retr. con-
ſang. in verbo proximior, num. 9. fol.* 159. à for-
tiori iſte primus emptor prælatione dignus
eſt, cum per plures menſes præcedat ſecun-
do emptori in ſuis iuribus.

Quæ propoſita ſententia ratione ad præ-
ſens fundatur, dum dictus principalis in
quadam apodiſſa, trino teſte notata promi-
ſit venditionem præfatam, confitēdo prop-
tereà recepiſſe arram, & ad maiorem actus
firmitatem de ſic ſeruando, fidem emptori
dedit, ſecundùm loci conſuetudinem, per
quam ſcriptura publica ità redditur, quod
non minus habet vim aduerſus in ea obli-
gatum, vt ſi eſſet inſtrumentum omni ſollē-
nitate roboratum, & de hoc non eſt dubi-
3 tandum, cum conſuetudo legem faciat, &
illius retineat obſeruantiam, & vigorem, *§.
hoc iure, Inſt. de Attil. tutore, l. diuturna 22. C.
de leg. & Senat. conſul.* vbi *Bart.* & notauit
Amend. ad D. de Franch. deciſ. 91 num. 10. ſtā-
te quod non adeſt memoria in contrarium,
iuxta doctrinam *Abb. in cap. ſuper quibuſdā,
§. præterea, de verbor. ſignif. Iſern. in cap. Impe-
rialem, §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alie-
nat. per Feder. & in cap. 1. ver. flumina nauiga-
bilia, col. 2. quæ ſint regal. in vſib. feud. ac Ma-
ran. 3. par. ſui ſpeculi, num. 136. fol. mihi* 37. &
tantò magis, quod rationabilis eſt dictę cō-
ſuetudinis obſeruantia, ex fidei appoſitio-
ne, quæ contrahentes obligat, ſicut iuramē-
D tum per *dec.* S.R.Conſ. apud *D. de Affl.* 389.
cuius ego memini ſuprà in *rubr. de apo-
chis, num. 6.* vndè ex tali ſcriptura actio
clariſſima oritur, per *tex. in l. iuriſgentium 7.
ff. de pactis.*

Sed dato, non eſſemus in iuribus conſue-
tudinis, & ageretur de ſimplici ſcriptura
trino teſte notata, iſta publica diceretur,
4 per notabilē *tex. in l. ſcipturas 11.* vbi *Bar. cum
auth. ibi poſita ſi quis vult, C. qui pot. in pignor.
hab.* & per conſequens tanquàm anterior
prælationis priuilegium obtineret, etiam
contrà inſtrumentum poſterius factum, &
aduerſus tertium in hypotheca, vt accura-
tè notauit *Vrſ. ad D. de Affl. dec. 272. num. 3.*
per varias authoritates, & tantò magis,
quod in caſu noſtro interuenit vltrà obli-
gationem, arra, vndè fit indubitabile, quod
dum iſte primus emptor eſt anterior, dato
non fuiſſet venditionis contractus, ſed for-
ſan mutui ſuper fructibus quercorum, benè
fructus hi cenſentur hypothecati, per do-
ctrinam *Bar. in l. fundus, quem 9. ff. de attritio
leg. & in l. codicillis 91. nu. 2. §. inſtitutio, ff. de
leg. 2.* nam hypotheca cadit etiam in fructi-
bus, quando ſunt pendentes, ſicut eſt iſta
glans, de qua contenditur, quia pars fun-
5 di eſſe dicuntur, vt *in l. fructus pendentes
45. ff. de rei vendicat. l. in lege falcidia placuit
9.* vbi *Bar. ff. ad legem falcid.* at cum ſimus
nos in contractu emptionis, & venditio-
nis ceſſant hæ rationabiles inductiones, &
extenſiones, & ſic attenta *Surdi* doctrina
in deciſ. 305. n. 2. omninò videnda, quia ven-
ditor erat verus, & legitimus Dominus
quercorum, per venditionē dicitur tranſla-
6 tum dominium in emptorem, cum hoc ſit
de natura huius contractus, ad cuius obſeq-
uantiam fortitèr legatus videtur aſſatum
venditor, dum in minoribus terminis di-
cunt *Caran. & Vrſ. ad Matth. de Affl. deciſ.*
120. quod dato, teſtes deponerent, fuiſſe
ſimplicitèr inter partes conuentum, con-
uentio talis, non nudum pactum, ſed ſtipu-
latio cenſeretur, quæ ſuos debitos pareret
effectus, ſecundùm dictum *Vrſ.* vbi ſuprà *nu.*
2. & ſic contrahentium induceret obliga-
tionem, ſub qua itàq; poſſumus dicere, vt à
fortiori teneatur præſens venditor, dum
ſpecialis glandium promiſſio per eum fuit
ſtipulata, & arræ propterea interuenit re-
ceptio, vt in ſcriptura patet, dato non poſ-
ſet dici vera venditio, ſed de vendendo
promiſſio, ex quo modo contrahendi pro-
miſſor non minus tenetur, quam ſi perſona-
litèr eſſet obligatus, vt diſputat, & firmat
Tiraquel. in tract. conuentionali, fol. 306. n. 60.
quę refert idem *Vrſil. ad dec. de Affl. 61. nu. 2.*
vbi teſtatur, vltrà firmata per dictam *de
Affl. deciſ.* 120. in proprijs terminis ſic fuiſſe
ſancitū in S.R.C. 18. die Maij 1559. ſcilicèt D
7 per promiſſionem tantùm de vendendo
obligationem dari, vti eſſet vera venditio
in *ead. deciſ. 61. nu. 2.* vbi reſpondet contra-
rijs, in quibus procedat differentia, quod
venditionis promiſſio non poſſit vera ven-
ditio dici, & hoc procedit, dato, promiſſio
prædicta appareat in ſcriptura priuata, ſe-
cundùm eundē *Vrſ. ad eand. dec. 120. in fine,*
& remouetur ſic oppoſitio, quæ poſſet per
contrarium fieri, quod non ſumus in ſcrip-
tura publica, cum pateat in priuata idem
eſſe, & procedere, quia ſcripturarum appel-
8 latione non ſolum publicæ, ſed etiam pri-
uatæ veniunt, per *Innoc. in cap. 2. de ſent. ex-
comm. in 6. & Bal. in l. 1. C. de iuram. calum.* at

nos ſtante loci conſuetudine, vt indicaui-
mus ſumus in terminis ſcripturæ publicæ
ex fidei ibi præſtatione, & trium teſtium
ſubſcriptione, vndè omninò reijciuntur cō-
trariorum tacitæ obiectiones, & tantò ma-
gis, quod eis obſtat *tex. in d.l. ſcripturas* ſu-
prà de iure communi etiam adductus.

Secundò, ex venditoris poteſtate iura ip-
ſius primeui emptoris ſunt potiora, quia à
vero domino fuerunt ei quercorum fructus
promiſſi, ſiue venditi, ſecūdus verò emptor
hoc obtinuit à procuratrice matre ipſius
principalis, quæ non poterat reuocare
actum per filium geſtum per ſimplex ge-
nerale mandatum, quia præferretur ipſa
9 vero domino, quod non eſt permiſſum, vt
dixit *Golinus de procurat. parte 2. cap. 4. circà
finem*, nam ſimplex generale mandatum,
dato glandes non fuiſſent venditæ per ip-
ſum dominum, nec minus ſufficiens erat
pro poteſtate, vt ipſa procuratrix vendere
potuiſſet principalis res, ſed requiritur, vt
ſit ſpeciale ad hoc, vel cum clauſula cū libe-
10 ra, vt vendendi poteſtatem dicatur habere
procurator, *l. hoc iure 86. vbi Bar. ff. de ſolut.
l. procurator tutorum 63. ff. de procuratoribus,
l. procuratorem 16. C. eod. vbi Alex. & Salyc. l.
reſcriptum 11. §. fin. ff. de pactis, Roſent. de feud.
c. 9. concl. 30. n. 5. de Affl. dec. 305. n. 4. & Ric.
coll. 730.* & ſic dum ſpeciale mandatum
erat neceſſarium, ſumus in claris, quod
iſta generalis procuratrix ad venditio-
nem non poterat ſe intromittere, vt do-
11 cet idem *Golinus eod. cap. 4. num. 59.* & à for-
tiori in caſu noſtro, dum ex ipſius procura-
tricis venditione videretur reuocata, & an-
nullata venditio anteà facta per principa-
lem dominum, nec poterit tergiuerſatione
celari, quod non ſumus in terminis vendi-
tionis in præſenti controuerſia factæ per
aſſatam procuratricem, dum verba ipſius
hoc apertè demonſtrant, quæ ſunt, *decla-
ro hauer venduto*, nam quamuis non ap-
pareat ſolutio ex parte emptoris, nullatè-
nus fides de pretio in contractu poteſt eſſe
12 pro ſatisfactione ſufficiens, §. *vendita, Inſt.
de rerum diu. l. in ciuile 12. C. de rei vendic.*

Nec aliquo modo poterit tolerari, vali-
dam eſſe iſtam ſecundam quercorum ven-
ditionem factam per procuratricem ad-
uerſum factum principalis, quia (vltrà quod
procurator debet habere rata geſta per do-
13 minum, argum. *l. cum à matre 14. vbi Bar.
Bal. & Salyc. C. de reiuendicatione*, & ſi ſecun-
dum *tex. in l. qui proprio 46. ff. de procurat.*
duo procuratores cum inſtituti ſint ab vno
principali, vnus non poteſt agere aduerſus
alterum, à fortiori iſta procuratrix non po-
teſt talem venditionem facere contrà do-
minum, qui antè dictos fructus vendidit)
eſſet non modici præiudicij, & detrimenti
talis alienatio principali, contrà diſpoſi-
tionem iuris *in l. ignorantis 49. ff. de procura-
14 tor.* vbi procurator debet facere meliorem,
& non deteriorem Domini conditionem,
quod non ſic iudicaretur, quando annullaren-
tur per ipſum Dominū geſta negotia, qua-
propter dicendum cenſeo, talem ſecundam
venditionem factam per procuratricem in-
ualidam extare, tanquàm indebitam, & mi-
nus iuſtam, & per cōſequens ipſa dum egit,
pluſquàm debuit, ab obligatione dicitur li-
berata, quod aliquo modo non poterit cō-
15 ueniri, arg. *tex. in l. is, qui 31. ff. de condict. in-
deb. l. qui ſine cauſa 3. cum l. ſeq. ff. de conditio-
ne ſine cauſa*, quia dum non habebat vendē-
di poteſtatem expreſſam, vt dictum eſt, &
non poterat reuocare factum principalis,
ſi id fecit, nō tenet, non entis etenim nullas
eſſe qualitates ſatis notum eſt.

Quæ corroborantur cum hac ampliatio-
ne, non valere ſecundam venditionem fa-
ctam per procuratricem iſtam, dato ha-
buiſſet ſpeciale mandatum ad hoc, quia (vl-
16 tra notata per *Vrſ. ad D. de Affl.* ad aliàs re-
citatam *deciſionē 120. n. 6.* quod omnis promiſ-
ſio largo modo fides dicitur, dato ſimplici-
tèr promittatur, & quod talis promiſſio
quando continet perfidiam, & mendacium,
obligat, ſicut iuramentum) in præſenti ven-
ditione facta per principalem eſt expreſsè
appoſita fides, quæ ſi nō obſeruaretur, eſſet
periurus ſic, ſicut ſi aduerſus iuramentum
17 veniret, ſecundùm *deciſ. de Affl. 389.* vbi idē
Vrſ. in praxi ampliat *nu. 3.* & periurij pœna
18 poſſet puniri, de qua habetur in *Conſtitutio-
ne Regni Eos, qui, ſub rub. de periur.* vbi *Scrib.*
& in ſpecie poſuit *Clar. in §. periurium, num. 3.*
circà perſonam clerici, (*vt eſt iſte,*) qua pœ-
na nempè ſit puniendus, ſi periurio macu-
letur, quæ fides quidem cum ſit data in cō-
tractu licito, non poterit frangi, prout rum-
pitur, quando contrà bonos mores porrigi-
19 tur, *cap. non eſt obligatorium 58. de reg. iur.
in 6. vbi Dyn. & l. pacta 6. C. de pactis*; vndè vi-
demus, quod ſi pupillus aliquam rem ſuam
alienauit, vel obligauit, quamuis non ſit va-
lida alienatio, nullatènus ſi iuramento cor-
roboretur, valet, vt in *auth. Sacramenta pube-
rum, C. ſi aduerſus venditionem*, ex quo nota-
mus, adeo eſſe iuramenti vim, quod obligat
etiam minores pupillos priuilegiatos, &
20 optimo iure, quia fidem frāgere graue eſt.
l. 1. ff. de conſtituta pecunia, cum etiam hoſti-
bus ſit fides ſeruāda, *Taſſon.* ſuper *prag. vnica
de antefato, verſ. 10. obſeruat. 2. nu. 5.* ex quibus
dictis patet, nec minus cum expreſſo man-
dato ab iſta procuratrice, immò ab ipſo
principali potuiſſe fieri ſecundam vendi-
tionem aduerſus primam, dum nemini cō-
trà

tra factum proprium venire concedatur, *l. poſt mortem 25. ff. de adopt.*

Nec poterit obſtare dictus ſecundus emptor per doctrinam *de Affl. in deciſ. 306. num. 3. & 4.* nempè potiorem ipſum eſſe, ac
21 præferendũ primo emptori ex ſpecialitate rei venditæ, quia in hac ſpecialitate ſimilitèr procedit primus actus, qui non eſt ſuper generalitate corporum, quod per ſpecialitatem poſſet ſuperari, vt in ſyngrapha ſic lectura inſpicitur, *e li promette le quercie del præſent' anno al ſuo boſco, detto l'aequa viua*, vndè iſta ſecunda pacta, & vltima venditio, dato per principalem quoq; eſſent facta, nõ poſſunt auferre, vel mutare ius ipſius anterioris emptoris, per *tex. in l. alterius 50.* vbi *gl. ff. de reg. iur. & in l. debitorũ 25. C. de pactis*, cum ſint pacta per debitorem facta, ſtante obligatione dicti venditoris in perſonam prioris emptoris.

22 Totum aduerſarij fundamentũ eſt (propter quod in victoriam cauſæ aſpirat) poſſeſſio, in quam Iudicis auctoritate eſt im-
C miſſus, cum *DD.* ſit cõmunis opinio in *l. ſiuè autẽ 11. ff. de publiciana in rẽ actione*, & *tex.* eſt, *& ibi Scribentes in l. quoties 15. C. de rei vendic.* vt ſi duo ab vno domino eandem cauſam habeant, melior eſt conditio poſſidentis, tamen hoc non militat in caſu noſtro, cum ſupradicta procedant, quando vno, eodemquemet tempore anterior creditor intentat petitorium, & poſterior poſſeſſorium, quia cum difficilioris probationis ſit poſſeſſorio petitorium, qui ſuper poſſeſſorio agit, ipſe magis obtinet, ſed ſic eſt, quod ad præſens poſterior tantum creditor inſcio primo clandeſtinè comparuit, ergò nõ facit in ipſius fauorem iſta ratio, & per cõſequens non poteſt præferri primo emptori, & tantò magis, quod dato poſſeſſorio poſſet tueri poſſeſſio, quam obtinuit nullitèr, & inualida reputatur ex pluribus, & ſic poterit minimè ſuper ea ſui certaminis gloriam aſpicere.

Primò, quia virtute venditionis ei factæ à dicta creditrice in poſſeſſionem immitti inſtitit, ſed ſic eſt, quod dicta venditio non
23 tenet, tanquàm à non habente poteſtatem facta, ergò remota cauſa remouetur effectus, *cap. cum Paulus 26. in ordine 1. q. 1.*

Secundò, fuit data dicta poſſeſſio præuio definitiuo decreto iuxtà petita ipſius emptoris à Capitaneo illiterato, ſine Aſſeſſoris cõſilio, & p conſequens per hũc defectũ in-
24 ualidã, ac nullã eſſe dictã poſſeſſionẽ cõſtat ex traditis per *Luc. de Penna in l. omnes Iudices, col. 7. ver. non ergo, C. de decur. lib. 10. Capibl. de Baron. vol. 2. quæſt. 17. per tot.* & alios relatos *à Galuppo in proemio 3. partis ſuæ praxis, num. 4.*

Tertiò, quia ab incompetenti Iudice poſſeſſionem obtinuit (quando aliæ rationes non militarent) dum ſumus in terminis rerum clerici, vti apparet in decreto in actis, quæ eodem priuilegio gaudent, quo
25 perſona potitur, *tex.* eſt in *cap. Eccleſiarum ſeruos 69. in ordine 12. q. 2. cap. ſimilitèr 59. 16. q. 1.* & docet *gl. in c. fin. de vita, & honeſtat. cler.* vbi ait, hoc eſſe notandum, vndè ſucceſſit propterea indubitata illa concluſio, quod ſi clericum quis conuenire intendat, tàm in perſona, quàm in rebus coram ſuo
26 Iudice competenti, ſua iura proponere tenetur, *cap. fin. de iudicijs*, vbi *gl. cap. ſi clericus 5. de foro compet. Abb. in c. Eccleſia S. Mariæ de Conſtit. col. antepen. & in c. qualitèr, & quãdo, de iudicijs, tex. in auth. ſtatuimus, ut nullus, C. de Epiſc. & Cler. Carol. de Graſs. effectu primo de effect. cleric. & Reg. Rou. dec. 44. in princ.* exceptis tamen caſibus poſitis in *c. Regni Itẽ ſtatuimus* per *Campag. ſub rub. de nõ trah. Cler. &c. per Guid. Pap. deciſ. 562.* vbi ad alias ſe refert etiam deciſiones ſuas, per *Scrib. ſuper ritu M. C. 235.* & per *Gramm. deciſ. 29. nu. 13. & deciſ. 61. nu. 17.* & præcipuè in caſu reconuentionis, dato quod poſtquam conuenerit laicum in Curia ſeculari, nè ab ipſo conueniretur, à iudicij proſecutione ceſſauerit, vt deciſum refert *Dominus de Affl. dec.* D
173. quod eſt memoriæ dignum.

Quæ ſuprà norata ſententia adeò eſt vera, quod clericus non poteſt ſuo fori priuilegio, nec tacitè, nec expreſsè renunciare,
27 *c. ſi diligenti 12. de foro compet. Cępol. conſ. criminal. 11. num. 14. & Iul. Clar. pract. crim. q. 36. §. fin. nu. 3.* ità & talitèr, quod neq; volens à Iudice laico poterit legitimè cognoſci.

Immò nec ad hoc S. P. poterit poteſtas extendi, dum ipſe non poteſt diſpõnere, vt Eccleſiaſtici coram ſeculari conueniãtur, & diſponendo, diſpoſitio non tenet, nec laica-
28 lis iuriſdictio in eos legitimè procedere dicitur, vt per *Abb.* & alios accuratè docuit *Gram. deciſ. 29. n. 11.* quia lege Diuina cautum eſt, vt recognoſci non valeant à ſecularibus ij, qui ſubiacent Eccleſiæ.

Ex quibus ſequitur, paria extare, non
29 fuiſſe dicto emptori cõſignatam poſſeſſionem, quam datam, & eſſe nullam, argumento *tex. in l. 4. §. condemnatum*, vbi *Paul. de Caſtro, ff. de re iud. de Affl. dec. 182. n. 4. & Muſc. in gl. expenſis, nu. 33. parte 3.* & ſic vis contrarij ex capite poſſeſſionis videtur valdè declinata, immò nullius momenti.

Quartò, nulla eſt poſſeſſio proptèr malam fidem ipſius ſecundi emptoris, & probatur, nam qui errat in iure, in mala fide
30 præſumitur, *l. ſi fur 32. §. 1.* vbi *Paul. de Caſtro, ff. de vſuc. Dyn. in regula poſſeſſor 2. nu. 39. fol. m. 43.* nec error poterit tergiuerſatione

Y 2 ce-

Digitized by Google

cęlari, dùm patet ex præcedentibus, cum
dixerimus, ab incompetenti Iudice fuiſſe
datam poſſeſſionem, nec ignorantia poterit
aliquo modo allegari, quia ſi quilibet tene-
tur ſcire leges, per *tex. in l. Conſtitutiones* 12.
C. de iuris, & facti ignorantia, etiam ſi ſit mu-
lier, nam alias ei non ſuccurritur, niſi quan-
31 do in aliquo caſu expreſsè ſubueniatur, vt
notatur *in l. quamuis* 11. *& in l. fin.* vbi *Bar. &
Paul. de Caſtro*, C. nuper cit. *tit. Sylua nup. lib.
2. limit. 5. num.* 52. & ſignantèr quando actus
incipit à lucro, *l. ſi duo* 38. *ff. de acq. hæred.
Felin. in c. quoniam, q.* 11. *n.* 22. *Dyn. in c. igno-
rantia, num.* 10. *de reg. iur. & Gabr. de ſecundis
nuptijs, lib.* 3. *concluſ.* 9. *nu.* 11. Iſte ſecundus
emptor dum erat de profeſſione Doctor
præclarus, fama notus, & conſilijs expertus,
laudes cuius eſt magis non celebrare expe-
diens, quam non exactè expãdere, à fortiori
non deberet in ea ignorantia conſiderari,
32 quia eſſet abſurdum, per *tex. in l.* 2. *§. Seruius
apud me, ff. de orig. iur.* vndè per conſequen-
tiam eſt dicere, fuiſſe per craſſam ignoran-
tiam in mala fide, quæ cum nemini proſit,
alienũ hic talis poſſeſſor poſſidere dicitur,
& ſic glandes primi emptoris, & tantò ma-
gis mala fides conſideratur in iſto ſecundo
emptore, quantò magis eſt grauis in iure
error in perſona literata, vndè cum poſſeſ-
ſio ſit data ſuper fructibus quercorum, dum
non ſunt percepti iam, ſed extant, patet, ad
primum emptorem illos ſpectare, per ea,
quę notauit idem *Dyn. in ead. regul.* 2. *d. n.* 39.
de reg. iur.

Quintò, huius poſſeſſionis vires debilitã-
tur, ità quod aliquam non habent virtutem
ex clandeſtinitatis vitio, quod probatur in
ipſo ſecundo emptore, & poſſeſſore ex ſu-
prà omnibus firmatis, ac per ea, quæ
33 dixit *Bar. in l. ſi duo* 5. *num.* 1. *ff. vti poſſide-
tis, Bal. in l. ordinarij, C. de rei ven. col.* 4. *Ripa
reſponſ. nouiſ. reſponſ.* 215. *nu.* 11. *& de reſcrip.
reſp.* 10. *& Reg. Rou.* recol. memorię in *prag.
11. de feud. num.* 103. 104. *& ſeq.* cuius verba
cùm ad facti deciſionem cadant, & ſint tan-
ti Authoris hac noſtra tempeſtate, quod
eius doctrina ſummoperè neceſſaria iu-
dicatur, & laudatur, hic tranſcribere, vt
ipſe ab alijs fecit oportunè volui ſcilicet,
*is dicitur clàm poſſeſſionem nancisci, qui futu-
ram controuerſiam metuens ignorante eo, quem
metuit, poſſeſſionem ingreditur*, & ſequitur de-
mõſtrãdo, poſſeſſionẽ ſic adeptã extare in-
ualidã, *adeò vitium clandeſtinitatis eſt inſa-
nabile, vt non poſſit iuſtificari ex ratione obti-
nendæ poſſeſſionis, hoc eſt ex iuſtitia cauſæ prin-
cipalis pro conſequenda poſſeſſione, nam ſufficit,
quod ſola ipſa origo nanciſcendæ poſſeſſionis vi-
tioſa ſit, ad quæ adde Guid. Pap. ſuper ſtat. Del-
phinale ſi quis per litteras, §. clandeſtina, num.* 2.
& Franc. Connan. lib. 3. *comm. iur. ciuil.
ſupra, lit. B. fol. mihi* 169. vbi ait, clandeſtinã
poſſeſſionẽ, poſſeſſionem dici non poſſe, ità
& talitèr, ꝙ ſuperueniẽdo primus creditor,
& moleſtãdo ipsũ clãdeſtinũ poſſeſſorẽ, in-
34 terdictũ retinendę habere nõ poterit, *Rum.
cõſ.* 28. *n.* 6. *lib.* 4. *& Virg. Bocc. in tit. de interd.
vti poſſed.* & quia ſecundũ *Menoch. remed.* 15.
n. 404. *de recup. poſſ.* nõ præſumitur poſſeſſio
clandeſtina, niſi probetur iſta probatio, pa-
tet, dum ſtante patriæ paruo tenimento, &
foculatiorum numero, ex quo res ſtatim di-
uulgantur, bene poterat ſcite priorem em-
ptorem, immò quia eum ſciebat, clãdeſtinè
voluit in poſſeſſionem mitti, ne legitimè eſ-
ſet impeditus, & ſic dixit Gubernatori, talẽ
ei ad principium poſſeſſionem neganti non
putans Capitaneus, non eſſe neceſſariã, ſtã-
te venditione ſibi facta, illi reſponsũ dedit,
ſcio quid agam, et comprobat hæc in iure
eiuſdem *Reg. Rou.* doctrina (ex qua victo-
riam conſequi mihi promitto) *in prag.* 2. *de
iuriſd. inuicem non turb.* ibi, *actus poſſeſſiui abſq;
ſcientia, & patientia eius, de cuius præiudicio
agitur, non tribuunt poſſeſſionem, nam ceſſante
ſcientia, illi actus dicuntur clàm facti*, vndè col-
ligitur, quod primus emptor debebat mo-
neri, ad hoc vt per legitimum contradicto-
rem poſſeſſio potuiſſet dici legitimè adep-
ta, cum vera ignorantia poſſit dici, & mala
fides in ſecundo emptore per clandeſtinam
poſſeſſionem captam, vndè ex hoc, & alijs
per me in hac concluſione adductis debent
glandes ad primum emptorem ſpectare, &
ſecundus ſua priuari, & ſpoliari poſſeſſione,
& hucuſq; ſunt Allegationes meæ.

*Sequuntur Allegationes partis aduerſæ tunc vene-
rationis, nunc memoriæ recolendæ.*

Licentia data à Lucretia matre clerici
Luc. paſcendi, & procuratrice, poterat
ſubminiſtrare poſſeſſionem tribuendam à
Curia Terræ N. quam quidem poſſeſſio-
nem propria authoritate licito iure capere
poterat, *tex.* eſt *in l. creditores*, vbi *DD. C. de
pignor. tex. in l. ſtipulatione*, vbi *Iaſ. & Scrib. ff.
de acq. poſſeſſ.*

Et non ſolum potuit per ſe poſſeſſionem
ingredi, verùm etiam cum Officiali, & alijs
hominibus, *l. prohibitum, C. de iure Fiſci, & l.
deuotum, C. de met. lib.* 12. & vtrobiq; per *Bar.
& Scribentes*, dicentes, quod conceſſa licen-
tia capiendi, ſeù recuperandi poſſeſſionem,
35 intelligitur conceſſa cum hominibus, &
Officialibus, nam lex indiſtinctè loquens,
indiſtinctè debet intelligi, vulg. iur. & Offi-
cialis laicus in iſta immiſſione eſt compe-
tens, cum ius dicat laico, *c. cum ad verum* 96.
diſt. nec conſideratur perſona venditoris
clerici, & ſic valida eſt captura poſſeſſio-
nis,

nis, & non nulla, vt pars prætendit.

Et quatènus dubitetur de validitate capturę poſſeſſionis datæ per Iudicem, quod non creditur, poterit confirmari, & validari per propria authoritate capiendo licentiam, vt per *Bal. in l. fin. C. de edicto Diu. Hadr. toll. & Marſ. in l. vnius, §. cuſtodiæ, ff. de quaſt.* dicentes in proprijs terminis, quod poſſeſſio nullitèr data per Iudicē, non reuocatur ab habente poteſtatem propria authoritate capiendi, quod confirmatur, nam
36 quoties actus producitur in eſſe per duplicem cauſam, vna ceſſante, ſuſtinetur per aliam, ſufficit enim vna ex pluribus cauſis, per *tex. in §. affinitatis*, vbi *DD. ff. de nupt. l. ſi ventri, §. in bonis, ff. de priuil. cred.* cum alijs concordantibus.

Stāte validitate, & iuſtitia poſſeſſionis, in qua reperitur iſte Doctor, non poteſt, nec debet de facto turbari, & moleſtari per N. prætendentem ſe anteriorem emptorē,
37 ſed debet via iuris, ordinario iudicio conueniri, poſſeſſorio, aut petitorio, vel alio iudicio, vt *in l. iuſtè poſſidet, ff. de acq. poſſ. Bar. in l. 1. §. hoc interdictū, ff. de itinere, actuq; priuato, Brun. conſ. 85. Crau. conſ. 4. Dec. conſ. 191. Affl. in Conſt. Regni Violentias, Caual.* qui omnes refert in proprio caſu poſſeſſionis paſcendi in *deciſ. 13. num. 16.* ampliando dictam concluſionem procedere, tàm in iuſta, quàm in iniuſta poſſeſſione.

Et hæc deciſio, quod poſſeſſor præfatus debet conueniri via ordinaria ſeruatis ſeruandis procedit in caſu noſtro, vbi prædictus N. primus emptor fundat intentionem, & anterioritatem in quadam cartula
38 priuata, quæ probationem, aut fidem aliquam non facit, niſi recognita, & verificata, *Bar. & DD. in l. ſcripturas, de fide inſtrum. Aret. conſ. 64. Socin. conſ. 274. lib. 2. Iaſ. conſ. 129. lib. 1.* cit. per *Crau. de antiquit. temp. & e. car. 59.* qui alios allegat.

Quæ cognitio, & verificatio ſcripturæ cum requirat altiorem indaginem, non po-
39 teſt fieri, niſi in iudicio ordinario, *tex. in l. ille, à quo, §. ſi de teſtamento, ff. ad Trebell. & l. 4. vbi Bar. & Iaſ. in §. condemnatum, ff. de re iudic.* imò cùm ſint probationes reſpicientes factum, & negotium principale, non admittitur, niſi poſt terminum probatorium, aut litis conteſtationē, vt per *Carauit. in ritu 274. & Muſc. in 3. parte gl. comparentes, n. 14. per e. exhibita, de iud. & ext. vt lite non cōteſt.*

Et non ſolum dicta cartula non facit fidem, niſi recognita in iudicio ordinario, vt ſuprà, ſed continet notorium defectum iuris agendi contrà ipſum Doctorem tertium
40 poſſeſſorem, cum ex contractu venditionis in dicta carta contento nō oritur, niſi actio perſonalis, quæ ſequitur tantum principales obligatos, & non tertios poſſeſſores, vt ex *tex.* ad literā *in l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. & l. 1. §. ſi hæres,* vbi *DD. ff. ad Trebell.*

Imò non ſolùm defecit ius contrà tertium poſſeſſorem, verùm etiam cōtra principalem contrahentem, cum venditio præfata ſit facta cum nuda, & ſimplici arra ducatorum ſex, quo caſu licitum eſt contra-
41 hentibus contrauenire ſoluta pœna arrarum, ſi vera ſunt carmina relata per *Oinot. Inſtit. §. 1. de empt. & vendit.* dicentia,

Arræ cum dantur pro ſe, pretioq; tenentur,
Partes ſeruare, quæ promiſere vicißim.
Cum dantur nuda, tunc nil, niſi pœna timenda.

Neq; obſtat, quod arra conſiſtens in quātitate videtur data in partē pretij, nam in contrarium eſt communis opinio, ſecundum *Bertach. in verbo arra.* C

Et poſito, ſine veri præiudicio, quod dicta emptio facta per N. aliquo modo ſuſtineret, & produceret actionem, talis actio notoria exceptione ſubmouetur, clariſſimum eſt in iure, quod primus emptor cum
42 ſolo titulo excluditur per ſecundum cū titulo, & poſſeſſione, vulg. *l. quoties, C. de rei vend. l. ſiue autem, §. ſi duobus,* cum concord. *ff. de Pub.* & quāuis *Hippol. de Marſ. in l. duobus, de falſis* limitet, regulam *legis quoties* non procedere in clerico vēdente, attamen in contrariū eſt communis opinio, vt refert C
Iaſ. ibid. ampliando *d. l.* comprehendere clericos, & actus iuratos, et addit, quod primus emptor non poteſt ſe opponere pro ſuo intereſſe, impediēdo immiſſionem, nec prohibendo venditorem, ne vendat, quæ notanda ſunt in caſu noſtro, nam ſi non eſſet data poſſeſſio, poſſet dari.

Ex quibus colligitur, quod Doctor ſecundus emptor legitimè poſſidet ius paſculandi glandes, & è conuerſo dictus N. nullam habet actionem contrà dictum Doctorem, & ſi fortè habet, debet illam dirigere iuris ordine ſeruato.

Quo in iudicio peragendo debet idem poſſeſſor manuteneri in ſua poſſeſſione, nec procedi ad ſequeſtrum, vt pars prætendit, quod omni iure eſt prohibitum in principio cauſę, maximè cum notus ſit poſſeſſor, imò
43 notiſſimus ex actis, quo caſu ceſſat omne ſequeſtrum, etſi procederetur per viam poſſeſſorij ſummariſſimi, vbi eſſet timor armorum, vt per *Dec. in l. fin. C. de edicto Diu. Hadr. toll. Iaſ. in l. 4. ff. ſi certum pet. Campag. in c. Regni Subditorum noſtrorum, Anch. q. 25. per tot.* nemini enim eſt auferenda poſſeſſio, & minus creditori, vt eſt ipſe Doctor emptor, qui in magna quātitate eſt inſtrumentarius creditor, & propterea habet ius retentionis in fundo poſſeſſo, & obligato, vt per *Neguſ. de pignor. in 4. membro,* qui multos alle-

allegat ; quos breuitatis cauſa omitto *V.I. Antonius Soldouerius.*

His igitur propoſitis, & excogitatis per Dominos, quibus fuit cauſa remiſſa ſub eorum peritiſſimo iudicio, ſic vnus ex ipſis, ad cuius terminationem cæteri ſe ſubſcripſerunt, laudum protulit.

Laudum.

Viſis de ordine Excellentiſſimi Domini elegantèr per ambas partes allegatis, & monito Magnifico V.I.D. Soldouerio, quia infrà terminũ de mandato citatus non docuit, & ex alijs adhuc vrgentiſſimis rationibus, conſulo iura Magnifici Albij Rota eſſe potiora, & proindè in glandiũ venditione eſſe præferendum.

Iacobus Adinolfus

Quo laudo promulgato quilibet quieuit, nec condemnatus ab eo appellare fuit auſus, ſed pacificè cum primo emptore deuenit ad amicabilem conuentionem, ſine aliqua alia iudicij ſtrepitatione, ità & talitèr, quod quilibet ſuum obtinuit intentum.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris potius attenditur, quam verborum ſollemnitas.*

2 *Caſus concluſionis proponitur, & diſceptatur per tot.*

3 *Pupillaris ſubſtitutio quid ſit.*

4 *Pupillaris ſubſtitutio à quo ſit introducta, demonſtratur.*

Vltima voluntas ab alterius arbitrio dependere non poteſt.

5 *Pupillaris ſubſtitutio fuit conſuetudine inuenta, priuſquam Roma fieret.*

Statutum, aut conſuetudo an poſſit inducere, vt quis pro alio teſtetur?

6 *Pupillaris ſubſtitutio ad hoc vt fieri poſſit, eſt neceſſe, vt inſtitutus ſit in poteſtate teſtantis.*

Pupillaritèr ſubſtituere emancipato filio non poſſumus.

7 *Mater non poteſt facere pupillarem ſubſtitutionem, & quarè.*

Mulier non habet filios in poteſtate.

8 *Mater quando poſſit filio ſuo pupillaritèr ſubſtituere.*

9 Tex. in l. ſi mater, ff. de vulg. et pupill. ſubſt. *quomodò intelligatur.*

10 *Pupillaris ſubſtitutio quibus, & à quibus fieri poſſit, remiſſiuè ponitur.*

11 *Pupillaris ſubſtitutionis effectus plures, remiſſiuè.*

12 *Pupillaris ſubſtitutio expreſſa continet in ſe tacitam vulgarem.*

13 *Subſtitutus pupillaritèr, ſuccedit in omnibus bonis pupilli, nondùm à patre, ſed etiam aliundè quæſitis.*

14 *Subſtitutus pupillaritèr, nondum coniunctos, verum etiam matrem excludit.*

15 *Pupillaris ſubſtitutio videtur, ſi pater dicat,* inſtituo filiũ meũ pupillũ, & poſt mortem ſuã ſine liberis ſuccedat talis ſubſtitutus.

Verbum, ſuccedat, *dicitur executiuum, quod pupillarem ſubſtitutionem importat.*

16 *Pupillaris ſubſtitutio etiam filio exhæredato fieri poteſt.*

Pupillaris ſubſtitutionis non eſt de eſſentia, vt pupillus ſit hæres.

17 *Prima cauſa ſucceſſionis eſt ab inteſtato deſcẽdentium, ſecunda aſcendentium, & tertia collateralium.*

Gloſa in auth. itàq; C. communia de ſucceſſionibus, *de quibus loquatur, remiſſiuè per argumentum.*

ARGVMENTVM.

Subſtitutio ſic concepta, *Faccio. N. mia figlia pupilla hærede, & à morte ſua ſenza figli che ſucceda. N. mio fratello,* an dicatur pupillaris, quæ poſſit excludere pupillo coniunctos?

DE PVPILLARI SVBSTITVTIONE.

CONCL. XXXII.

SI hodie verborum ſonu, & modali forma ſublatis circà vltimas hominum voluntates, non minus viuis, quam mortuis ſubuenitur, vt dixit
1 *Iuſtinianus in l. 2. §. fin. C. comm. de legat.* per
hæc verba, *Et nemo moriens putet, legitimã voluntatẽ reprobari, ſed noſtro ſemper vtetur adiutorio, & quemadmodum viuentibus prouidimus, ita & morientibus proſpiciatur,* quia attenditur potius humana voluntas, quam legalis ſollemnitas, vt *in d. §. fin.* in ijs dumtaxat intelligendum eſt, in quibus iuris rigor expreſsè aliud non ſeruari mandet. Debemus hac æquitate præſenti fauere huius idiotæ diſpoſitioni, vt non minus eius attendatur animus in ſuo ſimplici teſtamento, quam alterius in alio ſollemniſſimis declaratus ambagibus, & ſic cum quidam vir ruſticus vxorem haberet, inteſtata obijt, fœminina
2 prole relicta, quæ ei legitimo iure ſucceſſit,
& deindè cum veniret, & ipſe quoq; maritus ad vltimum extremumq; ſuæ vitæ laborem, ſic diſpoſuit, *Laſcio. N. mia figlia pupilla hærede, & à morte ſua ſenza figli che ſucceda N. mio fratello,* & ità teſtatus deceſſit, cuius fatum poſtmodùm ſequendo ipſa pupilla in parua ætate annorum quatuor, factus videtur ſubſtitutionis caſus, ſed impeditur à patruo defunctæ puellæ, qui eſt frater eius præmortuæ matris, dicens, non poſſe ſubſtitutum ſuccedere, quia bona ipſius filiolæ

erant

erant pro maiori parte materna, ab eo in
dotem data matri tempore matrimonij, &
ideò debent ad ipſum ſpectare, ſubſtitutio-
ne non obſtante, & reuerti ad dotantem,
ad quam oppoſitionem dilucidandam, præ-
ſens concluſio ſituatur, vt facti non minus,
quam iuris veritas dignoſcatur.

Quæ pendet à ſpeciei ſubſtitutionis co-
gnitione, ſi ſcilicet hæc ſubſtitutio ſit, vel
vulgaris, vel compendioſa, vel pupillaris, &
iſtam vltimam definiendo, tanquàm ad no-
ſtram quæſtionem oportunam, dicimus,
3 quod pupillaris ſubſtitutio eſt ſecunda di-
recta inſtitutio à patre filio impuberi in
poteſtate exiſtenti facta, ſub conditione, *ſi
hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit*, vt
per *Imper. Iuſtin. ad rub. de pupill. ſubſt.* vbi *gl.*
& reliqui *Scrib.* & ſignanter *Angel. in prin.*
quæ quidē pupillaris vllo legitimo iure po-
teſt dici introducta, quia non eſt poſſibile,
vt voluntas patris ſit voluntas filij, & è con-
uerſo, quoniam ſic lex non eſſet ſuper ra-
tione in hoc fundata, nec animā circa hanc
ſubſtitutionem poſſet dici habere, vt proba-
tur per *tex. in l. illa inſtitutio 32. vbi gl. Bar.* &
4 reliqui *Scribētes, ff. de hæredibus inſtit.* ibi, *Nam
ſatis conſtantèr veteres decreuerunt teſtamento-
rum iura ipſa per ſe firma eſſe oportere, non ex
alieno arbitrio pendere*, vndè moribus talem
pupillarem ſubſtitutionem conſtat eſſe in-
troductam per *tex. Inſtit. eod. tit. de pupill. ſub
§. 1.* vbi habetur ſic, *Nam moribus inſtitutū eſt*,
quamuis *gl. ibid. lit. H.* legat *à maioribus*,
quoniā confirmatur vera litera *tex.* per *Iaſ.
in l. moribus, ff. de vulg. & pupill. ſub nu. 1.* vbi
etiam *Ripa circà nu. 4. & Bolog. in ead. rubr. de
vulgari, nu. 51.* qui dicunt, & moribus, & con-
ſuetudine Lacedemoniorū talem ſubſtitu-
5 tionem fuiſſe introductam, priuſquàm Ro-
ma fieret, & ſatis apertè probatur *in l. 2.* vbi
gl. lit. A. ff. de vulg. per hæc verba, *Moribus in-
troductum eſt, vt quis liberis impuberibus teſta-
mentum facere poſſit, & cætera*, propter quod
Iaſ. vbi ſup. ait eſſe notandū, quod ſtatuto,
aut conſuetudine poteſt induci, vt quis pro
alio teſtetur.

Eſt tamen neceſſe (cum ſit probatum pu-
pillarem ſubſtitutionem moribus fuiſſe in-
troductam, & per leges toleratam) quod
6 qui illam facere intendit, filium pupillum
in eius poteſtate habeat, vt ex tradita defi-
nitione ſatis apertè colligitur, & propterea
filio emancipato pupillaritèr ſubſtitui non
poteſt, *Bar. & Iaſ. in d. l. moribus, iſte nu. 3. &
ille nu. 2.* & firmat *Connan. de vulg. & pupill.
ſub lib. 10. cap. 8. lit. C. fol. mihi 659.* & ſic ſimi-
7 litèr eſt dicendum de matre, talem ſcilicet
conſuetudinem pupillaritèr ſubſtituendi in
eam non extendi, dum non habet filios in
poteſtate, *§. fœmina, Inſt. de action.* & notarūt
DD. præcitati vbi ſuprà, ac etiam *Ripa in
ead. l. moribus, num. 22. & Aret. in d. rubr. de
pupill. ſubſt. Inſtitut. n. 10.*

Tametſi poterit hoc limitari, quando di-
ſponeret ſtatutum, aut conſuetudo regio-
nis, vt mater poſſet habere filios in poteſta-
te, nam tunc valeret pupillaris ſubſtitu-
8 tio, ità *Ripa in d. l. moribus nu. 22. & 23.* & cæ-
teri *DD.* relati per *Aret. d. nu. 10. & ſeq.* ratio
eſt in promptu, nam ideò mater non valet
pupillaritèr ſubſtituere, quia filij non ſunt
in poteſtate eius, hoc ei conceſſo, videtur
etiam permiſſa ſubſtitutio pupillaris.

Nec obſtat *tex. in l. ſi mater 33. ff. de vulg.
& pupil. ſubſtit.* vbi indiſtinctè legitur, ſine vi-
9 gore ſtatuti, vel conſuetudinis fuiſſe per
matrem factam pupillarem ſubſtitutionem
ſuo filio impuberi, & valuit diſpoſitio, quia
ibi non fuit pupillaris ſubſtitutio, ſed vulga-
ris expreſſa, quæ matri eſt conceſſa, & con-
tinebat pupillarem tacitam, vt docent *DD.
& gl.* præcipuè *in d. l. ſi mater.*

Quibus poſteà, & à quibus alijs fieri pro-
hibeatur, vel permittatur talis ſubſtitutio
pupillaris, de hoc non eſt opus ad præſens
10 agere, ſed recurre ad *DD. Inſtitut.* & ſignātèr
ad *Angel. d. nu. 10. & Oin. nu. 6.* ſi aliquid cir-
cà præpoſita tibi ſcire contingerit.

Connumerabo tamen tres huius ſubſti-
11 tutionis pupillaris effectus, tanquàm ma-
gis ſingulares, & ad concluſionem neceſſa-
rios explicandos, omiſſis omnibus alijs col-
locatis per *Bar. Iaſ. Rip.* & cæteros *DD. in d. l.
moribus.*

Primus igitur effectus eſt, quod expreſſa
pupillaris ſubſtitutio in ſe tacitam vulga-
12 rem continet, vndè ſi dixerit teſtator. *Inſti-
tuo filium meum pupillum hæredem, & ſi
adita hæreditate in pupillari ætate decedat,
ſubſtituo Mæuium*, nunc etiam ſi non adita
hæreditate decedat, quo caſu dicitur tacita
vulgaris, ſubſtitutus admittitur, *l. iam hoc
iure 4. vbi Alex. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Bar. &
Ripa in d. l. moribus, iſte nu. 41. ille n. 29.*

Secundus effectus oportunus ad præſen-
tem quæſtionem eſt, quod ſubſtitutus pu-
pillaritèr ſuccedit filio impuberi in omni-
13 bus, & quibuſcunq; bonis, ſiue à patre, ſiue
à matre, vel ab alijs conſanguineis, aut quo-
cunq; euētu habita ſint, *l. ſed ſi plures 10. §.
ad ſubſtitutos, ff. de vulg. & pupil.* ſub *§. non ſo-
lum, Inſt. de pupill. ſub. Bar. & Ripa vbi ſuprà*,
& ratio eſt, quia ſubſtitutus pupillaritèr nō
patri, ſed pupillo ſuccedit, & per conſequēs
in omnibus bonis eius admittitur.

Tertius eſt, quod per talem ſubſtitu-
tionem nondùm excluduntur conſangui-
14 nei, verum etiam & mater pupilli, vt nota-
tur *in cap. 1. §. fin. de teſtam. in 6. l. Lucius 45. ff.
de vulgari, & pupill. ſub.* & præcitati *DD.* no-
ta-

Digitized by Google

tarunt *in d.l.moribus* 5.*Bar. nu.*31. *Iaſ.nu.*30.
*& Ripa nu.*43.

Et his collocatis paulatim deuenire po-
terimus ad articuli terminationem, dum
puto, iſtam ſubſtitutionem eſſe pupillarem,
quia iam eſt facta à patre filiæ impuberi in
poteſtate exiſtenti, vt patet ſuprà *n.* 2. & li-
15 cèt non videatur adiecta illa conditio, *ſi
hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit*,
quia eſt teſtamentũ illiterati, debet ꝑ leges
ſuppleri, ità & talitèr, quod vera ſubſtitutio
pupillaris eſt cenſenda, & nè videar aliquid
potius voluntatis propriæ, quam veritatis
hic demonſtrare, vt mihi credatis, iſtam
ſubſtitutionem ſic conceptam pupillarem
eſſe, *Faccio N. mia figlia pupilla herede, &
à morte ſua ſenza figli che ſuceeda N. mio
fratello*, voluit *Bar.* per optimam ſuam iuris
deciſionem *in l.centurio, nu.*31.*ff.de vulg. &
pupillari ſub.* quem inde fuit ſecutus *in d.l.
centurio Iaſon nu.*50. *& ſeq.* vbi etiam *Ripa n.*
143. hac ratione, quia illa verba, *che ſuceeda
N. mio fratello*, ſunt executiua, quæ pupilla-
rem ſubſtitutionem important, ad quæ vi-
de etiam *Anton. Gomeſ. var. reſolut. tomo* 1.
*cap.*3.*de pupill.ſubſtit.nu.*15.

Vltra quod poſſumus dicere, & non ma-
lè, non eſſe de eſſentia pupillaris ſubſtitu-
16 tionis, vt ſit hæres, & ſic hęreditatem adeat
pupillus, quia videmus, talem pupillarem
fieri poſſe etiam pupillo exhæredato, *d. §.
non ſolum, de pupill.ſubſtit.* vbi *gl. verſ. exhære-
datis, d.l. ſed ſi plures* 10. *eod.§. ad ſubſtitutos,
de vulg. & pupill.l. qui fundum* 86.*§. qui filios,
ff. ad l.falcid.l.cum quidam* 24. *C.de legatis*, &
docuit per alia iura *Bar. in d.l.moribus, nu.*27.
ver. quarto principalitèr, & propterea dato,
quod in præſenti ſubſtitutione non ſit per
patrem dictum, *ſi hæres erit*, adhuc pupilla-
ris ſubſtitutio dicitur, concurentibus cæte-
ris requiſitis omnibus ad eam neceſſarijs,
vt conſtat.

Et ſi igitur res ità ſe habet, per tertium
effectum collocatum ſuperiùs *num.*14. ſatis
conſtat, iſtum ſubſtitutum debere admitti
iuxtà reſtantis intentionem, excluſo præ-
tendente, dum poterat iure tali teſtamen-
tum per patrem filiæ pupillæ fieri, hac ra-
tione, quia ſi eſſet mortua talis puella patri,
ipſe ſucceſſionem habuiſſet, ergò poterat
facere talem ſubſtitutionẽ, per quam à for-
tiori excluditur iſte patruus ex parte ma-
tris, dum probatum eſt, per pupillarem etiã
17 ipſam matrem excludi, quæ maiori præro-
gatiua eſt dotata, dum primo ſuccedunt
aſcendentes deſcendentibus, & deinde in
eorum defectu collaterales, vt in *§. ſi igitur
defunctus, el* 2. *auth. de hæred. ab inteſtato ven.
auth. ceſſante, C. de legitim. hæred.* & tantò ma-
gis, quod ſumus modo in terminis tranſuer-
ſalium ſuperiorum, qui ſunt in remotiori
qualitate, & conditione ſucceſſionis, *auth.
poſt fratres, la* 1.*C. eod. de legit. hær.* & per con-
ſequens tantò magis talis prætenſor per
ſubſtitutum videtur excluſus.

Nec præpoſita oppoſitio præiudicat, nẽ-
pè talẽ ſubſtitutũ debere ſuccedere pupillę,
ſed tantũ bonis habitis ex patre, ſecus autẽ
ex matre, quia illa ad ipſum patruum, pu-
pillæ dotatorem eius matris debent ſpecta-
re, dum in ſecundo effectu pupillaris ſubſti-
tutionis iam probatum eſt, quod ſubſtitu-
tus quando ſuccedit pupillo, non in bonis
tantum ex parte patris, ſed in omnibus
aliunde quomodocunquè quęſitis admitti-
tur, dotator omninò excluditur, dum talis
filiola non eſt mortua ab inteſtato, proptèr
quod poſſet dici, iſtum patruum ex parte
matris ſuccedere in bonis habitis occaſio-
ne matris, & patruum ex parte patris (ſicut
eſt ſubſtitutus noſter) ſuccedere in bonis
habitis ex parte patris, arg. eorum, quæ no-
tarunt *gl. & DD. in auth. itaq; C. communia de
ſuc. & in l.*3.*§. fin autẽ, in add. C. de bon. qua lib.*
ſed ex teſtamẽto, & ſic ſubſtitutus omninò
admittitur, cum probatum ſit, patrem pro
filio pupillo poſſe teſtari, quæ dicta ſi non
ſufficiunt pro articuli ſanctione, tuum ſit,
peritiſſime lector, iudicium aliud addere, &
rectiùs firmare ſuper præſenti concluſione.

SVMMARIVM.

1 *Legitima impropriè dicitur quarta, cum hodie ſit triens, vel ſemis, habito reſpectu ad numerum liberorum.*
2 *Legitima eſt triens, vel ſemis portionis eius, in qua ſucceditur ab inteſtatò.*
3 *Legitimam de iure naturali deberi, quomodò intelligatur?*
4 *Quærela inofficioſi ceſſat aduerſus teſtamentum patris, ſi legitima filio relinquatur.*
Sed ſi legitima non ſit iuſta, quid agendum?
5 *Legitima olim quo titulo relinquebatur, & quomodò hodie relinquenda ſit.*
6 *Titulus inſtitutionis dicitur honorabilior titulo legati, & alio quocumq;*
Legitima inſtitutionis titulo relicta, quos pariat effectus?
7 *Quærela inofficioſi datur etiam parentibus contrà filiorum teſtamenta, quando non exiſtentibus deſcendentibus eis legitima non relinquitur.*
8 *Filij de neceſſitate ſunt hæredes inſtituendi, vel cum cauſa exhæredandi, & quid de parentibus dicendum eſt, an ſcilicet eodem modo ſint de neceſſitate inſtituendi, etiam ab emancipatis, num.*11.
9 *Legitima debetur aſcendentibus iure poſitiuo.*
10 *Filiusfamilias in quibus poſſit teſtari?*

11 *Vl-*

11 *Vltima voluntas ab alieno arbitrio dependere non poteſt.*
Conſuetudo viget in Gallia, quod filiusfam. maior reputatur pro emancipato, ſi annum 25. excedat, qui omnia poteſt facere, vti pater familias, & ſignantèr teſtamentum.
12 *Legitima debetur parentibus proptèr honorem, & pietatem.*
Mater dicitur pro filio onerosa, doloroſa, & laborioſa.
13 *Filius miles dato in ſuo teſtamento legitimam non relinquat parentibus, eius teſtamentum per querelam inofficioſi non rumpitur.*
14 *Legitima aſcendentibus, ſiue parentibus etiam titulò inſtitutionis relinqui debet.*
15 *Legitima aſcendentium aucta eſt, ſicut illa deſcendentium.*
16 *Legitima habetur loco æris alieni.*
17 *Legitima debetur libera ab omni onere, dato, quod tendat circa tempus, ſed quomodò hoc intelligatur, habetur n. ſeq.*
18 *Quilibet rei ſuæ eſt moderator, & arbiter.*
19 *Legitima debetur de rebus hæreditarijs, & patrimonialibus.*
20 *Legitima an poſſit aſſignari in pecunia, vel in re particulari, diſputatur vſq; ad nu. 22.*
21 *Mulier non poteſt renunciare beneficio Maced. in Regno noſtro.*
Legitima debetur filio arbitrio boni viri.
22 *Conſuetudo, vt filijs detur legitima in pecunia, eſt attendenda.*
23 *Filius inſtitutus hæres, ſi non conficiat inuentarium, an poſſit legitimam perdere?*
24 *Filius an propter delictum patris, legitima priuetur?*
25 *Filia quando priuatur legitima etiam in bonis maternis, ob crimen læſæ Maieſtatis per patrem commiſſum?*
26 *Legitima non augetur auctis facultatibus, ſed benè falcidia.*
27 *Quod ampliatur, dato ſit aſſignata per patrem, ipſo viuente.*
28 *Vel ſit aſſignata poſt mortem patris.*
29 *Legitima eſt quota hæreditatis, ſed non quota bonorum.*
30 *Legitima non poteſt augeri, dato quod patrimonium augeatur ex cauſa de præterito.*
31 *Quarta legitima, an diminutis bonis, diminuatur, & quid de falcidia? remiſſiuè.*
32 *Legitima an ſit danda à patre filio condemnato, vt pro pœna ſoluatur, vſq; ad nu. 40.*
33 *Pater an cogatur in vita filio legitimam dare? & nu. ſequentibus.*
Pater ſi legitimam ſuo filio aſſignauerit, an poſſit illam renocare?
34 *Beneficio ſuo quilibet poteſt renunciare.*
Tex. *Sacra Scriptura apud* Luc. 15. *declaratur.*
37 *Pater quarè non teneatur eo viuente filio dare legitimam, & nu. 39.*
Filius ob vitium ingratitudinis poteſt exhæredari à patre, etiam à legitima.
38 *Melius eſt non ſoluere, quam ſolutum repetere.*
Melius eſt à principio intacta iura ſeruare, quam poſt malum perpatratum remedium quærere.
41 *Statuto an poſſit diſponi, ne filio legitima detur, & nu. 44.*
42 *Statuta, ſeu iura municipalia dicuntur ius ciuile.*
Ius ciuile iura ſanguinis auferre non poteſt.
Legitima loco alimentorum ſuccedit.
43 *Legitima poteſt per ſtatutum minui.*
Legitima aſcendentium an poſſit per ſtatutum tolli? & nu. ſeq.
46 *Legitima debetur matri ſuper bonis filij.*
47 *Et eſt aucta, ſicut legitima deſcendentium ſuper bonis aſcendentium.*
48 *Caſus nouitatem ſapiens proponitur, an ſcilicet pupillaris ſubſtitutio matrem excludat, etiam à legitima, & diſcutitur vſq; ad finem.*
49 *Pupillaris ſubſtitutio quomodò concipiatur.*
50 *Mater per pupillarem expreſſam excluſa à legitima, quarè non poſſit per eam proponi querela inofficioſi aduerſus teſtamentum mariti?*
Pupillaris ſubſtitutio dicitur teſtamentum patris, & teſtamentum filij.
51 *Pupillaris ſubſtitutio etiam in conſcientia excludit matrem à legitima.*
Laudatur Didacus Couarruuias.
52 *Pupillaris tacita ſub vulgari expreſſa contenta, matrem non excludit.*
53 *Vulgaris ſubſtitutio quãdo matrem excludat?*
Voluntas teſtatoris per veras cõiecturas declarata, habetur pro expreſſa.
54 *Pupillaris tacita quando matrem excludere videatur?*
55 *Vulgaris tacita ſub expreſſa pupillari comprehenſa, matrem excludit.*

ARGVMENTVM.

Quarta, ſeù legitima quibus, quomodò, & à quibus debeatur, & an mater per expreſſam pupillarem ſubſtitutionem illa priuetur?

DE QVARTA, SEV LEGITIMA.

CONCL. XXXIII.

Sanguinis coniunctioni lex fauens prouidere curauit immoderatis parentum diſpoſitionibus, tàm ſi rationabilis, quàm ſi irrationabilis videatur diſpoſitio, vndè quomodocunq; ſit, quartam, ſeu legitimam, vult de bonis à genitoribus, filijs deberi, & è conuerſo, ne præponatur voluntarium beneficium naturali debi-

debito, & quia vtilis eſt materia, & noua
mihi occurrunt ſub ea nonnulla dicere,
oportunè de quarta, ſeu legitima hic agere
ſui arbitratus.

Legitima itàq; dicitur quarta, ſed im-
propriè, quia quarta hodie nõ eſt, ſed prius
ſic debebatur, dum habetur reſpectus ad
numerum filiorum, & dicitur triens ſi ſunt
1 quatuor, aut infrà, & ſemis ſi ſunt quin-
que, aut plures, iuxtà carmina tradita per
Alber. in auth. nouiſſima, C. de inoff. teſt. vbi
etiam *gl.*

Quatuor, aut infrà dant natis iura trientem,
Pluribus, aut ſuprà dant natis iura ſemiſſem.

Quę propoſitio probatur per expreſſam iu-
rium diſpoſitionem in *§. frequentèr igitur,*
auth. de triente, et ſemiſ. d. auth. nouiſſima, Ripa
in l. in quartam, nu. 131. ff. ad l. falc. ſed intelli-
2 gitur illius portionis, in qua filius eſt ab in-
teſtato ſucceſſurus, vt omiſſa omnium *DD.*
ſchola docent *Peregr. de fideicomm. articulo*
36. nu. 2. & Capyc. deciſ. 211. num. 4. & eſt *tex.*
apertus *in l. parentibus 8. C. de inoff. teſt.* cum
gl. in §. quod autem, Iuſt. eod. tit. lit. D. et in auth.
nouiſſima, C. eod. vbi Iaſ. in princ.

Et iſta legitima de iure naturali debetur,
vt probat mihi *tex. in l. cum ratio la 1. ff. de*
3 *portionibus, quæ lib. damnat. deb.* dum apud
alios ſituatur iſta *lex* ſub *tit. de bonis damna-*
torum, l. ſcripto 6. in fine, §. non ſic parentibus, ff.
vnde liberi, & de iure canonico eſt *tex. in c.*
Raynutius 16. de teſtam. Ripa in 2. reſponſo, n. 1.
Peregr. vbi ſuprà *nu. 71. Viu. in ſua Sylua opin.*
811. nu. 4. tamen hoc procedit quòad obli-
gationem, dum iure alimentorum ſuccedit,
ſecus verò quòad quotam, dum quartæ ta-
xatio de iure poſitiuo dicitur introducta
C ſecundùm omnium Scribentium commu-
nem diſtinctionẽ, quam comprobanit idem
Ripa in l. in quartam, nu. 132. ff. ad l. falcid.

Vndè relicta hac quarta per parentes nõ
ingratis liberis, non poterit aduerſus teſta-
4 mentum proponi quærela inofficioſi, atta-
men ſi integra non fuerit, ad eius ſupple-
mentum datur actio, *§. ſed hæc, Inſtit. de inof-*
ficioſo teſtam. verſ. ſin vero, l. cum quæritur 6. l.
omnimodò 30. & l. ſcimus 37. C. eod. Eman. Sà
Societatis Ieſu *in ſuo aphor. in verbo legitima,*
gloſ. in §. igitur quartam, lit. T. & eſt *tex.* etiam
in *§. hæc autem diſpoſuimus, auth. vt cum de*
app. cognoſc. cum *Bar. in l. omnimodò in princ.*
C. de inof. teſt.

Quæ olim ſecundùm *tex. Inſtit. de inofficio-*
ſo teſt. d. §. igitur quartam poterat relinqui
5 quocunq; titulo, ſiue legati, ſiue fideicom-
miſſi, & validum erat teſtamentum, prout
idem probatur *in. §. 1. circà finem, auth. de*
trien. & ſemiſ. hodie vero ad maiorẽ ſecuri-
tatem illius validitatis diſpoſitũ eſt de iure
nouiſſimo authenticorum per *§. aliud quoq;*
capitulum, col. 4. ſub tit. vt cum de appell. co-
gn. ſc. vt inſtitutionis nomine relinquatur,
prout inde notarunt *gl. in d. §. igitur quartam,*
lit. Z. & gl. in d. §. 1. ac Iaſ. in d. auth. nouiſſ.
nu. 13. & 23. Peregr. d. art. 36. num. 55. Clar. §.
teſtamentum, q. 38. in princ. Rou. in deciſ. 22.
num. 10.

Nec poterit denegari, nouiſſimam iſtam
diſpoſitionem valdè rationi eſſe conſenta-
neam, quia titulus inſtitutionis eſt quo-
cunq; alio honorabilior, ſecundùm reſcrip-
6 tum Diui Pij relatum in *lege filium 5. §. ſed*
& ſi portio, ff. de leg. præſtand. & tantò magis,
quod vtilia plura producit, & ſignantèr,
quod dum filius de neceſſitate eſt inſtituen-
dus hæres, vel cum cauſa exhęredandus, in-
ſtitutus in legitima non poterit dici exhæ-
redatus, & per conſequens nõ habebit quæ-
relam aduerſus tabulas, immò ſi hoc repu-
tatur beneficium patris, vt eius diſpoſitio
non inualidetur, non minus commodum
ſequitur filio in legitima inſtituto, quia ſi
hæres vniuerſalis inſtitutus à patre hære-
ditatem repudiauerit, ipſi filio accreſcit ex
capite inſtitutionis in legitima, ſecundum
communem *DD.* ſententiam in præcitata C
auth. nouiſſima, de inoffic. teſt. vbi ſignantèr
Bar. num. 2.

Et non ſolum talis quærela competit
filijs aduerſus patris teſtamentum, quando
dicta legitima non relinquitur, verum etiã
& patri contra filij diſpoſitionem, ſi præte-
riti fuerint: deſcendentibus tamen per ip-
7 ſum filium non exiſtentibus, dum iſti obti-
nerent primum locum in ſucceſſione, *§. ſi*
igitur defunctus el 1. cum ſeq. auth. de hæred. ab
inteſt. ven. gl. in auth. defuncto, C. ad Senat. conſ.
Tertull. quod aſſumptum probatur in §. 2.
Inſt. de inoffic. teſt. ibi, *non autem liberis tantum*
permiſſum eſt teſtamentum parentum inofficio-
ſum accuſare, verumetiam liberorum parenti-
bus, & aduertit hic *gloſ. lit. V. l. 1. & l. nam &*
ſi 15. ff. eod. nuper citato *tit. & Peregr. de fi-*
deicomm. eod. art. 36. nu. 44. & ſeq. quia ſi de-
ſcendentes filij neceſſariò debent ſuccede-
re hærèdes, vel cum cauſa exheredari, vt ta-
8 ctum eſt, & probatur *in §. ſiuè igitur, auth. vt*
cum de appell. cognoſc. Coraſ. in lib. 6. miſcel. iu-
ris ciuilis, cap. 11. in fine, Bal. conſ. 84. lib. 4. &
eſt communis omnium ſententia relata per C
Viu. in ſilua comm. opinion. opin. 313. in princ.
& propterea ne hac de cauſa teſtamentum
annulletur, ipſis eſt legitima relinquenda,
vt diximus, quando forſan non adeſt firma
occaſio illos ab integra ſucceſſione priuan-
di, attenta diſpoſitione *auth. non licet, C. de*
lib. præter. eadem ratione videmus erga pa-
tres, filijs ſuperuiuentes etiam prouiſum, vt
in d. §. ſiue igitur, vbi *Bar.* & per conſequens
legitima, quæ eis debetur in bonis liberi
præ-

prædefuncti, non tamen iure naturali, ſed
9 poſitiuo, vt docuit *Ripa in* ſupra citato *reſ-
ponſo 2. nu. 2.* ſi non relinquatur, per quære-
lam inofficioſi, teſtamentum ipſius in ijs ca-
ſibus, in quibus teſtari permiſſum eſt, benè
rumpitur.

Et prædicta nondùm vendicant ſibi lo-
cum in filio in poteſtate exiſtenti, quando
de peculio caſtrenſi, vel quaſi intendit di-
ſponere, cum in hoc caſu ei teſtari permit-
10 tatur, vt probat mihi *tex. in §. ſciēdum, il fin.
Inſt. de milit. teſt.* dùm regularitèr exiſtentes
filij ſub patris poteſtate, teſtamento conde-
re prohibētur, vt in *tit. Inſt. quibus non eſt per-
miſſum facere teſt. l. qui in poteſtate 7.* vbi *gl.*
concordantia allegat, *ff. de teſtam. l. ſenium 3.
§. filium, C. qui teſt. facere poſſunt*, ſtante quod
11 vltima voluntas ab alieno arbitrio depen-
dere non poteſt, *l. illa inſtitutio 32. ff. de hæ-
red. inſtit.* verum etiam in filio emancipato,
quamuis à patria poteſtate ſolutus videa-
tur, *l. emancipati 36. ff. de adop.* & circa hoc in
Gallia conſuetudo viget, vt refert *Oinot. in
§. prætereà, Inſtit. quibus mod. ius patriæ pot. ſolu.*
quod filijfam. maiores 25. annis pro eman-
cipatis reputantur, dato, quod emancipati
non fuerint, ità vt omnia agere poſſint, &
inter cæteros actus poſſunt teſtari, & teſta-
mentum valet, ſecundùm *Om.* vbi ſuprà *n. 8.*
tamen ſi legitima parentibus non relinqui-
tur, nulla redditur diſpoſitio, quia iſta geni-
toribus debetur proptèr honorem, & pie-
12 tatem erga eos habendam, vt in *l. nam & ſi
parentibus 15. ff. de inoff. teſt.* & præcipuè ma-
tri, in recompenſam etiam dolorum, & peri-
culorum, quæ ſubſtinuit, & paſſa fuit, dū di-
citur ante partum oneroſa, in partu dolo-
roſa, & poſt partum laborioſa, *cap. 2.* vbi *gl.
de conuerſione infidelium, l. aſſiduis 12. §. quis
cum, C. qui pot. in pign. hab. & de Franch. deciſ.
259. nu. 10.*

Limita tamen hoc in teſtamento filij
militis, etiam in poteſtate exiſtentis, nam
13 teſtando de caſtrenſe peculio, licet patrem
exhæredet ſine cauſa, aut illum prætereat ſi-
ne legitima, teſtamentum valet, & per quæ-
relam non poterit annullari, per *tex. in l. te-
ſtamentum militis 24. C. de inoffic. teſt.*

Immò à liberis eſt relinquenda talis le-
gitima parentibus, etiam ſecundum termi-
nos *§. aliud quoq; capitulum, auth. vt cum de
appellatione cogn.* prout quæſtionis articu-
lum diſputando in *§. agitur quartam Arct. In-*
14 *ſtit. de inofficioſo teſt. ſub num. 2.* firmauit per
Imol. & Iacob. de Beluiſ. contrà *Bar. in auth.
nouiſſima, C. cod.* ſuper cit. *tit.* cuius ſententiæ
ratio poterit eſſe, quia cum pater, & filius
ſint correlatiua, ad imparia iudicari non
debent, & ſic ſi inſtitutionis titulo à paren-
tibus eſt legitima filijs relinquenda, eodem
modo debet à filijs relinqui parentibus,
quam opinionem contrà *Bar.* communem C
putauit *Theſ. deciſ. 58. num. 1.* qui infrà *nu. 3.*
docet, & demonſtrat, quando titulo inſtitu-
tionis dicatur relicta.

Vt de ſimili videmus æqualitatem ſer-
uandam, dum hodie aſcendentium legiti-
ma eſt aucta, ſicut legitima deſcendentium,
15 per *Bar.* doctrinam *in l. ſi à milite, §. fin. ad
principium, ff. de teſt. m. milit.* & in pluries ad-
ducta *auth. nouiſſima,* vbi etiam *Iaſ.* cum reli-
quis Scribētibus, *C. de inofficioſ. teſt. Vaſquez
de ſucceſſ. creat. §. 20. n. 283. Couar. 4. decretal.
parte 2. cap. 8. §. 4. num. 12. Theſ. in deciſ. 172.
nu. 3. & Capyc. dec. 211. nu. 5.*

Quæ quidem legitima, quia æs alie-
16 num dicitur, & loco æris alieni habetur, vt
per Scribentes diuerſis in locis firmatur, &
præcisè per *Angel. in l. Papinianus, §. ſi quis
impubes, ver. nota, quod quarta, ff. de inoffic. teſt.
Peregr. de fideicomm. art. 4. n. 14. & ſeq. Viuium
opin. 811. num. 4. & Præſidem de Franch. deciſ.
374. nu. 4.* adeò eſt priuilegiata à iure, quod
libera citrà onus aliquod debetur, etſi ten-
17 dat circà temporis dilationem, aut condi-
tionem, vt *in l. omnimodò 30. & l. quoniam in
prioribus 31.* vbi *gl. Bar. & Salye. C. de inoffic.
teſt. Peregr.* ſuperiùs *cit. artic. 36. nu. 61. Viu. in
ſua ſylua, opinione 455. nu. 2. & opinione 460.
in princ. & de Franch. deciſ. 127. nu. 6.*

Nullatenus hæc intelliguntur, quando
imponeretur onus ab illo, qui tenetur legi-
18 timam dare, inuito eo, cui debetur, ſecus
tamen ſi conſentiat, vt imponatur onus,
dum quilibet rei ſuæ eſt moderator, & arbi-
trer, *l. in re mandata 21. C. mandati, Couar. in c.
Raynaldus, §. 2. nu. 4. vol. 1. de teſtam. Menoch.
de arbitr. iud. caſ. 163. & Præſ. de Franch. dec.
525. nu. 20.*

Et, quod plus, de patrimonij ſubſtantia,
& hæreditarijs rebus, & non de alienis bo-
nis, vel de fructibus hæreditatis tradenda
19 eſt, vt notatur in *l. ſeimus 37. §. repletionem,
C. de inofficioſo teſt.* cum ibi notatis per *gl. &
DD.* quibus adde *Peregr. d. art. 36. num. 143.
Menoch. de arbitr. iud. caſu 163. num. 8. & Viu.
com. opinionum, opinione 454. nu. 3. & opinione
459.* vbi ſimilitèr alia perpendit circà hanc
materiam *nu. 7.*

Vndè ex his firmatis vtilitèr quæritur,
dum de bonis hæreditarijs legitima debe-
tur, an poſſit detrahi in vna tantum re, vel
20 valeat in pecunia aſſignari? & in hac *Cynus,*
& nonnulli alij in *auth. res, quæ, C. communia
de leg.* partem affirmatiuam ſubſtinuerunt,
cum quibus concurrit *Menoch. d. caſu 163. n.
3. 4. 5. 6. & ſeq.* contrariam verò partem, &
ſic, vt non poſſit filius compelli ad recipien-
dam legitimā in pecunia, vel in re particu-
lari, ſed illam ipſi deberi ſuper quibuſcunq;

corporibus hæreditarijs, ſubſtinuerũt *Iaſ. in*
l.non amplius,§.cùm bonorum,nu.7.ff.de leg.1.
Alex.in l.in quartam , ff. ad l. falc. vbi *Paul.à*
C *Montepico* hanc cẽſet eſſe communem ſen-
tentiam,*col.50.Ripa in d.l.in quartam,n.126.*
Dec. conſ. 81. col. fin. Bero.conſ.301.Curt.iun.
conſ.21.col.4.Peregr.de fideicomm.artic.4.nu.
15.Vin.in Sylua com.opin.455.num.5.& Boer.
*deciſ.204.n.13.*ac *Fachin.*qui poſt examina-
tum articulum ſic tenet *in lib. 4. contr. iur.*
cap. 33.

Attamen ſi concurrat filii voluntas,vt ſit
contentus in pecunia , vel in vna tantum re
legitimam,ſuam accipere portionem , non
procedit vltima communis ſententia , ſed
prima,quia cum forſan propter commodi-
tatem , & fauorem filii introductum ſit ei
licere ſuper omnibus rebus legitimam ca-
pere,quilibet poterit ſuo fauori renũciare,
excepta tamen muliere circà Macedonia-
num,vt in *prag. 1. ſub rubr. ad Senat.conſ.Ma-*
21 *ced.*quæ circà hoc iam terminauit quæſtio-
nem,valdè diuerſimodè ventilatam per *DD.*
& dixit *de Franch.dec.495.n.4.* quamuis *Ho-*
dierna dicat , valere talem renunciationem
poſtquàm eſt certiorata rata mulier,vt in *q.*
49.ad l.hac edict.nu.52. ꝙ expreſsè per dictã
*prag.*refutatur,& ſic arbitrio boni viri hic à
fortiori poteſt procedi doctrina *Bar. in l.*
ſuus quoq; nu.10.ff.de hær. inſt.& de Affl.deciſ.
*162.nu.3.*vt dicto filio debeatur,concurren-
te eius diſpoſitione,& animo.

Sic etiam ſi vigeat alicuius regionis con-
ſuetudo , vt poſſit filiis legitima in re parti-
culari , vel in pecunia dari,eſt attendenda ,
22 vt docet *Ripa in d.l.in quartam,num.127.*vbi
ait,etiam propoſitã difficultatem procede-
re in deſcendentibus,ſecus autem in aſcen-
dentibus,dum eorum legitima , illis inuitis
poterit in pecuniã aſſignari.

Sed dubitatur , an ſi filius inſtitutus hæ-
res,& hæreditas ſit onere debitorum , & le-
gatorum grauata , ſi non conficiat inuen-
tarium , legitimam perdere poſſit? hæc po-
23 teſt in diem euenire quæſtio , & tanquàm
vtilem hic terminandam duxi per doctrinã
gl.in auth.hoc amplius,ver.naturale, C.de fidei-
*comm.*vbi eam ſequũtur *Cyn.Bar.*& alii,& eſt
C communis hæc omnium Doctorum ſen-
tentia,vt refert *Peregr.de fideicomm.in tit. de*
legitima , nu.140.fol. mihi 207.ac ex profeſſo
Fachin. per diſputatã quæſtionem *controu.*
iur. lib. 4. contr. ſiue cap. 34. idem firmauit,
quod non poterit legitimam perdere,attа-
men ſubtiliſſimus *Couar.in cap. ſi hæredes,ſub*
num.9. ver. item illud adnotandum eſt,de teſta-
*mentis,*poſt longam in iſto articulo diſputa-
tionem , vt magis veritati videatur proxi-
mus diſtinguendo concludit , quod ſi filius
probauerit,vllam eſſe in hæreditate fraudẽ
commiſſam,& non priuatur legitima, & ſic
procedit affirmatiua tradita ſententia , ſe-
cus tamen ſi talis abſuerit ꝓbatio , nam cũ
hæreditas de per ſe opulenta præſumetur ,
ſoluto ære alieno,& adimpletis legatis,ipſe
filius debet legitimam perdere.

Et quid ſi pater proptèr aliquod deli-
ctum enorme ſit ad ſupplicium condemna-
tus, & bona iam confiſcanda veniant,an fi-
lius priuetur legitima ? & regularitèr di-
cas, quod in ordinarijs delictis non amittit
legitimam , quia non portabit filius iniqui-
24 tatem patris,*tex.* eſt in *l. 1. §. 1. ff. de bonis*
*damnatorum,*ibi,*etiam ij, qui antè concepti , &*
poſt damnationem nati ſunt,portionem ex bonis
patrum damnatorũ accipiunt,& latiſſimè *Theſ.*
dec.198.& *deciſ.104.*vbi diſputat,quanta ſit
iſta legitima,quæ debetur filijs de bonis pa-
rentum damnatorum, ſecus tamen in deli-
ctis exceptuaris , prout eſt crimen hæreſis ,
vt in *l.Manicheos 4.C. de hæret. & Manichæis,*
auth.gazaros,C. eod. & crimen læſæ Maieſta-
tis, vt in *l. quiſquis 5. §. filij , & ſeq.C.ad l.*
Iul. Maieſt. tametſi quãuis Fiſcus,vt in præ-
citatis iuribus,ſuccedat,& ſẽtit *Boniſ.de Vi-*
*tal. in tit.de crim.hæres,circa n.10.*nullatènus
filiæ debent habere dotem competentem ,
cum in eis non poſſit conſiderari ratio po-
ſita per *gl.in d.§. filij, ver. in quibus* cũ verſu,
Sæpè ſolet ſimilis filius eſſe patri.
Vndè ſtatuit *tex. in d. l. 5. §. ad filias,* vt eis
falcidia de bonis maternis debeatur,dum-
modò ipſa mater non habuerit partem in
25 dicto delicto , quia tunc & filij , & filiæ pri-
uarentur ſucceſſione, ſicut dictum eſt in pa-
tre,ità *gl.Azon.in d.§.ad filias,lit.P. verſ. mi-*
*nus auferat,*ad quæ pro maiori exuberantia
vide *Angel .in §. interdum,Inſt. de hæred. quæ*
ab inteſt.deſer.Tractatũ de crim.læſæ Maieſt.In-
certi authoris in volumine omnium tract. crimi-
nalium , quæſt. 1. fol. mihi 44.Martinum Lau-
denſ.ſub rubr.de crim. læſ. Maieſt. quæſt.24. &
iurium noſtrum coacernatorem *Borr. ſum-*
ma deciſ.tom.3. tit.4.de iure dotium,& tit.5.de
*priuil. dot.*cum *Blanco pract.crim. ver. verum*
quia quandoq; nu.87.ac Couar.var. reſol. tomo
*2.lib.2.cap.8.*ſuprà *nu.8.& Ricc. ad dec. de*
Franch.133.ver.ſicuti etiam.

Et quamuis ſit viſum,eſſe legitimam val-
de priuilegiatam , nullatènus circà augmẽ-
tum eius,ſi bona,ſuper quibus debetur au-
geantur,vllam retinet prærogatiuam , pro
26 vt ex profeſſo examinauit *Dominus de Affl.*
*deciſ.382.*vbi *Vrſ.* tametſi concludunt,benè
falcidiam augeri,vndè eſt dicere circà hoc ,
quod falcidia eſt magis priuilegiata, quam
legitimma,vt etiã firmauit *Præſ. de Franch.*
deciſ.133.nu. 8. præcedentibus dictis *Iacobi*
de Butr. cum ſequela *Bal. in l. fin. col.2.verſ.*
quid ergo ſi tempore , C. de vſur. rei iudicatæ,&
la-

Digitized by Google

latiſſimè *Peregr. de fideicomm. art. 36. nu.* 19.
27 Quæ concluſio Primò declaratur, quando in vita eſſet conſignata legitima, nam ſi in morte eorum, à quibus debetur bona aucta reperiantur, non augetur, vt loquitur idem *Præſes in d. deciſ.* 133. præcitato *nu.* 8. quicquid in contrarium teneat *Facb. lib.* 4. *controu. iur. cap.* 27.
28 Secundò declaratur, quando conſignatur poſt mortem patris, nam ſi bona ſint aucta in hæreditate in maiori quantitate, qua erant patre viuente, debetur tantum de illis, quæ extabant, cum in humanis ageret is, per quem legitima danda erat, vt docet *Iaſ. in auth. nouiſſima, num.* 5. *C. de inof. teſt.* & *Peregr. d. nu.* 19. per optimam rationem, quia legitima non dicitur quota hæredita-
29 tis, ſed quota bonorum, vt ait *de Affl. d. deciſ.* 382. *num.* 2. quamuis contrarium teneat *Facb. d. lib.* 4. *cap.* 26. potius ad ingenioſum ſe oſtendendum, quam ad iuris veritatem fatendum.

Tertiò declara, etſi augmētum ſuperue-
30 niſſet, ex cauſa de præterito, ſi forſan cęptū erat iudicium in vita, & deindè poſt mortem teſtatoris per ſententiam eſt aucta hæreditas ex lite mota, vt optimè firmauit *Peregr. d. art.* 36. *n.* 20. & in his terminis de-
D ciſum refert articulum *de Affl. in dec.* prędicta 382.

Et quid ſi diminutis bonis, quarta, ſeu legitima diminui debeat, & quid de falcidia?
31 in vtroq; caſu altiorem indaginem non requiri putatur, cum reperiatur litteralis deciſio *Vlpian. lib.* 14. *ad edictum in l. Papinianus* 8. *§. ſed an & libertates, ff. de inof. teſt.* & ſic ſine aliqua *DD.* altercatione per dictum *tex.* poterit cauſas determinare, ſi forſan euenerint.

Sed hic dubitare contingit, vtrum filio in
32 poteſtate exiſtenti patris, damnato ex contractu, vel delicto, ſi non habeat aliquod peculium, vel caſtrenſe, vel quaſi, pater teneatur legitimam dare, vt pro pœna ſoluatur.

Hæc quidem quæſtio pendet ab altera, nempè an pater teneatur in vita ſua filio legitimam dare? & ſic iſtam ſoluendo prius, deinde aliam terminabo, cum vnius concluſio ſit terminatio alterius, vnde eſt tenēdum pro negatiua ſententia, vt ſcilicet pater non poſſit adſtringi ad dandam eo viuēte ſuo filio legitimam, per *tex. in l.* 1. *§. ſi im-*
33 *puberi, in fine, vbi gl. & Bar. ff. de collat. bonorum,* ſic tenet *Fabian. in repetitione auth. nouiſſima, num.* 78. *C. de inoff. teſt. Oinot. in §. filius familias, num.* 2. *Inſt. de oblig. quæ ex quaſi del. naſc. Pereg. eod. ar.* 36. plurimis citato, ſub *tit. de legitima, nu.* 14. *Præſ. de Franch. deciſ.* 133. *per tot.* vbi latiſſimè *Addentes, Anton. de Amato reſolutione* 64. *nu.* 5. *tomo* 2. & ſic patet, in fauore genitoris eſſe introductum, ne cogi poſſit in eius vita ad dandum liberis legitimam, quod adeo verum eſt, quod ſi de ſua voluntate forſan illam aſſignaſſet filijs, valeret pœnitentia ductus talem aſſignationem reuocare, vt per *Bal. in l.* 3. *C. de vſucap. pro don. & Iaſ. in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb.* docet *Peregr.* vbi ſuprà *nu.* 15.

Attamen Primò hoc limitatur, ſi ipſe pater voluerit de bono, & æquo, ac de ſua ſpōtanea voluntate ſuo genito legitimam aſſignare, vt per *Dominum de Franch. d. dec.* 133. *nu.* 2. & tunc demùm ſi ex aliqua cauſa motus id faciat, ſi forſan filius petat immoderata, & ſuperflua alimenta, quia poterit dicere, tolle quod tuum eſt, & valde, ità dictus *de Franch.* vbi ſuprà *nu.* 6. & per *Bar. in auth. ſi qua mulier, in fin. C. de Sacroſ. Eccl.* firmat *Bor. ſumma deciſ.* alios adducto *tit. de iur. dot. nu.* 170. ex ratione alias adducta, quod quilibet ſuo poterit beneficio renunciare, *cap. ad*
34 *Apoſtolicam* 16. *de regul. & tranſ. ad relig.* arg. *tex. in l. pen. C. de pact. Muſc. ſua praxi fideiuſſoria, modo* 7. *nu.* 2. Et ex his habetur verus intellectus ad Sacram Scripturam apud *Luc. cap.* 15. vbi filius prodigus recepit à patre portionem ſuam, non quod pater fuiſſet obligatus eam in vita ſua aſſignare, ſed quia de ſua volūtate voluit illam dare, prout declarauit *Iaſ. in l. in ſuis, n.* 18. *ff. de lib. & poſth. Oinot. in vltimo loco* citato, & idem *de Franch.* vbi ſuprà.

Secundò limitatur, quādo pater eſt prodigus, ità quod bona in diem dilapidare videtur, nam tunc tenetur dare filio legitimam, ne ſua diſordinata liberalitas ſit alte-
35 ri nociua, per innumeros DD. concludunt *Surd. de alim. tit.* 8. *priuil.* 26. *num.* 10. *Peregr. d. art.* 36. *num.* 16. *Vrſ. ad D. de Affl. deciſ.* 393. *num.* 2. *& Reuerendiſs. Ricc. ad Præſ. de Frāch.* in ſuprà citata *deciſ.* 123. *ver. verum ſi pater.*
36 Tertiò limitatur quando filius vellet ſacros ordines ſuſcipere, nam tunc, vt ad titulum patrimonij ordinari poſſit, debet à patre ei legitima dari, vt docet idem *Reuerendiſſimus* vbi ſuprà *ver. & pariter debetur.*

Et optima ratione, exceptis his caſibus
37 pater non eſt compellendus ad dandam ipſo viuēte filio legitimam, quia ſi per eum aliquod ingratitudinis vitium committatur, ex quo iure permittente venit exhæredādus etiam à legitima, *§. exhæredatos, auth. de hæred. & falc. auth. non licet,* vbi bona *gl. C. de lib. præteritis, gl. & DD. in c. quintauallis, de iure iur.* ſi in vita patris eſſet aſſignata, & forſan conſumpta, non poſſet illum legitima priuare, vt experientia docet *in d. cap.* 15. *apud Luc.* vbi legitur, à filio fuiſſe diſſipatam patris ſubſtātiam, vt hæc ſimilitèr carmina declarant, ſcilicet.

De

Digitized by Google

De luſſi in preda, e de carnai diletti.
Sfoga le voglie ſue, rallenta il freno,
Onde ogni ſua ſuſtanza à lui vien meno,
Talche di pouertà proua i defetti.

Et licèt poſſit dici, vt ſi talis ſubſtantia cum
ſit in eſſe, & fuerit ingratus liber, ſicut di-
ctum eſt ſupra *nu.* 33. poterit ei auferri legi-
tima, cum hoc patri ſit permiſſum, & per
conſequens non militat talis ratio, quia re-
ſpondetur, melius eſſe non ſoluere, quam
38 ſolutum repetere, per tradita à *Pomponio*
lib. 25. *ad Sab. in l.* 3. *ff. de compenſat.* & quili-
bet ſagax, & prudens *Iuſtiniani Imp.* debet
ſeruare conſilium, dum ait in *l. fin. §.* 1. *C. in*
quib. cauſ. in integ. reſt. laudabilius etiam à
principio rem ſeruare intactam, quam poſt
malum perpatratum remedium quærere.

Viget ſimilitèr circa hoc & altera ratio,
quæ eſt, quod controuerſo mortalitatis or-
dine, filius poteſt ante patrem obire, vndè
legitima ad ipſum reuerteretur, & ſic eſſet
circuitus inutilis dare, & repetere, quod à
legibus improbatur, quãdo euitari poteſt,
ſicut patet in caſu noſtro, quod præſtando
pater filio alimenta, ſatis adimpletum vi-
39 detur paternum debitum, & filialis amor
dilectus, vnde eſt iterum ſatendum, legiti-
mam non deberi liberis, niſi patris morte
ſecuta, *gl. & DD. in auth. ſi qua, C. de Sacroſ.*
Eccl. Viu. in ſuo ſylua opin. 455. *in prin. Borr.* in
ſuperiùs citato *tit. de iure dot. n.* 168. *& Guil.*
Papa deciſ. 486.

His itàq; ſolutis eſt circa primum quæſi-
40 tum firmandum, quod ſi filius eſt condem-
natus, pro eius pœna non poterit à patre
ſolui legitima, prout in proprijs terminis
docet *Bar. in l.* 1. *§. ſi impuberi, propè fin. ff. de*
collat. bonorum, Iacob. Menoch. in addit. ad Iaſ.
in l. in ſuis, lit. G. ff. de lib. & poſth. Peregr. d. art.
36. *n.* 14. *& Oin. d. §. ſi filiusfamilias* ſupra *n.* 3.

Et quid ſi diſponat ſtatutũ, ne filio legiti-
41 ma detur, an poſſit legitimo iure hæc
quarta per illud tolli, & *DD.* de communi
ſententia negatiuè concludunt, quorum
primus eſt *Bar. in l. Titio centum, §. Titio gene-*
ro, nu. 6. *ff. de cond. & demoſtr. Bal. in l. cũ lege, C.*
de Epiſcop. & cler. Dinus ſequitur ſimilitèr
in reg. indultum 17. *nu.* 15. *de regul. iur. Ripa in*
ſecundo reſponſo, nu. 2. *Viu.* qui hanc eſſe com-
C munem Canoniſtarum opinionem ſatetur
contrà aliam communem non ſubſtinen-
dam in *Sylua opinionum, opinione* 813. *nu.* 15.
Boer. deciſ. 204. *nu.* 12. *de Franch. deciſ.* 618. *in*
fin. & tandèm *Eman. Sà in ſuo aphoriſmo, in*
verbo legitima, nu. 2.

42 Quod procedere videtur cum rationis
fundamento, dùm ſtatutum, aut ius muni-
cipale, ius ciuile dicatur, per ſententiam
Caij in lib. 1. *Iuſt. ad l. omnes populi* 9. *ff. de iuſt.*
& iure, ſed ſic eſt, quod ciuile ius, iura ſan-
guinis auferre non poteſt, *l. iura ſanguinis* 8.
ff. de reg. iuris, & legitima ratione ſanguinis
dicitur debita, dum ſuccedit loco alimen-
torum, ſecundùm *Bar. d. §. Titio genero, eod. n.*
6. *Hodier. ad l. hac editl. q.* 6. *nu.* 27. & colligi-
tur ex dictis ſuperiùs *num.* 34. *&* 39. ac iure
naturali debetur, vt iam eſt probatum *n.* 3.
igitur legitimo iure per ſtatutum non po-
teſt tolli.

Limita, nullatènus affirmatiuam iſtam
43 ſententiam communem, vt poſſit minui
ſaltim, dum non poteſt tolli, ſecundùm
eundem *Bar. d. nu.* 6. *Couar. tomo* 1. *var. reſol.*
cap. 8. 2. *partis, de matrim. §.* 6. *n. quinto, Fachin.*
contr. iur. lib. 4. *cap.* 32. *in fine, & Boer. ead.*
deciſ. 204. *d. nu.* 12.

Similitèr limita ex dicto *Couar.* vbi ſuprà
44 *ver. ex hac*, vt poſſit per ſtatutum tolli legi-
tima iſta, quando filius habet aliunde
bona, vnde ſe alat, quia ceſſat ratio addu-
cta, quod loco alimentorum legitima ſu-
brogatur, quam ego ſecundam limitatio-
nem nec pro nunc comprobo, nec reijcio,
ſed ſalua ſeruetur pro tuo ſubtili ingenio,
indico tamen, quod pluribus rationibus il-
lam inficere, & oppugnare valerem, ſi aliud
vtilius mihi tractandum non ſuaderet ma-
teria.

Et tandem limitatur in legitima ſupe-
45 riorum noſtrorum, quæ cum non iure na-
turali, ſed poſitiuo debeatur, vt dictum eſt
nu. 9. poterit per ſtatutum tolli, dum ceſſat
ratio, ex qua firmarunt Doctores contra-
rium pro quarta deſcendẽtium, vt ex com- C
muni reſolutione firmat *Ripa d. reſponſo* 2.
eod. nu. 2. quamuis *Couar. d. num.* 5. ſit in con-
traria ſententia, quæ quidem mihi non diſ-
plicet per rationes ibi per eum adductas.

Et licet generalitèr ſit dictum *nu.* 12. le-
gitimam deberi aſcendentibus, ſicut deſcẽ-
dentibus, & ſub verbo aſcendentium mater
etiam comprehẽdatur, tamẽ in ſpecie ma-
tri talem legitimam deberi, docet *Bonif.* 7.
46 *in cap.* 1. *§. fin. de teſt. in* 6. *& D. de Affl. deciſ.*
310. *num.* 2. ſed cum iure poſitiuo ſit intro-
ducta, poteſt tolli, ſecundùm ſuperiùs ad-
ducta per doctrinam *Ripæ*, & in ſpecie fir-
mant *Corn. conſ.* 150. *Pariſ. conſ.* 168. *Decius* C
conſ. 372. *& Viu.* cum communi DD. opi-
nione in ſua *Sylua opin.* 813. *nu.* 4.

Et iſta an ſit aucta, ſicut illa deſcenden-
tium, vltra notata ſuperiùs *nu.* 15. in ſpecie
47 hanc quæſtionem propoſitam diſputando
terminauit *Theſ. deciſ.* 172. ad quem recurre
circa iſtud, dum ipſe me docet, eſſe deteſta-
bile aliena totalitèr tranſcribere per hunc
verſum.

Occidat miſeros crambe repetita magiſtros.

tamen ad eum quòad hoc adde *D. de Affl.*
deciſ. 38. *ſub nu.* 1. *& Reg. Rou. deciſ.* 22. *per tot.*

His

Digitized by Google

His igitur præpoſitis videbo, an poſſit
mater tali quarta priuari in iſto caſu, quo
48 quidam iuris Doctor, & peritus dixit in vl-
timo ſuo teſtamento, *filiam meam pupillam*
hæredem inſtituo, & ſi hæres erit, & in pupilla-
ri ætate deceſſerit, ei N. meum fratrem ſubſtituo,
& adiũxit hæc alia verba, vulgo dicta, & hic
notata ad vim quæſtionis formandæ, *e ſe la*
madre della figliuola petrende qualche coſa, li-
tighi con mio fratello N.

Ad hoc quidèm, diſputatione omiſſa pet
argumẽtorũ inductionẽ, quia talis ſubſtitu-
tio pupillaris eſt, ſm̃ doctrinam *gl. in l. pre-*
cibus 8. C. de impub. & alijs ſubſtit. & Bar. in l.
moribus, n. 27. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. quod
idem foret, ſi dixiſſet teſtator, *filiam pupil-*
lam hæredem inſtituo, & ſi hæres non erit, & in
49 *pupillari ætate deceſſerit, ei talẽ ſubſtituo,* vt in
dicta *gl.* legitur, & ratio traditur per *Bar.* vbi
ſuprà dicentem, quod conditio, ſi hæres
erit, vel non erit, de eſſentia pupillaris ſub-
ſtitutionis minimè videtur, & *ego* pinguius
firmaui *in rub. de pupill. ſub num. 16.* ſed tan-
tum illa dictio, *ſi in pupillari ætate deceſſerit,*
iudicatur neceſſaria ad pupillarem ſubſti-
tutionem faciendam, affirmatiua erit reſo-
lutio; matrem per expreſſam pupillarem,
non ſolum excludi à filiæ ſuæ huius cum te-
ſtatore procreatæ ſucceſſione, vt per di-
ctam *gl.* bis nupet citatam, verùm etiam &
à quarta legitima, vt expreſsè probat mihi
tex. in cap. 1. §. fi. de teſtam. in 6. ibi, *licet autem*
filius teſtamento ſuo, matrem portione iure na-
turæ debita priuare non poſſit, pater tamen in te-
ſtamento, quod filio impuberi facit, poteſt: ſub
qua ſententia Pontificia ſe ſubſcripſerunt
Imola in cap. Raynutius, de teſt. DD. omnes in
l. 2. ff. de vulg. & pupill. ſub. & in d. l. precibus,
& præcipuè *Cagnol. & Soci. cum Coras. n. 29.*
Bar. conſ. 53. nu. 1. vol. 2. Alex. Trentacinq. in
tract. de ſubſt. parte 2. cap. 16. à nu. 1. vſq; ad 4.
latiſſimè *Cardin. Mant.* qui ſic accutatè di-
ſputando concludit in ſuo *tract. de coniect.*
tit. 15. nu. 12. Borr. Oliuet. conſ. 99. Gomeſ. var.
reſolut. cap. 3. nu. 7. in medio, in tit. de pup. ſubſt.
Couar. in d. c. Raynutius, §. 5. n. 6. & hanc eſſe
C communẽ teſtatur *Viu. opin. 461. in prin.*
cum qua tranſierunt *Guid. Papa deciſ. 533. n.*
2. Theſ. deciſ. 200. infrà *num. 8. & Dominus de*
Affl. deciſ. 38. & 310.

Et hoc adeò eſt abſolutum, quod ſecun-
dùm *gl. in d. cap. 1. eod. §. fin. de teſt. in 6. verſ.*
poteſt, mater non poterit proponere quære-
lam inofficioſi, & rumpere filij teſtamẽtum
50 per patrem ſibi conditum, ſecundum ra-
tiones ſuperiùs traditas *n. 7.* quia conceſſo,
quod pupillaris ſubſtitutio dicatur teſta-
mentum patris, & teſtamentum filij, vt do-
cet *Ripa in d. l. moribus, num. 4. & Hodier. ad l.*
hac edict. q. 28. num. 40. mater non poterit le-
gitimo iure conqueri aduerſus illud, dum
pater faciens pupillarem ſubſtitutionem
ſuo filio impuberi, poteſt excludere ma-
trem de bonis ſuis, cum vſq; adhuc cautum
non reperiatur, vt vxori per maritum ſit re-
linquenda legitima, & è conuerſo ſub for-
midine inualiditatis teſtamenti, & pupillus
non poterit inculpari, quare genetrici legi-
timàm non dedit, dum non ipſe, ſed pater,
eius nomine teſtamentum fecit, prout in
terminis docet *Dominus de Affl. in d. deciſ.*
310. propè finem.

Immò talem excluſionem matris à legi-
51 tima per pupillarem ſubſtitutionem pro-
cedere non dum in foro fori, ſed etiam in
foro conſcientiæ, præuia iurium allegatio-
ne firmauit eruditiſſimus *Couar.* qui inter
Scribentes numeratur non modicæ autho-
ritatis in *cap. cùm eſſes, n. 11. de teſtam.* quam-
uis *Gom. d. cap. 3.* ſuprà *nu. 8. & Theſ. ead. de-*
ciſ. 200. in fin. contrarium ſentiant.

Sed ſi non eſſet expreſſa, ſed tacita pu-
52 pillatis, mater quidem nec à ſucceſſione,
nec à legitima potuiſſet excludi, DD. com- C
muniter in ſupra citata *l. precibus, Bar. in l.*
moribus, nu. 32. vbi etiam *Iaſ.* latiſſimè ſimili-
tèr *nu. 32.* referens communem opinionem
& *Ripa*, qui in contrarium adductis argu-
mentis reſpondet *nu. 45. ff. de vulgari, & pup.*
ſubſt. à qua ſententia non eſſe recedendum
putauit *Craſſ. in §. ſubſtitutio, quæſt. 30. nu. 4.*
ſequitur *Gomes d. cap. 3. eod. num. 8.* vbi diſcri-
minis rationem aſſignat, quare per tacitam
pupillarem ſub expreſſa vulgari conceptam
mater non excluditur, & per pupillarem ſic,
& firmat *D. de Affl.* alias cit. *dec. 38. nu. 5.* ac
nouiſſimè *Hodierna ad l. hac edictali, q. 23. nu.*
26. & quid ſi ſubſtituto compendioſa filio
facta intelligeretur pupillaris, an exclude-
retur mater à legitima? vide *Mant. dec. 367.*
nu. 1. qui negatiuam partem ſubſtinet, quod
ſecus poſteà de fideicommiſſaria firmat.

Attamen in caſu noſtro, dato eſſet tacita
pupillaris, adhuc mater à ſucceſſione, & le-
gitima videretur excluſa, quia teſtatoris ex-
preſſa voluntas ſic voluit per verba iam
præfata, *e ſe la madre della figliuola pretende*
53 *qualche coſa, litighi con N. mio fratello*, habens
animum pupillæ matrem ab omni portione
priuandi, ità *gl.* communitèr approbata in C
d. l. precibus, verſ. omnimodò, vbi *Bar. nu. 5.* &
latè *Iaſ. nu. 8.* & ſic coniecturata eius volun-
tas per talia verba pro expreſſa cenſetur,
vnde mater dicitur excluſa, *Bar. conſ. 56. n. 3.*
Bero. lib. 2. conſ. 126. num. 4. idem Bar. in ſupra
citata *l. moribus, nu. 40.* vbi etiam *Alex. n. 33.*
& 36. Card. Mantica in d. tract. de coniect. eod.
tit. 15. n. 30. Gomeſ. vbi ſupra qui plures alios
congerit authores, *num. 10. & Theſ.* in ſupra
allegata *deciſ. 200. nu. 19.* prout ſimilitèr di-
xit

Digitized by Google

xit *Mantica d. deciſ. 367. nu. 3.* matrem excludi à legitima, quando pater in teſtamento præcipit, ſuum pupillum ab alio, quam à matre eſſe gubernandum, nam iſta diſpoſitio, coniectura eſt, voluiſſe ſuam vxorem à filij legitima excludere.

Et tanto magis ſtantibus dictis verbis
54 coniectura eſt certa, voluiſſe excludere matrem, etiam ſi tacitam pupillarem feciſſet ſubſtitutionem, quia concurrit conditio ſubſtituti, dum teſtator dictæ filiæ ſubſtituit fratrem ſuum, ideſt ipſius teſtantis, qui matrem ipſam excludit, per optimam *Bar.* doctrinam in *d. l. moribus, nu. 44.*

Nec non eodem modo eſſet mater excluſa, ſi huius teſtatoris ſubſtitutio inter-
55 pretaretur tacita vulgaris, ſub expreſſa pupillari comprehenſa, vt ſatis accuratè per rationes, & diuerſa iura docuit idem *Gom. d. cap. 3. nu. 9.*

Vndè cum ſatis circa hanc materiam perpenderim, aliud fari non audeo, ſed tuæ prudentiæ excogitandum maiora relinquo.

SVMMARIVM.

1 *Primus noſter parens Adam quarè de Paradiſo fuit deiectus?*
2 *Donatio pluribus ex cauſis poteſt reuocari, & ſignantèr propter ingratitudinem.*
Ingratitudinis cauſæ plures, remiſſiuè.
3 *Pactum, vt donatio nec minus per ingratitudinis vitium reuocari poſſit, nō valet, & quarè?*
4 *Quod ampliatur, vt nec minus iuramento poſſit validari.*
5 *Donatio facta Eccleſiæ ex capite ingratitudinis reuocari minimè poteſt, & quare, n. 6.*
Et procedit dato, quod eius Prælatus ſit ingratus.
Delictum Prælati Eccleſiæ minimè nocet.
6 *Donatio facta pro redimendis captiuis, ex illorum ingratitudine non reuocatur.*
7 *Donatio facta Eccleſiæ ſub modo, ſi modus non adimpletur, an reuocari poſſit?*
Tex. in cap. verum, de condit. appoſ. & in l. 1. C. de donat. quæ ſub modo, *qualitèr cōcordari poſſint?*
8 *Modus in donatione adiectus quando poſſit dici cauſa finalis, remiſſiuè.*
9 *Donatio facta Eccleſiæ ſub conditione, ſi illa non adimpletur, non valet.*
10 *Caſus diſputandus proponitur.*
Contractus metu celebratus, nullus eſt.
11 *Donatio facta ad contemplationem matrimonij pro filijs naſcituris, dicitur peculium aduentitium ipſorum filiorum.*
12 *Donatio metu facta reſcindi, & reuocari poteſt, ſi m. næ concurrant.*
13 *Renunciatio filiæ metu facta paternæ hereditati non valet, dato, quod ſit iurata.*
14 *Matrimonium metu reuerentiali contractum, poteſt nullum declarari.*
15 *Donatio facta ab eo, qui eſt in poteſtate alterius, poterit reuocari, ſi non eſt renunciatum beneficio* digeſtorũ, & Cod. Quod cum eo. *&c.*
Minoris conſilium eſt infirmum, & pluribus inſidijs ſuppoſitum.
16 *Iuramentum etiam minores ligat ad actum iuratum ſeruandum.*
17 *Iuramentum metu extortum nec maiores, nec minores obligat: tàm ſi adijciatur in cōtractibus, quam in quaſi contractibus.*
18 *Donationis definitio traditur.*
19 *Iuramentum obligat etiam ad actum prohibitum à lege, nempè ad vſuras.*
Abſolutio à iuramento metu extorto non eſt neceſſaria.
Iurans ne ſit periurus contraueniendo, debet petere abſolutionem à iuramento.
20 *Periurus an poſſit abſolui à iuramento poſt cōtrouentionem.*
21 *Abſolutio à iuramento quomodò concedatur, & quando eſt petenda?*
Vnumquodq; ſoluitur eodem modo, quo ligatum eſt.
Contrariorum eadem eſt diſciplina.
22 *Actus antè metū geſtus, & deinde talis declaratus, nullius momenti eſt.*

ARGVMENTVM.

Donatio metu facta Eccleſiæ, an reuocari poſſit, diſceptatur.

DE REVOCANDIS DONATIONIBVS.

CONCLVS. XXXIV.

Licèt ſub donationis nomine voluntaria comprehendatur alienatio, non poterit tamē negari, vt eadem voluntate ſubſequi non poſſit reuocatio, nam animus, qui gratitudine alicuius ad largiendum inducitur, ex eiuſdem ingratitudinis vitio ſubmouetur, ad retorquendum liberalitatis actum, vnde quæ virtute veniunt conceſſa, peccamine videntur ſublata, ſic Deus Adæ delitiarum Paradi-
1 ſum dedit, quia innocens erat, factus poſtea inobediens, fuit de illo deiectus, vt *Gen. 1. 2. & 3.* legitur.

Quapropter licèt plures ſint cauſæ, ob quas donatio reuocari poſſit, & præcipuè, ſi quando ſub conditione ſit, illa non adimpletur, vt colligitur ex *Ripa in 1. reſponſo de*
2 *donat. ſub modo*, nullatènus ingratitudo omnibus potentior eſt ad id agendum, per notab. lia iura in *cap. fin. de don. & l. fin. C. eod. & vtrobiq. gl.* ingratitudinis cauſas etiam connume-

numerantes,*§.ſciendum*,vbi *Aret.Inſt. de donatio. Ripa in l. generalitèr à nu.* 170.*de reuoc. donat. & Gom.var. reſolut.* etiam *in tit.de donat.*

Et adeo eſt in conſideratione tale vitium,quod dixerunt *Caſtr.& Bar.in l.fin.n.*3. *C.de pactis*,pactum nõ valere,ſi in donatione apponatur, vt nec minus per ingratitudinem poſſit reuocari, & rationem reddũt,
3 quia eſt contra bonos mores, cum ſic donatario delinquendi occaſio præberetur,vt colligitur ex *l.ſi vnus* 28.*§.illud,et §.pacta, ff. de pactis*, vnde dicendum eſt in iſto caſu, à fortiori tale pactum,& clauſulam non valere,cum non ex mente contrahẽtium, (dum veriſimile non eſt) ſed ex Tabellionum ſtilo præſumatur adiectum, & ſic partibus nõ debet eſſe noxium,vt docuit *Gom. var. reſol. ad* cit.*tit.de donatione,nu.*22.*ver. vnum tamen eſt*, immò &, quod plus,dato iuramentum interueniat,tale pactum non valere, firma-
4 uit *Tiraq.in l.ſi vnquam,ad præfationes,n.*155. *C.de reu. donat.*

Attamen iſta nõ procedunt,quando donatio eſt facta inter viuos irreuocabilitèr Eccleſiæ, quia cum ingratitudo in ea non cadat in conſideratione, reuocari minimè
5 poterit,*c.verũ il* 4.*de cond.appoſ.*vbi *Panorm.* immò nec ingratitudine Prælati poterit dari reuocatio,cum eius delictum Eccleſiæ non noceat,*regula delictum* 76.*de reg.iur. in*
C 6.*Panor.* poſt Cardin. & alios DD. communiter in ſuperiùs citato *cap. fin. de donat. Felin.in cap.Eccleſia S.Mariæ,de Conſtit. col.* 39. & omnes ſunt iam in ſententia, quod Eccleſia in noxam non incurrit ex Miniſtrantis eam violentia.

Ratio cuius limitationis eſt, quod donatio facta Eccleſiæ præſumitur, ſiue cenſetur eſſe propter Deum conſtituta, in quo non poſſunt ingratitudines conſiderari, cum ſit largitor omnium bonorum,vt notauit *Maſcar. de probat. vol.* 1. *concluſ.*556. & meritò
6 non venit ex ingratitudine reuocanda,ſicut apertè videmus, quod ſi quis donat pro captiuorum redemptione,ex eorum ingratitudine non poterit actum largitionis reuocare,cum Dei cauſa dicatur facta donatio,ex firmatis per *Ripam in d.l.generalitèr,n.* 172.vbi circa hoc latiſſimè.

Sed quid ſi donatio Eccleſiæ ſit facta ſub modo, ſi modus non adimpletur, an poſſit reuocari? & in hoc eſt dicendum, quod ſi
7 fuerit ſtipulatum, ut ſi modus non eſſet adimpletus, licitum fuiſſet reuocare, & reuocatio procedit, ſi verò ſimplicitèr fuit modus appoſitus,nempè, vt tot miſſæ celebrarentur, citra aliquod adminiculum, & non poterit reuocari, *tex.* eſt ſingularis,& memoria dignus *in d. c.verũ* 4. *de cond. appoſ.*ſecundum verum, & communem intellectum,vbi latiſſimè *gl.*& quamuis in *l.* 1. *C. de donat. quæ ſub modo* legatur, poſſe donationẽ reuocari, & ſi apponatur ſimplicitèr modus,& ſufficit ſi non adimpletur pro reuocatione donati, quod mihi mirum non videtur,cum in *d.l.* 1. tractetur de donatione facta priuato, in qua tam altior indago non requiritur pro eius reuocatione, ſicut in donatione facta Eccleſiæ, & ſine aliqua probatione, patet ex ſupradictis, dum viſum eſt, per ingratitudinem priuati poſſe reuocari donationem, quãdo ipſi eſt facta, ſecus tamen ſi donatum ſit Eccleſiæ,& Prælatus, & alij ſint ingrati, & ſic iurium allegatorum concordantiam damus.

Tametſi poterit Eccleſia,ſiue eius miniſtratores ad modum adimplendum compelli,prout fuit appoſitus,& eſt ratio,quare in ſecundo caſu ex modi non adimplemento donatio non reuocatur, quia fuit initus non pro cauſa finali,ſed pro cauſa impulſiua, ſed an, & quando modus in donatione ſtipulata Eccleſiæ poſſit dici cauſa finalis,
8 tradidit *Tiraq. in tract. ceſſante cauſa, limitatione* 1.*nu.*58.

Quod ſecus tamen eſſet,ſi donatio fieret Eccleſiæ nõ ſub modo, ſed ſub conditione, quia tunc minimè valet, ſi conditio non adimpletur,& hæc eſt pręcipua differentia, quæ datur inter donationem ſub modo, &
9 donationem ſub conditione, per *gl.*ſecundam in *d. c.verum,ver.conditione donatur.*

Iſta nullatènus procedunt,quãdo à principio valet donatio, ſecus ſi inualida ſit, prout eſt dicendum in iſto caſu, qui hic proponitur, quo quidam pater induxit ſuũ filium vnicum ad donandum certæ capellæ ius donationis à patruo magno factæ tempore, quo dictus pater matrimonium
10 contraxit, & ſic in eius contemplationem pro filijs naſcituris, immò ſimul cum dicto filio metu ad donandnm dictæ capellæ inducto idem pater donauit, quo in caſu metus magis dicitur ex parte filij, dum interuenit in ipſo actu patris reuerentia,& præſentia, & propterea inualida donatio ipſo iure,prout cum magna DD. caterua firmauit,laudabili memoria dignus, *Regens Rou. ad finem prag.*1.*ad Sen.conſ. Maced.*

Vndè benè poterit reuocari ex parte filij tantùm, quia ex parte patris non eſt neceſſaria reuocatio, quoniã donauit quod ſuũ non eſt, quia dum patruus magnus fecit donationem pro filijs naſcituris ad con-
11 templationem matrimonij,filio iam nato, eſt ei ius quæſitum, & licèt occaſione patris videatur donatum, nullatènus in iſto caſu non acquiritur patri niſi vſusfructus, quia eſt filij ipſius talis donatio peculium

aduentitium,vt tradidit *D.de Affl.dec.* 393. circa *n.* 3. & in proprijs terminis clariſſimè *ibid.nu.*6.

Ex parte igitur filij, quia ignotabat quicquid agebat, ſtante minori ætate,etiam ſecundùm iura Regni, vt in *Conſtitutione Imp. Federici Minorum iura, in fine, ſub rubr. de reſt. min.* concurrentibus minus, & metu benè datur contractus reſciſſio ad reuocandam donationem, cum tantò magis reuocari
12 poſſit,ex eo, quia nulla videtur, vt ex optima doctrina *Bart. in l.prima, §. quæ onerandæ, num. 4. ff. quarum rerum actio non detur*, & ibi *Addentes*, cum quo concurrit
C communis DD. omnium opinio, vt refert *Aret.conſ.*24.vbi ipſe tenet ampliorem partem,nempè ſine metu, aut verberibus ſufficere tantum reuerentialè metum,vt actus reſcindatur,ad quæ nouiſſimè adde eruditiſſimum *Merlinum controuerſ.for.cap.*39. *nu.* 24.*& de Affl.deciſ.*69.*nu.*4.

Et ſic in ſimili dixerunt *Addentes ad Bar.*
13 *eod.§.quæ onerandæ,lit.D.* nõ valere pactum, per quod filia renunciat hæreditati paternæ,etiam quod iuratum ſit, ſi metus,vel nimia reuerentia interceſſerit,*Craſſ.de ſucceſſ. §.ſucceſſio ab inteſtato,q.*12.

Nec non de pari ego latiſſimè firmaui in *rubrica de nupt. metu contractis*, hæc procedere in maiori cauſa,nempè matrimonij,vt
14 poſſit reſcindi, ſiuè nullũ declarari,ex metus reuerẽtialis,vel minorũ cauſa, & in hoc caſu idem voluerunt præcitati *Addentes in d. §. quæ onerandæ,lit.C. in fin. ad eundem Bar.*

Vnde cum appareat, in donatione eſſe tantùm renunciatum beneficio *l.ſi vnquàm, C. de reuoc. donat.* & non beneficio *Digeſtorum, & Codic.quod eum eo, & in aliena poteſtate eſt*, à fortiori poterit actus reſcindi, dum erat in poteſtate patris ipſe filius mi-
15 nor, qui per conſequẽs metu,& reuerentia eſt cenſendus inductus ad donandum, vt per *Praeſ.de Franch.deciſ.*164.*nu.*7. dum non eſt veriſimile, vt de per ſe quis vix adoleſcens ſpontè faciat actum, quem ignorat, cum ſatis nota ſit *Vlpiani* ſententia *lib.* 11. *ad edictũ, l.* 1.*ff.de minor.*ſcilicet,minoris cõſilium infirmum eſſe, multiſq; inſidijs ſuppoſitum, & ſic cum de facili decipiatur, propterea aliquid agere prohibetur.

Nec obſtat ſi obijciatur, tale actum eſſe validatum per Sacramẽti interpoſitionem, quod etiam minorem obligat, vt *in Conſt.*
16 *Imp.Fed.*poſita apud *l.*1.*C.ſi adu.vendit.* deſumpta ex *cap.*1.*§.fin.de pace tenen.in feud.*

Quia ex dictis iuribus patet reſponſio, dum loquuntur quãdo ſpontè,ſecus autem ſi vi,aut metu extortum ſit, nam tunc non obligat,& notauit etiam *de Affl.d.dec.* 393.
17 *ſub n.* 11. & hoc procedit,tàm in contractibus, quàm in quaſi contractibus, vt ſic appoſitum, nempè iuramẽtum, non obliget ſecundùm *Præſ.de Franch.deciſ.*448.*ad princip.* & tàm ſi exhibeatur à minore, quàm à maiore, vt *in d. Conſtitutione Federici*, vbi *gl.& gl.in cap.cum contingat* 28. *de iure iur. in* 6.*ver.ſine vi.*

Reſpõdetur inſupèr, quod dum iuramẽtum regulatur ſecundùm naturam actus,in quo interponitur, quoniam ad præſens eſt inualida talis donatio,cum non ſit facta ſecundum requiſita in eius definitione tradita,dum donatio dicitur nullo iure cogente,
18 ſed mera liberalitate facta collatio, *l.* 1. adiuncta *l.donari* 29.*ff. de donat.* inualidum, & nullum eſt ſimiliter iuramentum, ſecundùm optimam doctrinam *Theſ. deciſ.* 32. *num.*6.

Et licèt in *cap. debitores* 6. vbi *Abb. & gl.*
19 *de iure iur.* habeatur,quod virtute iuramẽti quis obligetur ad actum nullum,& à lege prohibitum,etiam ad vſuras,dicimus, vltra quod hic fuit eodem metu extortum Sacramentum, quo filius fuit inductus ad donandum,& ſecundùm iura ſuperius tradita nõ ligat,& ſucceſſiuè abſolutio nõ eſſet neceſſarius, *D.Merlin.* vbi ſup.*n.*8.*& Craſſ.d.q.* 12.remediũ eſt tamen leue iſtæ infirmitati, nẽpè abſolutio,quæ de facili conceditur,ad hoc ne iuramentum ſit vinculum iniquitatis, & iſta eſt optima cautela DD.ne iurans incurrat in periurium,vt per *Arnon. cautela* 22.*Soc. conſ.*3.*n.*1.*vol.*2.*Pariſ.conſ.* 41.*n.* 14. *lib.*1.*Muſe.*4.*par.gl.tranſactionis,n.* 18. *&* 24. *Capyc.deciſ.*174.*nu.*13.*de Affl.deciſ.*220. vbi plura adducit,263.& aliàs allegata 393. & copioſiſſimum *Borr.tomo* 1.*ſum.deciſ.in tit.de iuramenti abſolutione, habilitate, & relaxatione.*

At ſi quis contrauenerit actui ſimplicitèr citra aliquem dolum, & ſi periurus dici
20 poſſit, nullatènus poſt controuentionem poteſt etiam abſolutionem à iuramento impetrare,non obſtante, quod ante non ſit petita,ità *Viu.in ſua ſylua,opin.*425.*nu.*8.

Cùm igitur iuramentum, quod dato ſit iniuſtum, propria authoritate ſperni non debeat, factus maior iſte filius, abſolutionem obtinuit, qua conceſſa ad finem agendi, quæ ſic ſufficit, vt hodie practicatur, &
21 docuit *de Affl.dec.*322.*nu.*12. immò impetrata ad maiorem cautelã priuſquã contraueniſſet donationi,ſecundùm *Gallup.* de nouiſſimis 2.*parte ſua praxis,nu.* 21. *fol. mihi* 223. donationem iam affatam reuocauit publicè, & ſollemnitèr eodem modo, quo fuit facta, dum ciuiles actus nõ alitèr euertuntur, quam ſicut fuerunt celebrati, & vnumquodq; ſoluitur ea via, qua fuit allegatum,*l.nihil tam naturale* 36.vbi *gl.ff.de reg. iur.*

iur. Nonar. dec. 108. ſub nu. 13. ver. vltra quod, & hic cadit regula, quod contrariorum eadem eſt diſciplina, gl. in l. noſtram 30. C. de teſtam. in qua reuocatione declarauit, vnquā animum habuiſſe donandi, ſed quod metu fuit inductus ad id agendum, quæ quidem declaratio valdè approbatur per Auguſt. 23 Barboſ. voto 1. ſupra nu. 122. vbi ait, ante geſta per metum, & talia deindè declarata, inualida eſſe, & nullius momenti, ex dec. Rotæ ab ipſo relata 643. num. 16. par. 1. ex quibus concludo, quod nulla mihi videtur talis donatio, ſed optima reuocatio.

SVMMARIVM.

1 *Sententia finem litibus imponit.*
2 *Iudex ſuam ſententiam prolatam non poteſt mutare.*
3 *Sententia non retractatur regularitèr ſub prætextu inſtrumentorum nouitèr repertorum, & nu. 5. ampliatur, nu. 6. & 7.*
Gloſa in l. 4. C. de re iudicata *pulchrè declaratur.*
4 *Determinatio vna, plura reſpiciens, omnia debet æqualitèr terminare.*
6 *Sententia tranſacta in rem iudicatam, pro veritate habetur, album facit nigrum, & è conuerſo, & falſum mutat in verum.*
7 *Generalis locutio ad particularem non eſt reſtringenda.*
8 *Sententia in quibus caſibus, & quando retractetur per inſtrumenta nouitèr reperta, & num. 12.*
Reſpublica, Eccleſia, vel minor qualitèr petere poſſint reuocationem ſententiæ per inſtrumenta nouitèr reperta, & intra quod tempus, & nu. ſeq.
9 *Sententia poterit retractari prætextu inſtrumenti nouitèr reperti, ſi iuſta tamen concurrat cauſa.*
Tex. & gl. in l. Imperatores, ff. de re iud. *qualitèr intelligantur.*
10 *Inſtrumenta, quæ habent vim reuocandæ ſententiæ, poſtquàm ipſa eſt prolata, ſi nouitèr reperiantur, de quibus inſtrumentis intelligatur, ſiuè qualitèr eſſe debeant?*
11 *Concluſio non eſt neceſſaria in proceſſu.*
Probationes poſt concluſionem in iudicijs non admittuntur, ſed benè ſcripturæ, ſi publicæ ſint.
Concluſio qualitèr fiat.
Probationes nouitèr inuentæ admittuntur in cauſa poſt concluſionem.
13 *Sententia an retractetur per nouitèr repertos teſtes, & nu. 14.*
14 *Appellatione inſtrumentorum veniunt teſtes. Teſtes multoties corrupti falſa deponunt.*
15 *Sententia an in criminalibus poſſit retractari per nouos teſtes inuentos.*
16 *Tranſactio an retractetur per inſtrumenta nouitèr reperta, & nu. ſeq.*
17 Tex. in l. ſub prætextu, C. de tranſ. & in l. Imperatores, §. cùm tranſactio, ff. de tranſ. *quomodò concordentur.*
18 *Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti.*
Hæres præſumitur, quæ in teſtamento continentur benè ſcire, vnde ſi aliquid ab eo petatur virtute teſtamenti, ſi ipſe dixerit, vt tabulæ demonſtrentur, non eſt audiendus.
19 Tex. in d. l. ſub prætextu *quando limitetur, nu. 20. & 21.*
20 *Fraus nemini prodeſt.*

ARGVMENTVM.

Sententia, vel tranſactio an reuocetur per nouitèr reperta inſtrumenta, vel per nouos inuentos teſtes.

DE SENTENTIIS, ET TRANSACTIONIBVS.

CONCL. XXXV.

1 Per ſententiam finem litibus imponi, nemo eſt, qui neget, ſed particularitèr hoc affirmat *Io. de Arnouo* infra citandus, & ex hic collocandis latè apparebit.

Nam poſtquàm per Iudicem definitiuè in cauſa ſancitum eſt, ſuam mutare ſententiam vllo iure ei licebit, per notabilem *tex.* 2 *in l. Paulus reſpondit, prima huius nominis, & 42. in ordine, ff. de iudic.* ad quod facit exemplum *Pilati* apud *Matth. 27. Luc. 23. Marc. 15. & Io. 19.* dū mutare iām noluit ſuæ iniquiſſimæ ſententiæ tenorem, nec condemnati titulum, quamuis eſſet inſtantèr requiſitus, dicens, *quod ſcripſi, ſcripſi.*

Nullatènus, quamuis aduerſus hoc plura poſſent adduci ad Iudicem demonſtrandum prudentiorem, ſi ſuum in melius mutauerit conſilium, quam ſi propriæ perfidiæ ſuſtinuerit iudicium, cum melius ſit, vt ſe ipſum corrigat, quam ab alio corrigatur, ſecundùm *Rou. in rub. de appell. nu.* 10. ea tanquam hic nō neceſſaria omitto, dum etiam magnam prolipſitatem inducerent, ſtante quod Iudex non ſemper poteſt ſuam emendare ſententiam, at tantum circa propoſitam propoſitionem dicam.

Vt ſententia non retractetur, nec minus ſub prætextu inſtrumentorum nouitèr inuentorum, *cap. inter monaſterium 20. in fine, de ſent. & re iudic. l. 4.* vbi *Bal. Salyc. & Caſtr.* 3 *C. de re iudic.* ibi, *ſub ſpecie nouorum inſtrumentorum poſteà repertorum res iudicatas re-*

ſtaurari, exemplo graue eſt, & *gl. lit. G.* ſic addit, *ideſt allegatorum nouitèr, vel inuentorum, vbicunq; vel apud eundem, vel alium*, at ego talē *gloſam* ponderando declaro, vt eius dicta procedant, quando ex iiſdem actis ſimplicitèr tantum per noua inſtrumenta, ſententiam petitur reuocari, ſecus tamen, quando condemnatus per remedium appellationis comparendo coràm Iudice ad quem petierit, terminum ad non poſita ponendum, & non probata probandum, quia tunc ex nouis probationibus, & ſcripturis, cum noua dicatur proferri ſententia, per ſecundam poterit prima reuocari, nam alias vllum producerct effectum terminus probatorius in ſecunda inſtātia, niſi valeret reijcere primum iudicium per vim nouarum probationū, & ſic intelligi debent illa verba præcitatæ *gl. apud eundem, vel alium*, vt declarari poterut de per ſe, nam verba, *apud eundem*, denotant, ſi petatur ſententiæ reuocatio tantum ex prætextu noui inſtrumenti, & quod eodem modo ſequentia verba ſint intelligenda, *vel alium*, non patitur difficultatem,

4 dum vna terminatio plura reſpiciens, omnia debet æqualitèr terminare, *l. iam hoc iure 4. ff. vulgari, & pupill. ſubſt.* ſi igitur verba, *apud eundem*, denotant ſententiæ reuocationem, quando per ſimplicem productionem nouæ ſcripturæ petitur reuocatio, in iiſdem terminis ſunt intelligenda alia ſequentia verba, *vel alium*, & non quando petitut terminus ad non poſita ponendum, quo in caſu ſi pinguius probetur, benè poſſe primam ſententiam per ſecundā reuocari arbitror, vt deſumitur ex *Boer. ad fin. deciſ.* 307.

Quam ſententiam quidem non eſſe retractandam per noua inſtrumenta eſt om-

5 nium Scribētium opinio, quos hic cumulare ſigillatim potius ad oſtentationem, quā ad rei neceſſitatem putaretur, ſufficiant tantùm hic authoritas *Io. de Arnono ſingul.* 74. & latiſſimè cumulata per *Boer. deciſ. Burdeg. Senatus* 307. ſuperius cit.

Et ampliatur nō dum in ſententia tranſacta in rem iudicatam, quæ pro veritate

6 habetur, album faciens nigrum, & è conuerſo, *l. res iudicata* 208. *ff. de regul. iur.* & falſum mutat in verum, prout ex diuerſis adductis firmauit *Regens Ron. ſup. prag. 2. n.* 40. *in ſuis allegationibus, de iur. inuicem non turb.* verum etiam in omni qualibet ſimplici ſententia, quia ſic colligitur ex generalitate ſuperiùs allegatæ *legis quartæ*, quæ ad caſus

7 particulares, & ſpeciales non eſt reſtringenda, ſed benè ſic intelligenda, vt omnes amplectatur, ſecundùm *tex. in l. doli clauſula* 119. vbi *gl. ff. de verborum obligat.* immò debet ampliari talis generica diſpoſitio etiam ad ſententiam interlocutoriam, quæ vim habet definitiuæ, per notabilem *gl. in cap. fin. ver. inanes, de electione, lib. 6.*

At licèt vera ſint omnia, nullatènus in pluribus caſibus diuerſas limitationes in variis perſonis patiuntur, & ſic

Primò limitatur fauore Reipublicæ, vel

8 Eccleſiæ vſq; ad illud tempus, quod notatur per *gl. in d. l. ſub ſpecie, ver. graue eſt*, ſed tamen circa Rempublicam non videtur mihi liber fauor, dum vltra temporis iam notatam reſtrictionem (quæ poteſt conſiderati etiam in Eccleſia, quoniam petēs in integrum reſtitutionem elapſo quadriennio non auditur) eſt neceſſe, vt cum cauſa compareat, petens reuocari per noua inſtrumenta pronunciatam, ſi tamen pro vero confiteantur verba *Papyrij Iuſti in l. Imperatores* 35. *ff. de re iudic.* ibi, *tamen in negotio publico ex cauſa permittere ſe huiuſmodi inſtrumentis vti*, & circa præfatum quadriennium eſt ſcire, quod Eccleſiæ iam conceditur ad exemplum minoris, ſecundum optimam declarationem *gl. in cap.* 1. vbi idem probatur *verb. iure minoris, de in integrum reſt.* vnde ex his poſſumus dicere, ſic eſſe fauendū minoribus, ſicut Eccleſiæ, & Reipublicæ, vt ſcilicet per in integrū reſtitutionem, ſine aliqua maiori indagine poſſe peti ſententiæ reuocationem per inſtrumenta de nouo reperta, prout in terminis docuit *gl. in d. l. Imperatores, ver. negotio publico*, ad quorum confirmationem additur *gl. in l. Rempublicam* 3. *C. de iure reipubl. lib.* 11. & *in l. admonendi* 31. *ver. noua inſtrumenta, ff. de iure iur. ac Bar. in l.* 1. *nu.* 7. *C. de ſent. adu. fiſc. lib.* 10.

Attamen non obſtante diſpoſitione dictæ *l. Imperatores* contrarium voluerunt ex abundanti *Cepolla in ſuo conſilio ciuili* 25. vbi *Addentes, vol.* 2. & *Boer. deciſ.* 307. *ad finem*,

9 non eſſe neceſſarium, vt per Fiſcum, Eccleſiam, vel minorem allegetur iuſta cauſa nō productionis inſtrumentorum, quia alias vllo modo poſſent dici in hoc priuilegiati, ſed debet ſufficere, ſi dicatur ſimplicitèr, petitur ſententiæ reuocatio ex prætextu inſtrumenti nouiter inuenti, nam alias eſſent ſicut cunctæ priuatæ perſonæ, dum quilibet condemnatus poteſt comparere, & petere, ſententiam reuocari per inſtrumenta nouitèt reperta, aſſignando cauſam iuſtam, vel quia illa non potuit anteà habere, vel quia, illa adeſſe ignorauit, vt docet idem *Cepoll.* vbi ſupra *num.* 14. 15. 16. & 17. ſequitur *Maſull. ad Capyc. deciſ.* 52. *nu.* 4. *Vrſ. ad D. de Affl. dec.* 356. *nu.* 3. & ſic deciſum refert præfatus D *Boer. ead. dec.* 307. & mihi talis conſideratio vera videtur, & prolata verba in *d. l.* 35. *ver. ex cauſa*, non debent referri ad actum, ideſt iuſtæ cauſæ, ſed ad tempus, vt ſcilicet intra quatriennīū, vt dictum eſt, ad ſententiæ reuo-

uocationem per noua inſtrumenta audiri
poſſit, prout etiam diſponitur in *l. 1. C. de*
ſent. adu. Fiſcum, lib. 10. & iſta interpretatio
poterit colligi ex *gl. in d. l. Imperatores, ver. ex*
cauſa, ſi eius intẽtio perſerutetur in illis ver-
bis, *an ſit lapsũ trienniũ*, dum dicitur ex cauſa
audiri intra hoc tẽpus à legibus conceſſum,
ꝙ ſi labatur quidem, ex cauſa poterit reijci
in ſuis petitionibus, vt *ead. gl. ibid.* declarat
in illis verbis, *et intra quadriennium tantum.*

Et circa illud, quod eſt reuocanda ſen-
tentia, quando per minorem petatur ex
capite reſtitutionis in integrum, intelligen-
dum eſt cum grano ſalis, nempè quando re-
10 periuntur inſtrumenta, quæ ſi ante ſenten-
tiam adfuiſſent, ipſa non eſſet prolata ſen-
tentia, & ſic, vt vno verbo id dicam, debent
clarè continere iuſtitiam cauſæ, nam alias
non ſunt admittenda pro ſententiæ retra-
ctatione, ex noua obſeruantia relata per
Gallup. 3. parte ſuæ pract. S. R. C. cap. 1. num. 18.
D vbi ſic deciſum refert anno 1584.

Vnde in ſimili videmus, quod licèt per
concluſionem, quę fieri ſolet in cauſis (dum
11 non eſt neceſſaria, ità quod omiſſa non vi-
tiat actum, ſecundùm *Gallup. 2. parte ſuæ*
prax. cap. 29. ad princ.) finis probationibus
imponatur, ſic quod poſt didicita teſtifi-
cata amplius teſtes non admittuntur, per
canonicam ſanctionem in *cap. cum dilectus*
9. de fide inſtru. & c. Paſtoralis 5. de cauſa poſſ.
& propr. adiuncto *§. quia verò*, vbi *Angel.*
auth. de teſt. & nemo Practicorum hoc ne-
gat, immò de praxi ſic ſeruari teſtantur om-
nes, quorum nouiſſimè ità ait *Gall.* vbi ſu-
prà *d. cap.* 29. tamen poſſunt produci ſcrip-
turæ, dummodò publicæ ſint, ſecundum *de-*
D *ciſ. de Affl.* 172. ac obſeruatur, quod cum ta-
li reſeruatione concluditur, ideſt fiat con-
cluſio cum termino bidui ad præſentan-
dum ſcripturas, ſecundùm nuper citatos
DD. & quod plus, admittuntur aliæ proba-
tiones de nouo repertæ, dum concluſio nõ
habet locum in probationibus nouitèr in-
uentis, prout notabilitèr docuit per gra-
ues Authores in *ſua pract. crim. Mar. ver. ſe-*
quens, num. 46. qui hic pro mille ſufficiat.

Secundò limitatur, quando ſententia ob
defectum probationum eſſet lata virtute
iuramẽti neceſſatij, de quo tractaui in *rubr.*
12 *de iur. ſuppletoria*, quia tunc poterit per no-
ua inſtrumenta retractari, vt apertè nota-
tur in *l. admonendi* 3. vbi *gl. & DD. ff. de iure*
iur. Marſ. d. ſua pract. crim. §. oportunè, nu. 26. &
ratio poterit eſſe, quod dum actor à me pe-
tijt aliquid deberi, illud obtinuit non per
ſufficientes probationes, ſed ex ſuo iuramẽ-
to, quod in ſubſidium defertur, & per conſe-
quens inſtrumenta, quæ poſſunt dici proba-
tiones probatæ, maiorem vim habent ſim-
plicis iuramenti, & ideò ex eis poterit pro-
lata reuocari ſententia.

Sed an idem dicendum ſit, vt ſententia
retractari poſſit per nouos teſtes, ſi iuſta
13 cauſa allegetur, quod illos forſan ante non
potuit inuenire, vt de inſtrumentis dictum
eſt ſupra *nu.* 9.

In hoc quidem eſſem in opinione affir-
matiua, dum inſtrumẽtorum appellatione
veniunt teſtes, vt in *l. 1. ff. de fide inſtrumento-*
14 *rum*, ibi, *ideò tàm teſtimonia, quàm perſonæ in-*
ſtrumentorum loco habentur, & clariùs pro-
batur in *l. in exercendis* 15. *C. eod.* nuper cita-
to *tit.* per hæc verba, *in litibus exercendis ean-*
dem vim obtinent, tàm fides inſtrumentorum,
quàm depoſitiones teſtium, & propterea dum
eandem vim habent, eundem debent pro-
ducere effectum, ſed in contrarium videtur
vera opinio, ex optima ratione, quia non
concurrit in teſtibus illa integritas, & recti-
tudo, quæ in inſtrumentis continetur, dum
factum probãt, & per ipſamet, & per teſtes
ibi notatos, qui cum in actu interuenerint,
actui contrauenire non poterunt, ac aliud
affirmare, & ideò ad euitãdum ſubornatio-
nis periculũ, quod poteſt non in inſtrumen-
to, ſed in teſte adeſſe, cum ſæpè contingat,
quod teſtes corrupti ad falſum teſtimoniũ
inducuntur, per notabilem *gl. in c. quia veri-*
ſimile 10. *de præſump.* prout in terminis con-
cludere videtur huius articuli *Faeb. contron.*
iur. lib. 10. cap. 93. ver. 3. eſt opinio, ad finem, lit.
A. & antè eum *Rebuff. in l. 1. C. de ſent. adu. Fi-*
ſcum latis retractandis, lib. 10.

Quod quidem non dum intelligendum
eſt in ciuilibus, verùm etiam & in crimina-
libus, vt poſt rei condemnationem per no-
15 uas probationes ſententiam retractari nõ
patiantur, tametſi poterit à Principe hoc
permitti, apud quem non videtur im-
poſſibile, *tex.* eſt celeberrimus *in l. 1. §. ſi quis*
vltrò, vbi *Bar. ff. de quæſtion.*

Et quid dicẽdum eſt de tranſactionibus?
an facta nempè aliqua inter partes tranſa-
ctione, poſſit deindè reuocari per nouitèr
16 reperta inſtrumenta? & negatiuam partẽ
ſuſtinuit, ſicut in ſententia præcitatus *Io. de*
Arn. eod. ſing. 74. per *tex.* litteralem *in l. ſub*
prætextu 29. *C. de tranſ.* & tradidit rationem
per anthoritatem *Baldi*, ab ipſo *de Arnono*
citatam, quod facta tranſactione bona fide
inſtrumenta, & iura ſunt caſſa, & ex his iuri-
bus ego nonnullis conſului, qui mihi oſten-
derunt quandam ſcripturã generalis quie-
tationis, & tranſactionis, quod non pote-
rant moleſtari per partem, quæ illam con-
fecerat.

Attamen his affirmatis obſtat *tex. in l.*
Imperatores 3. *§. cùm tranſactio, ff. de tranſact.*
ſub hac forma, *tranſactio non porrigitur ad co-*
di-

17 *dicillos poſtea repertos*, & de hoc aut non
meminit dictus *de Arnono*, aut memor ſub
ſilentio voluit pertranſire, ad difficultatem
euitandam.

Quapropter eſt dicendum (cum allega-
ta iura videãtur inter ſe conttaria, nè cor-
rectoria dicantur iuxta miſerorum reſo-
lutionem) quod omnia rectè loquuntur
vnde

Prima eorum reſolutio, & concordia eſt,
quod in *d. l. ſub prætextu* diſponitur circa
tranſactionem genetalem, vt patet, ibi, *ge-
nerali tranſactione finita*, & propterea cum
omnes debitorum ſpecies ſub ea generali-
tate comprehendantur, non poterit retra-
ctari tranſactio propter inſtrumenta noui-
tèr inuenta, cum iam pactum ſit de omni-
bus prætendentijs, in dicta autem *l.3.* ſecus
eſt, dum apparet ex lectura, quod loquitur
de tranſactione in re particulari, & ſic cum
diuerſimodè loquantur, diuerſimodè etiam
debent operari.

Secunda melior reſolutio eſt, quod ideò
retractatur tranſactio in *d. l. 3.* quia agitur
de fauore matris, quoniam cum fuiſſet læſa
per inſtrumenta nouitèr poſtmodùm re-
perta, iuuari debuit, cum hoc ſimilitèr po-
terit inter cætera, quæ ipſa retinet benefi-
cia connumerari, quod ſecus autem eſt in
d.l.27. dum ibi agitur de tranſactione facta
inter extraneos.

Tertia optima concordia eſt, quod at-
tentis verbis affatæ *legis Imperatores*, §. *cum
tranſactio*, ibi non agitur de inſtramentis, &
ſcripturis nouitèr repertis, ſed de ſcripturis,
quæ aderant, quarum virtute mater quære-
bat ſibi ſatisfieri, ſed quia ignorabatur
quantitas, fuit facta tranſactio, poſtmodùm
inuentis codicillis, per quos centum debe-
bantur, & tranſactio fuit facta per quinqua-
ginta, mater iure petere poterat ſupplemẽ-
tum legati ex capite ignorantiæ circa quã-
titatem tranſactam, & tantò magis, quod
hæres in fraudem hic præſumitur, dum ipſe
ſcire dicitur quæ in teſtamento continen-
tur, & ſic conſcientiam tenetur exonerare
18 defuncti, *gl. in l. Iulianus 16. in additione, ff. de
iudicijs*, & adeò hoc verum eſt, quod ſi lega-
tarius petat legatum, & hæres replicat, vt
teſtamentum demonſtretur, talis replicatio
eſt à Iudice reijcienda, & reprobanda, cũ ca-
lumnioſa, & fraudulenta dicatur oppoſita,
dum clarius ipſe, quam legatarius legatum
ſcire videtur, ex notabili praxi *Ber. Muſc. in
gl. mentionatorum, parte 3. ſub. nu. 8.* vnde me-
rito in tali caſu cum tranſactio ſit facta in
minori debiti quantitate, per codicillos
iam repertos ex his firmatis retractanda
eſt, quæ quidem non procedunt in *lege ſub
prætextu*, dum ibi agitur de ſimplici gene-
rali omnium iurium tranſactione, & prop-
tereà non reuocatur per nouitèr inuenta
inſtrumenta, & ideò non eſt mirum, ſi di-
uerſa ſit diſpoſitio iſtorum iurium, cum di-
uerſa in illis militet ratio.

Vndè colligenda eſt optima limitatio
19 dictæ *legis ſub prętextu* per dictam *l. tertiam,
§. cum tranſactio, ff. de tranſact.*

Limitatur ſimilitèr *tex.* prædictus *l. ſub
prætextu* per *l. tres fratres 36.* vbi *Bar. ff. de pa-*
20 *ctis*, vbi legitur, ꝙ generalis tranſactio, vel
quietatio non porrigitur ad ſpecies de no-
uo repertas, ex dolo contrahentium anteà
occultatas, & optima ratione, dũ nemini
prodeſt fraus, *l. 1. § ideo, ff. de doli mali, me-
tusq; except.*

Et tandèm limitatur per doctrinam *Ca-*
21 *pol.* ſuperiùs allegato *conſ. 25. num. 16.* vt re-
tractari poſſit tranſactio, non ipſo iure per
inſtrumenta nouitèr reperta, ſed per bene-
ficium teſtitutionis, vt dictum eſt de ſen-
tentia.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio quotupliciter ſit, remiſſiuè.*
Caſus proponitur in materia can. ſi quis ſua-
dente diabolo.
2 *Percutientes clericum, ipſo facto ſunt excom-
municati, & ampliatur, nu. 3. 4. 6. vſq. ad 10.*
3 *Clerici in prima tonſura an gaudeant priuile-
gio* can. ſi quis ſuadente?
4 *Prima tonſura an ſit ordo? cum nu. ſeq.*
5 *Clericus ſaluaticus nõ gaudet priuilegio* can. ſi
quis ſuadente, *ſed alijs, remiſſiuè.*
6 *Fundamento ſublato corruit totum ædificium.*
10 *Clerici minores ſi inuicem ſe percutiãt, an inci-
dant in excommunicationem, & à quo de-
beant abſolui.*
11 *Percutientes clericum in quibus caſibus non
ſint excommunicati, nu. 12. vſq; ad 15.*
15 *Clericus inuentus in adulterio non gaudet pri-
uilegio* can. ſi quis ſuadente.
16 *Percutiens Sacerdotem à quo abſolui debeat.*
17 *Percuſſio grauis quando dicatur? cum nu. ſeq.*
18 *Primicerius an retineat aliquam dignitatem?*
20 *Mancipia non debent ſignari in facie.*
21 *Alapa dicitur grauis percuſſio, & quare.*
22 Viuius in deciſ. 46. nu. 6. *declaratur.*
23 *Notorium factum quando dicatur.*
24 *Vicarius Generalis Epiſcopi dignitatem re-
tinet.*
*Epiſcopi non poſſunt abſoluere excõmunicatos
per* can. ſi quis ſuadente, *quando eſt per-
cuſſio grauis.*
25 *Abſolui in quibus caſibus clerici percuſſores
poſſint ab Ordinarijs locorum, & nu. ſeq.*
26 *Abſoluere excommunicatum in mortis articu-
lo quilibet Sacerdos poteſt.*
27 *Abſolutus propter impedimentum, quando*

erat

erat à S.P. abſoluendus,impedimento ceſſante debet ire ad Apoſt.Sedem.

28 *Excommunicatus non debet abſolui, niſi prius offenſo ſatisfaciat.*
Paria ſunt,non eſſe, vel nullum eſſe.

29 *Satisfactio,quæ eſt neceſſaria, vt quis poſſit ab excommunicatione abſolui, quanta debeat eſſe.*

30 *Iuramentum de ſatisfaciendo an ſit ſufficiens, vt excommunicatus poſſit abſolui?*

31 Horatij Viſcont. *dicta declarantur,dum ait, quod clerici inuicem ſe percutiẽtes poſſunt ab eorum Prælatis abſolui,& n. ſeq.*

32 *Verba capiunt intelligentiam ex præcedentibus,vel ſubſequentibus dictis.*

33 *Excommunicatus ſemper talis præſumitur, vſq; dum legitimè demonſtrauerit,eſſe abſolutum, & nu. ſeq.*

34 *Excommunicati qui dicantur, qui euitari debent?*

35 *Excommunicatus repellitur ab agendo in iudicijs.*
Excommunicatus poteſt reijci à iudicij limino, ſi fuerit oppoſitum, ſemel fuiſſe excommunicatum, & quomodò.

36 *Excommunicatus clericus celebrando efficitur irregularis,& non poteſt abſolui, niſi tantum à S.P.*

37 *Et quid concionando?*

38 *Ignorantia probabilis excuſat ab irregularitate,ſed non craſſa,& ſupina.*

39 *Ignorantia craſſa,& ſupina quæ ſit.*

ARGVMENTVM.

Sacerdos alterum Sacerdotem clericum percutiendo, incidit in cenſuram, ſed à quo poſſit abſolui,àttenta percuſſionis qualitate,diſputatur.

DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS.

CONCL. XXXVI.

Sicut per naturales traditur, ac per experimentum comprobatur, quod fulminis virtus eſt interna deſtructio ſine aliqua extremitatum læſione,ità & talitèr,quod millies animantia, vt habetur apud diuerſos fuerunt inuenta mortua,cõbuſtis inteſtinis, exterioribusq; membris illęſis, ità ſimilitèr experitur,in excommunicationum fulminibus terreſtibus per ſupremam potentiam, dum anathema animam damnat,cruciat, & inflammat, nullo corpori excommunicati facto nocumento,quapropter ab iſto effectu nomen talis ſententia fulminationis deſumpſit,quando enim excommunicatio promulgatur,vulgò dicitur fulminari: de iſto itaq; fulmine hic aliqua dicam ad nonnullorum requiſitionem, ad quantum meæ imbecillitatis vires permittunt.

Excommunicationis ſẽtẽtia eſt in multiplici differentia, nam quædam infertur à iure, & quædam ab homine, quædam dicitur illata, & quædam inferenda, quędam
1 maior,& quędã minor,prout de iſtis, & de reliquis poterit videri inter cæteros Authores apud *Bonac. tomo 1. in ſuo tractatu de cenſur. aliſq; pœnis Eccleſ. & tomo 3. de cenſuris omnibus Eccleſiaſticis*, attamen hic tantum agam de ſententia excommunicationis maioris, quæ illata ſtatim dicitur poſt delictum, per iuris diſpoſitionem in caſu *cap. ſi quis ſuadente diabolo 29.* in ordine *17. q. 4.* per præſentem motus occaſionem ſcilicet, quod die 1. Nouembris, quo Sanctorum omnium celebratur feſtiuitas anno 1637.quidam Presbyter in publica platea auſit colaphis coràm pluribus certum Sacerdotem percutere, ſuum maiorem, tàm circà ætatem, quàm circà officium, dum erat primicerius, fuit iam de hoc capta informatio,& ad Superiorem tranſmiſſa,ideſt ad Generalẽ Vicarium ſui Archiepiſcopi, qui poſt nonnullos dies cauſam expediuit, & ſine aliqua partis remiſſione ab excommunicatione percuſſorem abſoluit, & circa pœnam per duos menſes in exilium illum condemnauit,vndè cum appareat valdè fauorabilis talis abſolutio ab excommunicatione, de ea quid de veritate ſentiam, hic demonſtrabo, nulla de pœna corporali habita conſideratione, ſi fuerit forſan iuſta, vel non.

Et pro generali veritatis inquiſitione eſt dicendum, quod omnes, qui clericum percutiunt,incidunt ipſo facto in excommuni-
2 cationem, vt in *d.cap. ſi quis ſuadente*, vbi *gl. & DD.*per hæc verba, *ſi quis ſuadente diabolo huius ſacrilegij reatum incurrerit, quod in clericum, vel monachum violentas manus iniecerit, anathematis vinculo ſubiaceat, & nullus Epiſcoporum illum præſumat abſoluere (niſi mortis vrgente periculo) donec Apoſtolico conſpectui præſentetur,& eius mandatum ſuſcipiat*, cum quo *tex.*concordare videntur iura in *cap.nõ dubium 5. c. porro 7. cap. de cætero 11. cap. ea noſcitur 13.& cap. relatum 37.de ſent. excommun.gl.in cap.religioſo 21. & cap.ſeq. eod.* nuper cit. *tit.lib.6.* & alijs omiſſis authoritatibus,cum non ſint neceſſariæ, nam iudicarentur potius adducta ad oſtentationem, notauit *Chart.deciſ.Mediol.56.nu.4.*

Vndè cum nomen *clericus* ſit genericum, & ſub eo comprehendantur omnes quocunq; ordine inſigniti, Iſta concluſio

Primò ampliatur in clericis in prima-
ron-

Digitized by Google

tonſura ordinatis, vt per plures doctrinas
3 firmat *Cardin.Tol.ſua ſumma lib.1.cap. 34. in fine,n.11.*& *Clar.§.fin.q.77.nu.4.*

Sed huic ampliationi opponitur, vt talis
clerici non gaudeant priuilegio *can. ſi quis ſuadente diabolo*, quia prima tonſura nõ eſt
ordo, vt latiſſimè ꝓbatur ꝑ *Couar.var.reſol.*
4 *vol.1.c.quia nos,n.4.de teſta.& vol.2.lib.vnico,c.31.n.6.* ſed tantũ diſpoſitio ad ordines,
vt per *D. Anton.3. parte ſuæ ſummæ,tit.14.c.16.§.6.*& poſt eum *Bonac.in ſuo 3.vol.de cenſur. diſput.2.q.3.puncto 24.num.3.* ſed ſic eſt,
quod qui non ſunt in ordine conſtituti, non
gaudent tali priuilegio, ergo.

Maior patet, minor exemplo probatur,
clericus ſaluaticus non gaudet priuilegio
canonis ſi quis ſuadente, vt fuit declaratum
per Sacram Congregationem Card. ſub die
5 10. Kal. Iulij 1633. per hæc verba, *eos verò priuilegio canonis non gaudere*, & qui corpus
Bullarum non habet, inſpicere hoc poterit
apud *Squill.de priuil.cler.cap. 7. ſub nu.40.* ex
eo, quia non ſunt aliquo ordine ordinati, &
per conſequens idem eſt dicendum de in
prima tonſura clericis.

Attamen reſoluitur oppoſitio ſic, negando, vt prima tonſura non ſit ordo, dum probatur contrarium per *tex.in cap. cùm contingat 10.in fine,de ætate,& qual.* ibi, *per primam tonſuram iuxtà formam Eccleſiæ datam à talibus clericalis ordo confertur*, & propterea *ibid. gl.lit.F.* dixit, quòd incidunt in excommunicationem qui tales clericos percutiunt,
& firmauit *Pater Madrigal.* Dominicanus *in*
6 *ſuo opuſc.de ordin.relig.ver. de minoribus ordinibus,fol. mihi 130. & Viuius in ſylua ſua,opin. 106.nu.5.* vnde ſublato fundamento, ſuper
quo contrarij opponebant, corruit totum
argumentum, *cap.cum Paulus 26.1.q.1.*

Secundò ampliatur in clerico cõiugato,
dummodò habitum, & tonſuram deferat,
7 vt *d.ſua ſumma* firmat *Tol. in cap.31.nu. 4.in nouiſ.Viu.opin.504.nu.5.Couar.vol.2.cap. 31. & Squill.de priuil.cler.cap.6.nu.24.*

Tertiò ampliatur in clericis excommunicatis, vel interdictis, vt per diuerſos fir-
8 marunt dicti *Viu.& Tol.* vbi ſupra, *iſte d. cap. 31.nu.5.& ille ead.opin.104.num.4.& Bonac. vol. 1.ſuorum oper. de excommun. puncto 3.q. 4.num.5.*

Quartò ampliatur, dato, quod clericus
9 in percuſſione conſentiat, *cap. contingit 36.* vbi *gl.de ſent.excommun. Tol.* aliàs citato ſuperiùs *cap.34.ſub nu. 9. & Squillant.eod.cap. 6.num.69.*

Quintò pro caſu, de quo hic agitur ampliatur in clericis adinuicem ſe ſe percutientibus, etiam ſi ſint impuberes: dummo-
10 dò irato animo fiant percuſſiones, ſed tamen poſſunt abſolui à ſuis Epiſcopis, ſecundum terminationem *Alex.III. in cap. 1.* vbi
gl. & DD. de ſentent. excommun. ſed ſi ſint
maiores, & animo Diabolico alter alterum
percutiat, non poteſt dari abſolutio, niſi per
Sedem Apoſtol. vt *in d.cap.1.§.1. in fine*, per
hæc verba, *cæterum ſi ex odio ijdem ſcholares, vel ſeculares clerici percuſſerint, pro ſua abſolutione debent ad Apoſtolicam ſedem venire*, adde *tex.in cap.ſi vero 4. & cap. religioſo 21. de ſent.exc. in 6.* vbi *gl.Viu.d.opin.104.num.9.& Chart.dec.76.*& propriè *nu.3.*

Sed tamen talis diſpoſitio *can. ſi quis ſuadente*, eſt ſciendum, quod non ſemper procedit, & propterea

Primò limitatur in clerico hæretico, nam
qui eum percutit, non incidit in pœnam ex-
11 communicationis, vt per *Viuium d. opin. 104.nu.7.Squillant.in* alleg. *cap.6.num.15.de priu.cleric.*

Secundò, tunc quando clericus ſe immi-
12 ſcet enormitatibus, *Hipp.de Marſ.conſ.crim. 67.nu.61.Bonac.d.diſput.2.q.4.puncto 4.n.11.*

Tertiò limitatur in clerico coniugato bigamo, qui non gaudet priuilegio *canonis ſi*
13 *quis ſuadente*, vt per *gloſ.in cap.vnico,ſup. ver. nota, quod tonſura, de cleric. coniug. in 6.*&
comprobant dicta *Bonac. de excommun.* ſuperius cit. *q.4.diſput.2.puncto 4.nu.14.& vol. 3.de cenſur.diſp.2.q.2.*& latè *Squillant.d. cap. 6.de priuil.cler.nu.24.*

Quartò, quando vt laicus incidit ſine ha-
14 bitu, & tonſura, trinam poſt ei denunciationem factam, vt ad litterã probatur in *cap. in audientia 25.de ſent. excommun.* per *Bonac. eod.punct. 4.n.9.& Incarn.in ſuo Scutr.Sacerd. tract. 12. fol. 286. in nouiſ.* vbi multos circa
hoc congerit caſus.

Quintò, omiſſis alijs limitationibus clericus inuentus cum vxore, matre, ſorore,
aut filia alicuius. non gaudet dicti *can.ſi quis ſuadente* priuilegio, dum maritus, filius, fra-
15 ter, aut pater, qui eum verberat non incidit
in excommunicationem, *gl. in d. can. ſi quis ſuadente, ver.violentias,Couar.vol.1.parte 2.de matrim.cap.7.§.7.num.8.Hoſt.de ſent.excommun.ſub nu.4.fall.11.ſua ſumma,D. Anton. 3. parte ſuorum oper.tit. 24. cap.1. de percut. cleric.col.8.fol.mihi 426.at.Tol.in ſumma lib.1. cap.33.ſup.n.2.ver.quartus caſus, Squill.* inter
modernos peritiſſimo *de priuil.cler.cap. 6.n. 81. Aret.in §.in poteſtate,n.9.* vbi plures congerit, *Inſt.de his,qui ſunt ſui,vel alien. iur. Giachario ad Clar.pract.crim. q. 77. lit. A.* ac ip-
ſo *Claro*, qui hanc opinionem communem C
eſſe cenſet *§.homicidium,num.39.ver.dixi autem, & Bonac.* in prææallegato *puncto 4. nu. 6. 7. & 8.*

Conſtito itàque, quod incurrit ipſo facto in excommunicationem, qui clericum
percutit, de eius abſolutione eſt videndum,

quæ

quæ reſeruata quidem apparet in caſu noſtro Summo Pōtifici, cum in Sacerdotem
16 ſit percuſſio illata, & non in ſimplicem clericum, vt *in d. can. ſi quis ſuadente* legitur,& probatur *in cap.relatum* 37. *de ſent. excomm.* quod procedit dato, quod vnus Sacerdos percutiat alterum, vt in aliàs adducto *cap.* 1. §. 1. *ad finem* nuper cit. *tit.* & vltrà hoc conſolidatur veritas, quod iſte Sacerdos non poterat abſolui, niſi per S. P. non dum ratione Sacerdotij, verùm etiam & ratione percuſſionis grauiſſimæ, & propter locum, & propter perſonam, & propter percuſſionem ipſam.

Circà locum grauis debet cenſeri per-
17 cuſſio, dum fuit facta in publica platea coram populo,& in ſollemniſſimo die Sāctorum omnium,non ſine magno ſpectatorum ſcandalo, *l.prætor edixit* 7.§. *pen. & fin.& l. ſed eſt quæſtionis* 9. *cum ſuis* §§. *ff. de iniur. & famoſ. libellis,Squill.d.cap.6.nu.*100.*& ſeq.*

Circà perſonam grauior eſt iudicanda, dum percuſſus erat nobilitèr viuens,maior
18 ætate, & officio percutientis, ex eo,quia Primiceriatus retinebat gradum, & ſecundùm *Hoſt. in ſumma lib.* 1. *de officio primicerij*, tale officium videtur certa dignitas, quod comprobauit etiam *Nouar. deciſ.* 226. *nu.*3. quæ non debebat ſic iniurioſè maculari, & poterit ex ethymologia colligi,ſi,& in quātum, nam dicitur primicerius,quia primus habet cereum.

19 Circà qualitatem percuſſionis, eſt grauiſſima ipſa percuſſio,& ſic non mediocris, aut leuis, de quibus latè ſcripſit *Summa Arm. in ver. excommunicatio, ſub nu.*9.*Bonac.* in ſuperiùs alleg.*q.* 4. *puncto* 5. *& Squillant. eod.cap.6.à nu.*100.*vſq; ad finem*, dum alapa fuit illata, prout in terminis firmauit *Bonac.*nuper citato *puncto* 5. ſub n.8.*ver.grauis, in fine.*

Et hoc non eſt admiratione dignum, ex eo,quia facies hominis facta eſt ad imagi-
20 nem,& ſimilitudinem Dei, quapropter iure cautum eſt,ne mancipia ſignentur in facie (& ſi communitèr hodiè malè ſeruetur) *l.ſi quis in metallū* 17.vbi *gl.et DD.C.de pœn.*& ſatis apertè patet, quod Dominus noſter in ſua paſſione acerbiſſima, vllum verbum dixit, niſi quando fuit colapho percuſſus, volens in hoc nos docere, quantum enormis fuerit talis iniuria,licèt diuerſæ tradantur in hoc per Theologos interpretationes.

Nec non & aliæ optimæ hic apponuntur rationes, quarè alapa percutere graue ſit,
21 quia dicitur iniuria facti, vt per *Bonif. de maleſ.ſub rub. de iniurijs, num.*2. & ſecundùm *Camp.in Cap.Regni Caroli Regis II.de iniurys, num.*13.*& ſeq.*duplex iniuria vnico actu, & tempore illata videtur,nempè quod perſona percuſſa parum æſtimatur,nam pueri ſolent palma percuti, & verberari, & quod per alapam cæditur offenſus, & propter hoc dixit *Grām.in deciſ.*36.*n.*4. iura trāſgredi licere,ita vt ſi Poteſtas ab aliquo alapam reciperet, ipſa Poteſtas percuſſa poteſt ſtatim percuſſorem furcis ſuſpendi facere, & tādem alapæ percuſſionem in publico loco grauem eſſe, pluries fuit declaratum apud *Ragucium in vaſe Eccleſiaſticæ diſcipl. quæſito* 73.*nu.*19.

Nec obſtāt *Viuij* dicta in *deciſ.* 45. *num.6.* aſſerentis,eſſe leuem iniuriam,quæ fit cleri-
22 co alapa, dum in diuerſis terminis videntur firmata, nempè loquitur de percuſſione facta manu clauſa, & non aperta, & ſic de pugno,& nō de colapho in faciē dato,vt ipſius *Authoris* verba in fine declarant hoc modo,*& ſic eſſe iudicatum in cauſa Antonij de Elefanto inquiſito de pugnis illatis*,vnde apparet,*Viuium* æquiuocaſſe inter alapam,& pugnum,volens de pugno loqui,& non de alapa in ſua deciſione.

Grauatur inſuper (& alijs pluribus omiſſis rationibus) præſens percuſſio ex capite notorij, dum fuit lata die,& tempore, quo ſuprà ad principium huius cōcluſ.ad quod probandum non indigemus conatu,prop-
23 ter tradita per *gl.in cap.ex parte* 23.*ver.pro contumacia,de verb. ſignif. Guid. Papa in commentarijs ſuper ſtatut.Delphin.*§. *notoriè,nu.* 2. apud quem ſic legitur,*notorium eſſe ex populi aſpectu crimen, dum tergiuerſatione celari non poteſt*, & *Bonif.de vit.in tractatu maleficiorum, in rubr. de notorijs crim.* vbi habetur,triplex ſimilitèr eſſe notorium,nempè iuris,facti,& præſumptionis.

Ex quibus omnibus itàq; eſt iure concludendum, in iſto caſu tantùm talem percuſſorem abſoluendum eſſe per Sedem Apoſtolicā, dum Ordinariorum authoritas, & eorum Vicariorum Generalium,ſecundùm
24 *Bonac.d.puncto* 5.*num.* 4. dum eſt vnum Tribunal Vicarius,& Epiſcopus,ſecundùm *Peregr.de imm.Eccl.cap.*3.*ſub.nu.*21.*verſ.ad primum,fol.*34.*per tex.in cap.Romana* 3.*de appel. in* 6. vbi *gl.*& vices gerit Epiſcopi,ſecundū eūdem *Peregr.cap.*16.*nu.*23. ad hoc ſignum non extenditur, & per conſequens data ab his nullius eſt momenti ex defectu poteſtatis, vt de communi opinione teſtatur *Squill.d.cap.6.nu.*105. C

Et non poterit iſta veritas aliqua forſan ex legitima cauſa opprimi,& abſolutio pro
25 valida ſaluari, per quam potuiſſet iſte percuſſor à Generali Vicario ſui Ordinarij abſolui, quia forſan erat percuſſio inter perſonas collegialitèr viuentes, nam foret neceſſe, vt concurreret leuis percuſſio,non enormis, vt in iſto caſu,ex traditis per *Bonac.*

*nac.*vltimo loco citato *nu.9.ver.reſp.affirma-
tiuè*, vel quia paupertate retinebatur, quæ
impediebat acceſſum ad Apoſtol. Sedem,
dum habet in patrimonio pluſquam duc.
700. vltrà Eccleſiæ obuentionem, vel quia
mortis periculum abſolutionẽ talem per-
mittebat, concedendam eſſe, vt in *d. can. ſi
quis ſuadente diabolo*, ibi, *niſi mortis vrgente pe-
riculo*, & *Bonac.* ſuperiùs alleg. *puncto 5.n.* 11.
nam in iſto caſu non ſolum Epiſcopus, &
eius Generalis Vicarius habent poteſta-
tem abſoluendi, verùm etiam & quilibet
26 Sacerdos talem authoritatem retinet, ex
gratia concesſa illi à Deo apud *Matth. cap.
16.* dum dixit, *quodcunq; ligaueris ſuper ter-
ram, erit ligatum & in Cœlis, & quodcunq; ſol-
ueris, erit ſimilitèr & in Cœlis ſolutum*, ac deſu-
mitur ex *cap. quem pœnitet* 88. *de pęnit. 1. diſt.*
ex *Couar. var. reſol. tomo 1. de ſent. excomm. §.
11. n.9. circa fin.* ex *Viguer. Granat. ſuis inſtitut.
nu.179. lit.B.* & ex *Bonac. d. nu.* 11. dùm ſem-
per ſanus vixit, & dato aliqua forſan fuiſſet
infirmitate oppreſſus, ceſſante periculo te-
netur ad S. P. accedere, nam cum tali cau-
tela tunc intelligitur facta abſolutio, & ſic
ſumus adhuc in terminis, quod talis Sacer-
dos non videtur abſolutus: immò inſpectis
omnibus caſibus, in quibus poteſt dari ab-
ſolutio per locorum Ordinarios excõmu-
nicatis, per *can. ſi quis ſuadente*, quos recolli-
git *Summa Hoſt. in rubr. de ſent. excommun. n.4.*
vllum potui excogitare probabilem in fa-
uorem huius percuſſoris.

Nec minus poterit adduci legitimum
impedimentum, propter quod iure permit-
titur, vt poſſit excommunicatus abſoluen-
dus à S. P. abſolui ab Epiſcopis locorum,
ceſſante etenim impedimento tenetur ire
27 ad Apoſt. Sedem, vt diximus de periculo
mortis ſublato, immò prudentes Prælati
debent mandare abſolutis, vt ad Sanctum
Paſtorem accedant, *tex.* eſt cum *gl. in cap. de
cętero 11. & cap. quod de his 26. de ſent. ex-
commun. cap. eos, qui 22. eod.* nuper citato *tit.
lib.6.*

Sed ponamus, quod habuiſſet talis Gene-
ralis Vicarius poteſtatem abſoluendi, non
ne præcedere debebat Sacerdotis percuſſi
ſatisfactio? certè quod ſic, per *tex.* in *cap. pa-
28 rochianos 9. cap. ea noſcitur 13. & vtrobiq; gl.
& cap. quamuis 18. de ſent. excommun. cap. ex
parte 23. §. verum cum ſemper, de verb. ſignif.*
& docet oculata praxis, dum Summi Põti-
fices in eorum indulgẽtijs, & Iubilęis quan-
do ampliſſimam facultatem concedunt ab-
ſoluẽdi à cenſuris, limitatam eam tribuunt
ſic, ne ſcilicèt abſoluantur excommunicati,
niſi prius partes offenſas concordauerint,
quomodò igitur, ſi vlla interuenit iniuriati
clerici ſatisfactio, vel remiſſio, potuit validè
procedere talis abſolutio? eſt itàq; dicen-
dum propterea, quod ſicut non eſſet abſo-
lutus percuſſor vnquam, adhuc in excom-
municatione perſiſtit, paria enim ſunt non
eſſe, vel eſſe nullum, *l. non putaui 8. §. non quæ-
uis, ff. de bonorum poſſ. contrà tab. Surd. dec. 51.
nu.14. & deciſ.222. nu.2.*

Et hæc quidem ſatisfactio cum neceſſa-
ria ſit, vt interueniat, nam alias vllo modo
29 poterit abſolui excõmunicatus, dubitatur
per DD. quãta eſſe debeat, & *Squill. d. c.6. n.
111.* ait, in hoc conſiderandam eſſe per Iu-
dicem ſuo arbitrio, ſecundum iniuriam paſ-
ſi, qualitatem, & perſonæ percuſſæ condi-
tionem.

Quæ quidem ſatisfactio adeo eſt de eſ-
ſentia, vt in probatis iuribus notatur, ꝙ
non ſufficit iuratoria cautio de ſatisfacien-
do, ſed eſt neceſse, vt verè prius ſatisfiat, &
tunc propriè, ſicut in caſu noſtro, quando
eſt quis excõmunicatus propter delictum,
per *Couar. in cap. Alma mater, de ſent. excom-
munic. §. 11. primæ par. nu.* 11. & *Squill. ad fi-
30 nem d. cap. 6.* ſed tamen probabilius eſt di-
cere, quod ſiuè excommunicatio deueniat
ex percuſſione, ſiuè ex contumacia, vel ex
quauis cauſa, ſi iuramentũ de ſatisfaciẽdo
interueniat, excommunicatus abſolui po-
teſt, per *tex.* ad litteram in *cap. qua frõte 25.
§. 1.* ibi, *ſi quis pro contumacia, vel qualibet
cauſa interdicto, vel excommunicatione teneтur
adſtrictus, &c. de appell.* & tunc præcipuè
quando in promptu commoditatem ſa-
tisfaciendi non habet, vt ex *Couar. eod. §. 11.
d. nu.* 11. *Brundusino in ſua ſumma cenſurarum,
& irregularitatum, ver. cenſura, nu.21. fol. mihi
106. in prima impreſſione*, & ex *Squillante d.
cap. 6. ad finem*, vndè cum nec minus à tali
percuſſore iuratum ſit de ſatisfaciendo,
ſuppoſito, quod potuiſſet abſolui à tali Vi-
cario, propter hoc patet, nullam abſolutio-
nem extare.

Nec rationibus his adductis poterunt
obſtare dicta *Horatij Viſcont. in ſuis conclu-
31 ſion. dceiſiuis, in verbo ad inuicem ſe percutien-
tes, fol. m. 28. 2. col.* concludentia, quod cleri-
ci ſi inuicem ſe percutiant, poſſunt ab eo-
rum Prælatis abſolui, dum duobus modis
poſſunt clare reſolui.

Primò, quod procedere poterunt, quan-
do eſt leuis, & non enormis percuſſio, vt ſa-
tis abundè ex ſuprà traditis apparet.

Secundò, non diſcendendo à verbis Au-
thoris, dicimus, rectè procedere eius ſen-
tentiam in ijs terminis, in quibus ipſe fatur,
nempè quando clerici ad inuicem ſe per-
cutiunt, tali modo, quod rixæ non poterit
author dignoſci, & non quando vnus tan-
tùm percuſſor eſt, ſecundùm doctrinam
Iulini Chartarij in deciſ.76. prout in punctis
fuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe deciſum, licet cum non modica diffi-
cultate teſtatur *Viuius* in pluries citata *opin.*
104.*nu.*10. & ex optima ratione talis reſo-
lutio procedit, verba etenim intellectum
capiunt, vel à præcedentibus, vel à ſubſe-
quentibus, quę adducuntur, & ſic ſunt reue-
32 ra intelligenda, vt deſumitur ex *l. qui filia-
bus* 17.*ff. de leg.* 1. & notatur per *Alex. Pere-
grinum Capuan. q.* 19.*num.* 1. *in ſuo tractatu de
duello*, & per *Nouar. deciſ.* 108. *nu.* 6. vnde in-
ſpectis dictis aſſati *Viſconti*, optimè vidētur
hic declarata, & mea firma remanebit ſen-
tentia, & ex hac conſideratione poterit ſi-
militèr magis turè cōfirmari *Viuij* doctrina
ſuprà adducta *nu.* 22. dum volens ſuſtinere,
percuſſionem alapæ leuem dici, per eum
fuit couclusum in percuſſione cum pugnis,
& ſic ſe declarauit, quod non intellexit de
colapho, immò, vt magis certa iſta redda-
tur mea intelligentia ad dictū *Viſc.* non dū
ex iiſdem per eum latis verbis apparet
quod dixi, verùm etiam ex doctrinis *ibi* per
ipſum citatis, et præcipuè *Petri Follerij in
prac. crim. can. cap.* 17. *nu. in libro meo* 45. *ſol.*
176. qui ait, quod clericus alium clericum
percutiens, in his caſibus poteſt ab Epiſco-
po abſolui, in quibus abſoluit ſeculares cle-
ricum petcutientes, vnde cum ſatis abundè
demonſtrauerim, quod in caſu noſtro non
poteſt dari abſolutio ab Epiſcopo, conſtat
qnod *Horat. Viſc.* mihi non contradicit, &
per conſequens, quæ iam hic adduxi ſolida
remanent.

Vndè propterea poſſum dicere, adhuc
talem Sacerdotem excommunicatum exta-
re, & ſemper talē eſſe cenſendum, vſq; dum
33 non probauerit, legitimè fuiſſe abſolutum,
& in conſequentiam euitari debet, nullam
cum eo habendo communionem, *cap. ſicut
nobis* 39. *de ſent. excommun.* latiſſimè *Couar. in
d. cap. Alma mater*, §. 2. *primæ partis*, *nu.* 6. &
Nauar. in ſua ſumma, cap. 27. *nu.* 36. vbi ſollem-
nem allegat *gl. in cap. propoſuit* 8. *de cler. ex-
comm. miniſtr.* cum certum ſit in iure, hos
namq; eſſe excommunicatos euitandos, ſci-
34 licet publicos, & notoriè clerici percuſſo-
res, vel per cedulones declaratos excom-
municatos, per *tex. in cap. cum non ab ho-
C mine* 14. *de ſent. excommunic.* & eſt omnium
communis opinio Canoniſtarum, ſic etiam
firmauit *Squill. in tract. de oblig. clericorum*,
parte 3. *n.* 5. *Summa Tol. in lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 3.
ver. alter caſus, *Sà* in alias adducto *ver. ex-
communicatio*, *nu.* 34. *Graff. in deciſ. aur. parte
2. lib.* 3. *cap.* 5. & alijs omiſſis *Reuerendiſſimus*
Dominus meus *Ric.* qui pro mille ſufficeret
in collect. 1117. ſecundùm quem nota, adeo
veram eſſe iſtā ſententiā propoſitam, quod
præſuppoſito, excommunicatum poſſe re-
35 pelli è iudicio ab agēdo, vt in *c. intelleximus*,
7. *de iudic. cap. excommunicamus* 13. §. *creden-
tes, de hereticis*, & in pluribus alijs iuribus hic
tanquàm non neceſſarijs allegādis omiſſis,
ſi comparere aduerſus aliquem voluerit,
poterit per ipſum conuentum reijci, & al-
legari excommunicatus, & ſufficit, ſi probe-
tur, ſemel in cenſuram eſſe incurſum, nam
ſemper talis cenſendus venit, vſq; dum legi-
timè non conſtiterit de abſolutione, in *d.
coll.* 1117.

Sed illud peius eſt in hoc caſu, quod iſte
Presbyter non ſolum excommunicationis,
verùm etiam & irregularitatis videtur vin-
culo innodatus, dum cum inualida abſolu-
tione (quæ abſolutio non poteſt nuncupa-
ri) celebrauit, ſtante quod non tantum erat
ſuſpenſus à ſacrificijs, verùm etiam ab in-
greſſu Eccleſiæ prohibitus, *cap. is, cui* 20.
36 *de ſent. excommun. in* 6. *cap.* 1. *ad finem, de ſent.
& re iud. eod. lib.* citato, immò pluribus alijs
ſubijci videtur pęnis, vt in *cap.* 1. 2. 3. 4. 5. &
*toto titulo de clerico excommunicato, depoſ. vel
interd. miniſtr.* latè *Couar. in d. cap. Alma ma-
ter*, §. 6. *primæ partis*, *nu.* 9. *Filliuc. tomo* 1. *quæſt.
moral. cap.* 3. *de* 2. & 3. *effectu excommunic. nu.*
79. *verſ.* 10. *quæro*, *Auguſt. Barboſ. in praxi
exig. penſ. Eccleſ. q.* 8. *nu.* 17. vbi *Bonac.* & alios
congerit Scribentes, & *Menoch. de arb. Iud.
caſu* 416. *num.* 46. cum *Nauar. conſ.* 1. *lib.* 5. *de
cler. excommunic. miniſtr.* & ab hac irregula-
ritate abſoluere, ſiuè ſuper ea diſpenſare
nemo poteſt, niſi Summus Pontifex, dum
caſus eſt expreſsè reſeruatus ab *Innoc. IV. in
cap.* 1. §. *caueant, in fine, de ſent. excommun. in*
6. ità & talitèr, quod nec minus delegatus
Papæ à latere ad hoc ſe intromittere valet,
per ſingularē *gl. in c. clerici* 3. *ver. moniti*, vbi
plura congerit *de cler. excomm. miniſtr.* quod
poſtmodum fuit expreſsè confirmatum per
eundem *Innoc. IV.* cum generali *Concil. Lug-
dunenſ. in cap.* 1. §. *ſciturus*, *de ſent. & re iud.
eod. lib.* 6. & ibi *gl.* notauit, hunc caſum eſſe
vnum de Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, ſequi-
tur *Steph. Coſta in cap. is, cui*, *nu.* 15. *de ſent. ex-
commun. in* 6. *Martin. Alphonſ. Viuald. in tit.
de ſuſpenſ. nu.* 131. *Euerardus in conſ.* 54. *n.* 2. &
*Foll. ſua pract. crim. canon. vltima parte, ver.
miſcellanea quædam*, *nu.* 37.

Tamen in concionibus hoc non proce-
37 dit, Sacerdos etenim excommunicatus cō-
cionando, in irregularitatem non incurrit,
per nouiſſima tradita à *Squillante de oblig.
cler. parte* 3. *nu.* 50.

Immò iſte Sacerdos excommunicatus, &
38 irregularis per ſacrificia celebrata non po-
terit iuuari *Gregorij IX.* gratia in *cap. Apoſto-
licæ* 11. promulgata, *de clerico excommun.
vel depoſ. &c.* quę ampliauit, & valde exor-
nauit eruditiſſimus *Ricc. coll.* 429. nam ſua
ignorantia non eſt probabilis, vt in *d. cap.*

Digitized by Google

Apoſtolica legitur,ſed craſſa,& ſupina, ſcilicèt inualidè fuiſſe abſolutum, nullamq; abſolutionem extare, quo in caſu non excuſatur, ſed tenetur pro eius diſpenſatione ad Romanum Paſtorem accedere, vt probat mihi litera eiuſdem *cap. Apoſtolica*, ibi, *ceterum ſi fortè ignarantia craſſa, & ſupina, aut erronea fuerit, propter quod diſpenſationis gratia egeatis, eam vobis de benignitate Apoſtolica indulgemus*, cum *gl. lit. A.*

Et talis ignorantia patet, dum amicabilitèr pluries fuit monitus, vt firmiorem quęreret abſolutionem, quia illa per Vicarium Generalem ei conceſſa iure valida ſubſtineri non patiebatur, nã conſiderata ignorãtia craſſa, ſecundũ *Bonac.* relictis alijs *vol. 1.*
39 *de cenſuris in communi, quaſt. 2. puncto 1. ſub n. 4. ver. ſed mihi probabilius, fol.* 414. illa dicitur æquidem, quæ procedit ex lata culpa ignorantis, ſiuè ex ſumma negligentia, tradens dictus *Author* exemplum, ſcilicèt quando quis nullam, aut valdè modicam diligentiam adhibuit ad cognoſcẽdum illud, quod tenetur ſcire, poſtquàm aliquod dubium, ſuſpitionem, aut cognitionem habuit, itàq; ſi talis Sacerdos inuigilaſſet ꝑ veritate circa ſuam abſolutionem, vtiq; apud Peritiores eam inueniſſet, & propterea ſi eſt irregularis, vel non, dum nullitèr abſolutus celebrauit, & celebrat, tuum ſit, oculatiſſime lector, iudicium, quid rectè ſenties cenſere, dum omnium maiorum cenſuræ ſubiaceo, quoniam puto, ex abundanti fuiſſe probatam inualidam, & nullam cenſuræ abſolutionem, dum nõ poterat dari, niſi per Sum. Pontificem.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur primus caſus in hac concluſione, & diſceptatur vſq; ad nu. 13. & ſecundus caſus proponitur in nu. 14.*

2 *Hæres tenetur recipere particularem ſolutionem, declaratur nu. 10.*

3 *Creditor tenetur recipere in partem ſuum creditum, ſed quomodò hoc intelligatur, vide num. 11.*

4 *Pars promiſſi recipi poteſt, & demonſtratur num. 12.*

5 Tex. in l. quidam exiſtimauerunt, ff. ſi cert. pet. *quomodò intelligatur, cum debitum in parte oblatum recipiendum ſit à creditore, & num. 13.*

6 *Pars debiti obſignata non impedit curſum vſurarum.*

7 *Res vendita non traditur, niſi pretium ſit integrè ſolutum.*

8 *Pignoratæ plures res, niſi fuerint oblatæ omnes quantitates pecuniarum, lègitimè reſtitui non poſſunt.*

9 *Solutio diuiſa multa parit incommoda.*

14 *Pecunia ſoluta in beneficium eius vadit, cuius nomine ſoluitur.*

Extraneus poteſt nomine alterius, & etiam inſcio, & inuito pecuniam alicui debitam ſoluere, & ſolutio valet, & ipſe, qui debet, eſt à debito liberatus.

15 *Oblatio extrà iudicium facta creditori, ſi pecuniam recipere recuſat, eum in mora conſtituit.*

17 *Depoſitum non debet fieri pęnes Actuarium, quando eſt ſuſpectus.*

Depoſito facto de Iudicis ordine, quando creditor eſt renitens pecuniã oblatam à debitore recipere, ſtatim debitor à debito liberatur, & vſuræ non currunt, nu. 18.

17 *Mora cuilibet debet eſſe nociua, quia culpa dicitur.*

18 *Depoſiti periculum non ad debitorem, ſed ad creditorem ſpectat.*

19 *Depoſitum à debitore debet fieri, quando creditor recuſat recipere pecunias oblatas.*

20 *Oblatio realis in ſacculo facta creditori, impedit curſum vſurarum.*

Laudatur R. C. Scipio Theodorus.

Pecunia in manu dicitur eſſe, quando in marſupio fertur.

21 *Pecunia, quando eſt neceſſe, vt non dum offeratur in ſacculo, ſed extrahatur ab eo.*

22 *Depoſitum fieri debet, quando creditor eſt paratus creditum recipere.*

Depoſitum quomodò fieri debet, quando ſumus in liquidatione inſtrum. dum obſeruatur, ne poſſit audiri debitor, niſi in vinculis, vel facto depoſito.

23 *Depoſitum quomodò fiat in Ciuitate Neap. & quomodò in forenſibus partibus.*

24 *Oblatio verbalis an ſufficiat ad impediendum curſum vſurarum.*

25 *Depoſitum debet eſſe integrum, ad hoc vt producat effectus hic poſitos.*

Sed quando hoc limitetur.

ARGVMENTVM.

Creditor an poſſit compelli ad recipiendum in parte ſuum creditum, & an ſi ei offeratur integrum debitum à debitore, ſi illegitimè illud recipere recuſat, & deponatur: poſt depoſitum vſuræ dicantur currere?

DE SOLVTIONIBVS, ET LIBERATIONIBVS.

CONCL. XXXVII.

VIuentium qualitates diuerſæ, eorumq; varij mores, effectus pariunt ſimilitèr cõtrarios, & quot ſubiecti ſunt, tot patent volunta-

Digitized by Google

rates, dum quod aliquis optat, alter contemnit, vti ad præſens poterit dignoſci de duobus creditoribus, quorum vnus integrum ſuum creditum exigere cupit, omnibus iuris adhibitis remedijs, propter debitoris renitentiam, & alter, oblatam pecuniam nomine eius, qui eſt ſibi obligatus acceptare recuſat, vnde diſſimiles ego quoq; articulos diſceptare nunc bene conor, ſub vnius concluſionis appendice, ſic ratione expoſtulante.

Circà primum creditorem, quod dum
1 fuit facta executio in bonis debitoris, & pro integra debiti ſatisfactione non ſufficit, eſt videre, an teneatur iſtam partem pro nunc recipere, & deindè alias exequi facere pro reliqua quantitate, vel legitimè poſſit recuſare partem hanc ſui crediti, quæ ex rebus executis, & venditis deuenit, vſq; dum iterum non exequatur, & integrè ſibi ſatisfiat? & contrà ipſum creditorem plura adducuntur iura.

Primò *tex. in l. cùm hæres 4. §. item ſi decem,*
2 *ff. de ſtatulib.* ibi, *cogitur hæres particularem recipere ſolutionem.*

Secundò *tex. in l. fin. ff. quibus mod. pignus,*
3 *vel hypotheca ſolu.* in quo probatur, quòd creditor à debitore debet recipere, etiã in partem creditum ſuum.

Tertiò *tex. in l. ſi ſeruus 9. §. ſi plurium, ff. ſi*
4 *quis caution.* vbi pars integræ promiſſionis recipitur.

Et quartò *tex. in l. quidam exiſtimauerunt 21. ff. ſi cert. petatur,* ibi creditor tenetur par-
5 tẽ debiti recipere, & iſta opinio ratione cõfirmatur, nam quis non tenetur plus offerre, quam poteſt, & vltra ſuas vires, & tantò magis, quòd apparet plus nõ extare in eſſe ad debiti ſatisfactionem ex his rebus executis, & venditis, niſi cæteta bona exequantur.

Attamen ſupradictis authoritatibus aduerſus debitorem adductis non obſtantibus, in eius fauorem facit contraria, magis rationi conſentanea ſecunda opinio, quæ vires recipit, vt non teneatur partem crediti acceptare.

Primò, à *lege tutor 41. §. Lucius, ff. de vſuris,*
6 vbi ꝓbatur, quod ſi pars debiti obſignetur, & eam recipere recuſet creditor, non impeditur vſurarum curſus, ſicut de integro debito eſſet oblatio facta, ergo non poteſt compelli creditor ad recipiendam eius crediti partem, quia ſi hoc eſſet, impediretur curſus vſurarum.

Secundò, ex *tex. in l. Iulianus 14. §. offerri,*
7 *ff. de action. empti,* per quem probatur, quod ſi emptor offerat partem pretij rei emptæ venditori, non propterea, ſi adhuc res non eſt tradita, actione empti eam petere poteſt à venditore, qui iure legitimo rem prædictam poteſt retinere tanquam pignus, vſq; dum non fuerit ei integrè ſatisfactum, ergò ſi liceret ſolutio ſortis in partem, poſſet emptor, empti actione petere rem ſaltim pro parte, attenta ſatisfactione, ſed ſic eſt, quod hoc non conceditur, igitur.

Tertiò, de *l. qui pignori 19. ff. de pignor.* ibi,
8 per hæc verba diſponitur, *qui pignori plures res accipit, non cogitur vnam liberare, niſi accepto, vniuerſo, quanto debetur.*

Et quartò, per rationem ſolidiſſimam, nam compelli ſcilicèt ideò poſſe credito-
9 rem ad partem crediti recipiendam, quia diuiſa ſolutio multa parit incommoda, vt in *l. plane 3. ff. fam. erciſc.* & ità tenet *gl. in l. quidam exiſtimauerunt,* adducta pro altera opinione, vndè fatendum eſt, non poſſe cõpelli creditorem ad recipiendum ſuum creditum paulatim.

Et ad hoc vt magis iſta ſecunda clareſcat ſententia, reſpondere opus eſt ad argumenta in contrarium adducta.

10 Ad primum reſponder *gl.* in ſuprà cit. *l. quidam exiſtimauerunt,* quod ibi loquitur fauore libertatis ſeruorum, vt apertè patet per hæc verba, ſcilicet *ſi decem hæredi dare iuſſus fuerit, hæres etiam per partes accipere fauore libertatis cogendus eſt.*

11 Ad ſecundum non obſtat *tex. in d. l. fin. ff. quibus modis pig. vel hyp. ſoluitur,* dum ibi debitor erat ex pluribus cauſis obligatus.

Ad tertiũ, ibi non loquitur de aliquo debito liquido, vel illiquido, neq; de cõtractu,
12 neq; de quaſi, quid mirum ergo, dum de pęnis eſoluendis ibi fatur, ſi aliqua in exigendo illas, æquitas ſeruatur?

13 Ad vltimum non obſtat *tex. in d. l. quidam exiſtimauerunt,* quia non erat creditor certus in integra petitione, & propterea potuit compelli ad recipiendam partem, in qua creditorem eſſe conſtabat, & pro reliqua legitimè in iudicio agere, vt apertè illius *tex.* verba hic demonſtrant ſic, *creditor tenetur partem debiti confeſſatam recipere, de parte verò dubia litigare,* quod non procedit in caſu noſtro: dum liquida eſt tota quantitas, pro qua executionem fieri impetrando obtinuit.

Itàq; concludendum eſt iterum, iſtum creditorem non poſſe cogi ad accipiendam partem ſui crediti.

Vnde ex præfatis optima iurium concordia deſumitur, dum ità eſt diſtinguendum ex doctrina *gl. in d. l. quidam exiſtimauerunt,* nempè, aut creditor per diuerſas obligationes ſibi factas vult ſuum creditum recipere, aut per vnam tãtùm ſtipulationem, primo caſu poteſt compelli partem crediti recipere, dum non eſt conueniens, vt vnico

Digitized by Google

actu diuerſa tradita recuperet, ſecundo ve-
rò caſu non, vel dicas, aut creditum non eſt
omne liquidum, & patens, ſed in parte, &
partē tenetur recipere, pro qua liquet, ſi ve-
rò integrum creditum conſtat, & non pote-
rit adſtringi, & per has diſtinctiones, qui-
bus ſi vtaris, proximus in hoc articulo ma-
gis veritati poteris eſſe.

Quòad ſecundum creditorem, cui debi-
tor ſatisfieri procurauit per nonnullos cer-
ti ſui fundi emptores, cum expreſſo pacto
iuris luendi, ideſt ſoluendi debitum ipſius
venditoris illi creditori, propterea etenim
ſuam alienauit poſſeſſionem, eſt videre, an
oblata per iſtos emptores nomine debito-
ris pecunia integra, tàm circà ſortem prin-
cipalem, quàm circà vſuras, & expenſas in
rogatione, ſubrogatione, ac reaſſumptione
inſtrumenti factas, illam recuſare poterit,
ità quod non recepta, ſed depoſita pœnès
tertium, & deducta cauſa in iudicium, vſuræ
iſto medio tempore debeantur, vt creditor
ipſe putat, & petit.

Et à principio ad finē eſt contra credito-
rem firmandum, quod dum fuit oblata per
iſtos emptores ei pecunia nomine debito-
ris, vnà cum inſtrumento iuris luendi pa-
ctionis, non debebat illam recuſare, dum
ſolutio iure permittebatur, nam vadit in
beneficium illius, cuius nomine ſoluitur, *l. ſi*
14 *potiores 3. C. de ijs, qui in priorum cred.* & tan-
tò magis, quod dato, per pactum non po-
tuiſſent nomine debitoris reluere, tanquàm
extranei, etiam inſcio, & inuito eo, qui ſol-
uere tenebatur, pecuniam poterant offerre,
& ab obligatione obligatum liberare, &
creditori non permittitur ſolutionem re-
nunciare, quia aliud non attenditur, niſi
quòd eius ſatisfactio, & ideò extraneus ſimi-
litèr in hoc poterit legitima perſona cenſe-
ri, *l. ſoluēdo 41. ff. de neg. geſt. l. qui decem 72. §.
ſi ignorante, ff. de ſolut.* ſic expreſsè tenet *Bar.
in l. ſolutionem 23. in princ. & in d. l. qui decem,*
§. 1. incipiente, *ſi eum mihi*, *n. 1.* vbi *Addentes*
alios cumulant *Auctores, ff. de ſolut.* ſequitur
Reg. Ron. ſuper *prag. 4. de instr. liquid. Flam.
Chart. dec. Genuæ 61. n. 6.* & optimè *Nouar.
dec. 113. n. 1.* vnde cū per creditorē ſteterit
non recipere pecunias, non poterit audiri
ex eius mora ad vſurarum petitionem.

Nec obſtat, ſi dicatur, per eum non ſtetiſ-
ſe creditum accipere, ſed euenit hoc impe-
dimentum per alios creditores, qui ſuper
depoſita pecunia, tanquàm anteriores
eis ſatisfieri petierunt.

Nam reſponſio patet, quod quando ipſi
extrà iudicium amicabilitèr fuit oblata
15 pluries pecunia, debebat eam recipere, ſine
aliquo ſtrepitu, & renitentia, dum ta-
lis geminata interpellatio familiaris, & ex-
trà iudicij limina validiſſima eſt, & ſufficit,
vt creditor in mora conſtituatur, vt latiſſi-
mè docet *Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 220.
nu. 28. Capyc. dec. 19. n. 4.* ſed, quod plus, dum
iſti emptores cognouerunt creditoris abu-
ſum, in iudicio propoſuerunt eorum iura, &
ſic facto depoſito pœnes tertium de ordine
Prætoris, non ſemel, ſed bis fuit prouiſum,
& cum prouiſione mandatum, vt obſigna-
tas pecunias reciperet, & alias iret depoſi-
tum in eius damnum, periculum, & præiu-
dicium, ergò non eſt verum, fuiſſe impedi-
tum per concurſum aliorum creditorum,
qui ſi poſt oblatam, nō dum, ſed depoſitam
pecuniam de ordine Iudicis, immò & poſt
geminatum præceptum, vt illam reciperet
comparuerunt, non eſt imputandum ipſis
offerentibus, ſed incuriæ, & renitentiæ ſuæ,
dum ſtatimatq; quod ſic deponitur pecu-
nia pęnes tertium, per Curiam electum, vel
tutum Iudicem, (ſed nō Actuarium auari-
16 tiæ ſuſpectum, vt vltrà *Ioſeph. Seſe de inhib.
cap. 4. §. 2. antè nu. 6.* adeſt in Regno *prag. pen.
cap. 19. de offic. S. R. C.*) debitor à debito eſt
liberatus, ſecundùm *Rol. à Vall. lib. 2. conſ.
63. n. 33.* ratio eſt p *Bar.* collocata in *princ. d.
l. ſolutionem*, quod debitor ſoluens, vt conſe-
quatur libertatem, non requiritur voluntas
creditoris in ſolutione recipienda, ſed ſuffi-
cit depoſitio, & hæc eſt vera obſeruantia
Expertorū, qui cum debitores ſint, cupiunt
ab onere obligationis eſſe exonerati, & ab
vſurarum curſu ſecuri, vt benè docuit *Cam-
peg. in tract. de dote, parte 3. q. 13. n. 3.* per *tex.
in l. acceptam 19. C. de vſur.* vbi ſic diſponitur,
*at ſi non ſuſcipiant conſignatam, in publico de-
pone, vt curſus legitimarum vſurarum inhibea-*
17 *tur*, & ibi latiſſimè *gl. lit. B.* & ratio eſt, quia
cuilibet mora debet eſſe nociua, *cap. mora
25. de regul. iur. in 6.* iuxtà carmen.

Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis.

Etenim mora culpa dicitur ex *gl. in l. videa-
mus, ver. ſuo nomine, in fin. ff. locati*, & non ſo-
lum per iſtam iudiciariam depoſitionem
18 vſuræ non currunt, vt in *l. tutor 29.* (vltrà
alia ſuperiùs citata) *§. tutor, ff. de admin. &
pericul. tut.* verùm etiam periculum obſi-
gnatæ ſortis principalis, ad ipſum recuſan-
tem ſpectat, *l. qui decem 72. ff. de ſolut. d. l. ac-
ceptam, Bar. in l. item ſoluitur, §. qui paratus, ff.
quib. mod. pign. vel hyp. ſol. Bal. in l. inuicem, C.
de compenſ. & Foll. in ſua pract. cenſuaria, in
ver. inſtrum. gratia pro conſ. pretio, num. 50. fol.
mihi 181.* itàq; ſatis abundè conſtat ex his,
vſuras prætenſas non currere, & debitorem
eſſe ab actione creditoris liberatum, vt
quoq; probant *tex. in l. creditrice 6. C. de vſu-
ris, & l. obſignatione 9. C. de ſolut. Capyc. deciſ.
19. num. 3.*

Quod quidèm ampliatur, quod dato non
eſſet

Digitized by Google

eſſet factum nunc depoſitum, vt erat neceſ-
ſe, ſtante creditoris pertinacia, & renitẽtia,
19 per doctrinam *Rou. in d. prag. 4. de inſtrum.*
liquid. nu. 7. ad omnem difficultatem remo-
uendam, ſed tantum pecunia eſſet obſigna-
tata ſine depoſitione, diceretur impeditus
vſurarum curſus, vt probatur per *tex. in l. ſi*
20 *rem alienam 9. §. fin. ff. de pignorat. act.* quod
quidem confirmauit clariſſimè, & ampliſſi-
mè ſimilitèr egregius *Scip. Theod.* R. Conſil.
omni integritate, ac doctrina decoratus, &
hodiè ſufficit, ſi offeratur in marſupio, vel
in mucaturo, vt ait *Scaglion.* ſupèr *ritu M. C.*
163. nam ſic eſt habere pecuniam in manu,
vt dixit *Bar. in l. itẽ liberatur 6. §. qui paratus,*
in prin. ff. quibus modis pign. vel. hyp. ſolu. & in
hac ſententia eſſe videtur *Menoch. de ar-*
bitr. Iud. caſu 232. nu. 16. & Capyc. d. deciſ. 19.
eod. nu. 3. dummodò aliquo modo tacitè, vel
expreſsè non conſentiat creditor in reci-
21 piendo forſan oblatam pecuniam, nam
tunc eſt neceſſe, vt non dum offeratur ver-
balitèr, vel intruſa in crumenam, ſed vt de-
monſtretur videntibus oculis, vt ait *Barboſ.*
in ſua praxi exig. penſ. q. 8. nu. 31. in medio, vbi
portat *deciſ. Rotæ 102. num. 2. p. 3. Rol. à Valle*
conſ. 65. nu. 56. lib. 1. & Beltra. in addit. ad Lu-
douiſ. deciſ. 146. lit. C. & ratio eſt, ne forſan
per fictam oblationem pecuniarum debi-
tor à debiti onere liberetur, nam hominum
malitia poſſet ad euitandas vſuras offerre
vacuam crumenam creditori, & ne credi-
tor poſſet dicere, quod paratus erat recipe-
re ſolutionem, ſed nil in mucaturo erat, ſed
22 ſimulata fuit illa oblata, immò ait *Menoch.*
d. caſu 232. num. 19. quod quando creditor
non recuſat creditum recipere, vt ad maio-
rem debitoris ſecuritatem, & omnis lis re-
moueatur, pecunia deponatur. Vnde ex
hoc dixit *Proſp. Petra in addit. ad Capyc. ead.*
dec. 19. n. 4. quod quando ſumus in liquida-
tione inſtrumentorum ſeruata forma Ritus
Magnæ Curiæ, vt debitor comparendo ab-
ſoluatur, oportet, vt non faciat depoſitum
in ſacculo, ſed numeret pecunias, & de or-
dine Iudicis depoſitarium eligat, nam alias
oblatio, vel depoſitio non valet, nec ipſe
poterit à pœna remoueri, at hoc procedit
23 in partibus forenſibus, ſecus autem in Ci-
uitate Neapolis, & alijs ſimilibus, nam ſuffi-
cit, ſi deponat debitor debitum in aliquo
Banco, & illius crediti fidem producat, ex
traditis per *Gallupp. 3. parte ſuæ prax. S. R. C.*
cap. 3. nu. 7. itàq; cum ſimus in terminis non
dum oblatæ, ſed depoſitæ pecuniæ, à fortio-
ri currere vſuræ non debent aduerſus debi-
torem, qui debitum per interpoſitas perſo-
24 nas ſolui curauit, vltra quod etiam verba-
lis oblatio ſufficiens eſt ad tertias impediẽ-
D das, nè currant, vt deciſũ refert *Epiſc. Ricc.*
in fin. coll. 1131. attamen de hac veritate
addas *Vin. in ſua ſylua comm. opinionum, opin.*
557. per tot.

Nec vltrà præſata poterit iſte creditor
aliquam legitimam cauſam habere, per
quam rationabilitèr obſignatam pecuniam
recuſare potuiſſet, nam tunc non fuiſſet
obligatus debitum recipere, vt ait *Foll. in d.*
pract. cenſua. eod. nu. 50. immò ipſe procura-
uit, vt poſt depoſitum, & mandata ſibi facta
ad illud recipiendum, anteriores credito-
res comparuiſſent, qui dum non habebant
fundatam intentionẽ, fuerunt reiecti, poſt
quam reiectionem, nec minus voluit depo-
ſitatam recipere pecuniam, præſupponens
poſt lapſum annorum à die depoſiti obſi-
gnationem non fuiſſe integram, vt eſſe de-
bet vſq; ad vnum aſſem; nam ſic legitimè
25 poterit recuſari, vt latiſſimè docet idem
Menoch. eod. caſu 232. à n. 20. vſq; ad fin. put
in ſimili per plura iura dicit *Pract. Papienſ.*
in verb. ſatisfacere; circa principium, integram
extare debere obſignationem in materia
iuris offerendi, ad hoc vt agens audiatur.

Sed tamen fallit, quando non malitioſè,
& culpoſè, ſed ignorantèr fieret oblatio
prædicta, nam tunc ſi deficeret in aliquo
nummo, non impedit, quin recipi valeat, vt
notatur in aureo *tex. ad l. quamuis 32. ff. de*
condit. & demonſtrat.

In hoc fuit reſponſum, quod à principio
hoc debebat proponere, & nõ poſt diutur-
num iudiciale certamen, nam prompti erãt
defectum ſupplere, ſi talitèr res ſe habebat,
at ipſi cogitabant, nõ dum integrum, immò
ſuperfluum fuiſſe depoſitum, quorum dictis
replicauit creditor, quod non erant depoſi-
tæ tertiæ decurſæ medio tempore litis, &
ſic patet, non integrum eſſe, in hoc quidem
apparet non ſolum eius duritia, immò eui-
dẽtiſſima ſtultitia, dum de hoc contẽditur,
vſuras non currere hoc tẽpore litis, quoniã
per eum ſtetit à principio oblatam, & de-
poſitam pecuniam non recipere, etiam per
mandata Iudicum ipſi facta, vt dictum eſt,
ego verò cum Iudex eſſem in præſenti cau-
ſa, cenſui, vſuras non currere, & pericu-
lo creditoris depoſitum factum ire, à qua
ſententia ad M. C. cum condemnatus ap-
pellaſſet, nõ potui confirmationem videre,
eum adhuc lis finita non ſit, & ab oppoſi-
tionis die quinq; ſunt anni decurſi, vſq;
hodie 1. Septembris 1642.

SVMMARIVM.

1 *Caſus concluſionis proponitur, & diſputatur per tot.*

2 *Iudex nemo poteſt eſſe in ea cauſa, in qua fuit Aduocatus.*

Lay-

Digitized by Google

Laudatur Menochius.
3 *Aduocatus ſi fiat Iudex, à parte contraria poterit ſuſpectus dari.*
Laudatur Marius Giurba.
Laudatur Regens Tapia.
4 *Iudex in prima inſtantia, nõ debet eſſe Aduocatus in ſecunda.*
5 *Iudex ſi factus eſt poſtquam aduocauit in cauſa, poteſt etiam à ſuo Cliente ſuſpectus dari.*
6 *Arbiter Iudicis nomen retinet,& Iudici ordinario æquiparatur.*
Appellari poteſt à laudo,& redditur ad arbitrium boni viri.
Laudatur Io.Baptiſta Thoris.
7 *Tertius eſt eligendus ab Arbitris, quando ipſi ſunt diſcordes.*
Declaratur prag.1.ſub rub.de arbitr.
8 *Statutum in Regno de Arbitris non corrigit ius commune.*
9 *Laudatur* Camillus Borrellus.
Arbitri poſſunt ſuſpecti allegari.
10 *Cliens quarè non debet eligere Aduocatum in Iudicem.*
11 Rouiti *doctrina ſuper* prag.1.de arb.nu.33. *ponderatur.*
12 *Conſanguinei poſſunt eſſe Arbitri, dummodò non ſint ſuſpecti.*
13 *Praxis quæ ſit circà Arbitrorum electionem.*
14 *Depoſitum quando fieri non debet, cum Iudices allegentur ſuſpecti?*

ARGVMENTVM.

Aduocatus an poſſit eſſe Arbiter in cauſa,in qua patrocinatus eſt, quando ipſe eſt partibus ſuſpectus?

DE SVSPECTIS ARBITRIS.

CONCL. XXXVIII.

PRudens quilibet, ne ſuæ paſſionis
ſenſu decipiatur in proprio negotio,
iuxtà Iuriſconſultorum conſilium,
quamuis omni ſit ornatus ſolertia,
debet alienum perſcrutari iudicium,
vndè cùm meus quidam familiariſſimus
Doctor,me in ſequẽti articulo conſuluiſſet,
maiorem hic demonſtrauit prudentiam,
quam in cæteris omnibus ſui acutiſſimi ingenij
reſolutionibus, & fuit ſemper apud
Peritos ſeruatum,in cauſa propria quærere
Aduocatum.

Et ſic optauit ſcire,an cum fuiſſet Aduocatus
in quadã cauſa, potuiſſet eſſe Iudex,
ſiuè Arbiter in ea, dum litigantes ad inuicem
ſe concordarunt de compromittendo
1 litem, quia Cliẽs ab iſto Doctore defenſus,
eundem petijt pro Arbitro ex parte ſua,relinquens
in volũtate Aduerſarij,quem ipſe
vellet eligere; iſte Doctor concurrebat ad
onus Arbitri ſuſcipiendum, at fuit à parte
contraria pro ſuſpecto datus, & cum prætenderet,
talem ſuſpitionem non procedere,
& per conſequens,quod poterat arbitrari,
hæc iam ſequentia pro veritate recollexi.

Dicens, quod regularitèr nemo poterit
eſſe Iudex in eadem cauſa, in qua prius fuit
patrocinatus, per notabilem deciſionem
Imp. Iuſtiniani in l.vltima,§.fin. C. de aſſeſſori-
2 *bus*, per hæc verba, *eidem pœnæ quidem ſubijciendo
etiam eo,vel eis,quæ in ijs cauſis,quarum
patrocinium adepti ſunt,quibuſq; aduocationem
ſuam præſtiterunt, aſſeſſiones cuiuſcunq; Magiſtratus
colere audeant, vel iudicare*, & ſic firmauit
*Scaglion.*ſuper *ritu* 18.*nu.* 14. per doctrinam
Io. Andr. & ratio huius ſanctionis
traditur per nuper citatum *tex.in d.l.fin.*ſic,
*ne affectionis ſuæ,vel aduocationis memor incorrupti
Iudicis non poſſint nomen proferre*, quam
legem valdè exornauit peritiſſimus *Menoch.
de Arbitr.Iud.lib.1.quæſt.37.num.4.*adiuncto
*tex.*per eum ad hoc *in l. fin. ff. de teſt.* ex quibus
iuribus,legitimè poſſe per Clientem recuſari
Aduocatum ſui contrarij pro Iudice,
& pro ſuſpecto allegari, docuit *Maranta 6.
parte ſui Speculi,cauſa 11.nu.42.ver.& quanq;
appellatur,Capye.deciſ.146.*vbi *Proſper Petra*
3 *& Io.Iacob.Maſul.n.2.& ſeq.Giurba*, qui plures
congerit concordantes *Auctores* more
ſuo, tanquam laborioſiſſimus iurium coacernator,
deciſ.Sicil.99. nu.7. & ſic fuiſſe deciſum
in S.R. Neapolitano Conſ. teſtatur D
ingenioſiſſimus,& præſtantiſſimus *Reg. Tapia
deciſ.* 40.

Immò *Borr. ſumma deciſ. in tit. de Aduocatorum
officio, volum. primo, num. 96.*
loquitur in fortioribus terminis,dicens, vt
4 ſi aliquis fuerit Iudex in prima inſtantia,
poſtmodùm in ſecunda,non debet ſuſcipere
onus patrocinandi, ad hoc nè decipiatur
propria paſſione in ſuam defendendo
ſententiam,quæ tanquam iniuſta reuocanda
forſan venit, tantò magis itàq; dicendum
eſt,ne poſſit eſſe Iudex, vbi fuit Aduocatus,
dum non defenſionis, vt in caſu *Borrelli*,
ſed iudicij retinet vires,qui *Doctor* eod.
citato *tit.* inferiùs *num.*125. in alio noſtram
concluſionem ampliauit, quod ſi Aduocatus
poſteà veniat Iudex promouendus, vt
5 nondum a parte contraria,ſed etiam à ſuo
Cliẽte, in cuius fauorem patrocinium præſtitit,
poſſit ſuſpectus allegari.

Vndè ex his tutè poterimus affirmare in
propoſito articulo, vt Aduocatus nõ poſſit
6 eſſe Arbiter, dum ipſe benè Iudicis retinet
nomen,ſtante, quod à laudo ab eo prolato
appellatur, & reducitur ad arbitrium boni
viri.

Digitized by Google

viri,vt ommiſſis omnibus alijs ſic teſtatur
Reg. Rou. qui hic pro mille ſufficiat,ſuper
prag.2.per tot.de arbitr.& ſecundùm *Gratian.*
diſcep.for.cap.66.num.15.Io.Bapt.Thor. inter
modernos Scribentes eruditiſſimum *com-*
pen.decif.tomo 2.verb. compromiſſum petitum,
& alios recollectos per *Gallupp. parte 1. ſuæ*
prax. de arbitr. cap. 3. in princ. æquiparatur
Iudici ordinario,& proindè potuit iſte Ad-
uocatus recuſari, vti ſuſpectus pro Arbitro.

Nec obſtat ſi inutiliter obijciatur, quod
ſtatutum in Regno vllam de Arbitris men-
tionem facit (vt dixit idem Doctor, qui cu-
piebat eſſe Arbiter) ſed tantum fatur de
tertio, qui non poteſt dari, quando immi-
net ſuſpitio, vnde poteſt dici,quod Aduo-
catus poteſt eſſe Arbiter, dato quòd ſit ſuſ-
pectus.

Reſpondetur enim,diuerſam ab oppoſi-
tis eſſe veram interpretationē, fateor iam,
quod diſponit *pragm.1.ſub rub.de arbitr.* vt quā-
do Arbitri ſunt diſcordes,eligant tertium
partibus non ſuſpectum, dum tertij electio
ad ipſos ſpectat, ſecundùm *d. prag.* ſed ex-
7 preſsè nego, vt poſſit fieri falſa conſequen-
tia, ergo duo primi Arbitri poterunt eſſe
etiam illi, in quibus ſuſpitio cadit, quia à
fortiori ipſi non poterunt eſſe ſuſpecti,dum
eadem imminet ratio in tertio, quæ militat
in Arbitris, quod probatur ſic, ſtatutū hoc
8 diſponens ſecundùm doctrinam *Borr.* &
aliorum infrà *loco* citando non eſt corre-
ctorium iuris communis,nec aliquid decer-
nit de Arbitrorum ſuſpitione, vndè erit ſtā-
dum diſpoſitioni legum communium, ſed
ſic eſt,quòd ius cōmune diſponit,ne Iudices
ſint ſuſpecti,& iam ſumus in probatis,quod
Arbitri Iudicis ſubſtinent officium, ſupra
nu.6. ergo Arbitri non poſſunt eſſe ſuſpecti.

At ne potius per ſophiſticum argumen-
tum, quam per Iuriſcōſultorum authorita-
tes dicat meam intentionem probare, &
fundare,propterea adduco ad hanc verita-
9 tem comprobādam *Borr.* inſignem Autho-
rem in *ſumma decif.in tit.de comprom.n. 394.*
cum proprijs verbis, *ſuſpecti poſſunt Arbitri*
allegari,& ſequitur idem *Auctor nu.395.*ſic,
amplia procedere in Arbitratoribus, vt ipſi ſu-
ſpecti allegari poſſint,& concludit *ibidem num.*
398.notandum tamen eſt, quod Arbitri poſſunt
ſuſpecti allegari, & ſimilitèr tertius,qui eligitur
in caſu diſcordiæ,ad quæ adde *Maſtr.decif.91.*
D *nu.7.*qui teſtatur, ſic deciſum eſſe, & *Bero.*
conſ. 16. num.24. vol.3. per *tex. in l. non di-*
ſtinguemus 37.§. cum quidam, ff. de receptis
Arbitr.

Nec minus officit quod fuit mihi ſimili-
tèr dictum,quod *Rou.* ſuper *d. prag.1.*tangit
dubitationis huius terminos, & nil affir-
mat,ſed tantum ait *nu.33.*ne partes eligant
10 Aduocatum in Iudicem, hac forſan ratio-
ne, quod melius eſt habere bonum Docto-
rem in Aduocatum, cum tantum vni fa-
ueat, quam in Iudicem,dum diuiditur eius
officium, in omnibus æqualitèr ius tri-
buendo.

Reſpondetur,quod hoc nō facit ad rem,
11 ſed tamen benè conſiderata *Rouiti* doctri-
na,tacitè ipſa continet,quod contineret ex-
preſsè, verba enim eius, *communitèr tamen*
huiuſmodi compromiſſa ſolent à partibus in pro-
prios Aduocatos, &c. indicant amborum
partium concordiàm, & amborum electio
Aduocatorum, itàq; quando partes diſcor-
des ſunt, quia forſan vna vult eligere ſuum
Aduocatum in Arbitrum, & altera pars nō
concurrit, tūc certum eſt, quod Aduocato-
rum non procedit electio, & propterea in
caſu noſtro talis Aduocatus non poteſt eſſe
Arbiter, dum cōtradicit aduerſarius, nam
ſi alias permitteretur, eſſet dare Iudicem
parti inuitū,quod legibus improbatur, quæ
quidem dicta optimè ſolidantur per me-
morabilem doctrinam *Marci Antonij Pata-*
uini in ſuo tractatu de comprom.q.2.nu.56.fol.
mihi 45. aientis, conſanguineos poſſe eſſe
Arbitros (prout diſponitur in *d.prag.1.de*
*Arbitr.*ibi,*in duos coniunctus*) dummodò ta-
12 les conſanguinei ſint per partes volūtariè
electi, ſecus tamen ſi vna partium impu-
gnet, nam tunc (fatur) conſanguineus re-
cuſatus non poterit ob ſuſpitionem eſſe Ar-
biter, vndè ex tali concluſione mihi vide-
tur deſumpta optima clauſura in noſtro
articulo, vt eodem modo Aduocati non
poſſint eſſe Arbitri, quando partibus ſunt
ſuſpecti.

Et propterea ad ſuſpitionem euitādam,
13 omnium Curiarum vniuerſalis praxis in-
noleuit,quod prius quā procedatur ad Ar-
bitrorum electionem (compromiſſo petito
per conſanguineos iuxtà præcitatam *prag.*
primam) fit partibus monitio ad porrigen-
dum liſtam ſuſpectorum, & ſic in præſen-
tiarum cum eſſent iſti duo litigatores mo-
niti, ſtatim talis Aduocatus fuit ſuſpectus
nominatus,vndè non poterat eligi.

Nec poterat opponi hic,nempè eſſe pra-
cticandam diſpoſitionem *prag.* ſub *rubr. de*
ſuſpit.Officialium, circà depoſitum facien-
dum, tum quia in forenſibus non ſeruatur
talis praxis, tum etiam, quod ſuſpitio non
eſt data poſt electionem, ſed priuſquàm eſ-
ſet electus,& tandem quod in Arbitris talis
14 diſpoſitio non eſt extendenda, prout in ſi-
mili dixit,non extendi ad Conſiliarium Cō-
ſultorem Reu.Fabricæ,vel Capellani maiō-
ris,*Gallup.parte 1.praxis S.R.C.c.2. à nu. 16.*
nu.17. & propriè *nu. 18.* vndè ex his allega-
tis talis Aduocatus non potuit eſſe Arbi-
ter

ter, vt ipſe optabat, ſed alter fuit à Iudice
electus, quæ omnia, cum vẽtilarentur apud
diuerſos Dominos in S.R.C. cauſarum Pa-
tronos, fuerunt à cunctis approbata, & pre-
cipuè ab V.I.D. Carolo de Lellis, inter Ad-
uocatos ſolertiſſimo.

SVMMARIVM.

1 *Caſus concluſionis proponitur.*
2 *Legari poteſt vnius rei, vni proprietas, & alte-
ri eiuſdem rei vſusfructus.*
3 *Verba teſtatoris ſunt intelligenda, vt aliquid
operentur.*
4 *Habitatio eſt ius de per ſe.*
*Legatarius, cui relicta eſt habitatio, non ſolùm
poteſt ipſe habitare, ſed etiam habitationem
locare.*
5 *Habitatio quomodò cum vſufructu conueniat.*
6 *Legata habitatione ſimpliciter, intelligitur le-
gata domus circà proprietatem etiam.*
7 *Habitatio quandoq; domum ſignificat, ſicut
poſſeſſio fundum.*
8 *Deciſio noua traditur.*

ARGVMENTVM.

Habitatione relicta alicui, an dicatur re-
licta cum onere ſoluendi penſio-
nem, vel dicatur gratis legata,
cum deciſione.

DE VSV, ET HABITATIONE LEGATA.

CONCL. XXXIX.

VT laudabilius ſemper (dubitata
reſoluere ſic detaſtabilius etiam
fuit in omnibus dubitare) ſicut
enim in primis ingeniorũ elucet
ſecunditas, ità in ſecundis imbecillitatis
ſenſus apparet, non minus æquidem mihi
in præſentiarum euenit propter claram
nonnullorum dubitationem, ſed tamen ad
eius ſolutionem non meæ ſolertiæ, ſed inſi-
pientiæ magnæ fulgebit obſcuritas, quam
diludicandam duxi è tui lectoris ſupremo
fauorabili lumine, ad hoc vt quæ ſunt ob-
ſcura clareſcas, & quæ ſunt dubia declares
in iſto caſu vulgari idiomate tradito ſuper
quadam teſtantis diſpoſitione.

Item laſcio le caſe alla Chieſa di S. Nicolò,
1 *con peſo di duc. dieci l'anno, che ſe ne debba far
ogn'anno vna pianeta, è ſpenderli per repara-
tione della Sacriſtia, mà l'habitatione di dette
caſe la laſcia à Camilla ſua ſorella, e ſuoi figli
mentre viueranno.*

In hoc legato nonnulli verebantur, an
dicta habitatio eſſet gratis ſuæ ſorori reli-
cta, vel cum onere ſoluendi dicta decem, &
legatum tantùm haberẽt effectum circà
prælationem, vt affata Camilla cunctis pre-
fereretur ad habitandũ, quidam ex capite
pietatis, ſed non rationis fauebant Eccleſię,
& aiebant, quod legataria habitando tene-
batur ſoluere illam pecuniarum quantita-
tem. quam teſtator expreſsè declarauit, ego
verò fauorabiliorem partem ſubſtinui in
beneficium dictæ Camillæ, dicens, non eſſe
nouum in iure, vt vni rei proprietas, & alte-
ri vſusfructus relinquatur, ſicut patet ex
tex. in l. legatum 10. *de capitis diminut. l. ſi*
2 *vſusfructus* 16. *ff. de vſufr. & quemadmodum
quis vtatur, l.* 1. *&* 2. *ac l. cum antiquitas* 13. vbi
gloſ. & DD. C. de vſufruct. &c. itàq; poſſu-
mus dicere, vt domorum proprietas ſit Ec-
cleſiæ relicta, & habitatio teſtantis ſorori, &
eius nepotibus, ex quorum morte poſteà
conſolidabitur in beneficium Eccleſiæ cum
proprietate, nam alias nil operarentur ver-
ba teſtatoris, & fraternitatis affectus, con-
trà *tex. in l. generali* 32. §. 1. vbi *Bar. ff. de vſu,*
3 *& vſufr. leg.* & eſſent fruſtatoria, prout dixit
Nouar. deciſ. 108. *nu.* 4. nullã quidem ſentiret
vtilitatem, & prorſus commodum vllum ta-
lis Camilla, ſi dicta decem pro habitatione
ſolueret.

Et non ſolum videtur relicta dicta habi-
tatio ad habitãdum tantùm, verum etiam
& ad locandum alijs, ſi dicta legataria cum
ſuis filijs nollet ibi ſtare, quia eſt ius de per
4 ſe, vt in *d. l. cum antiquitas,* ibi, *vtrum ne vſui,
vel vſufructui, an neutri eorum: ſed ius pro-
prium, & ſpecialem naturam ſortita eſſet habi-
tatio,* & clarius probatur *Inſtitut. de vſu, &
habitatione, §. ſed ſi cui,* per hæc verba, *neq;
vſus videtur, neq; vſusfructus, ſed quaſi propriũ
aliquod ius,* quapropter, vt qui habitatio-
nem habet, poſſit etiam locare, dicta iura
nuper citata permiſerunt, & in hoc ſecun-
dũ *Angel. in d. §. ſed ſi cui, in principio, Oinot.*
5 *n.* 6. *& Addentes ad Portium in §. item is, qui,
lit. C. Inſtitut. eod.* nuper citato *tit.* datur ſin-
gularis conuenientia inter vſumfructum, &
habitationem, dum habitatio ſicut vſusfru-
ctus alteri locari, & cedi poteſt, quod certè
benè procedit in caſu noſtro, dum habita-
tio, & non facultas ad habitandum videtur
relicta, tunc etenim ſecundùm *DD. in d. l.
cum antiquitas* tantùm eſſet relicta habita-
tio, vt non alteri locare, ſed tantùm cum
ſua familia habitare poſſet, quia vſus dice-
retur relictus, ſtũ *Bar. in d. l. cũ antiquitas, n.* 2.

Immò ſi non eſſent clara teſtatoris ver-
ba præcedentia, per quæ legauit proprieta-
tem Eccleſiæ, ſed dixiſſet, lego habitatio-
nem meam ſorori meæ, & filijs eius, intelli-
6 geretur legatum non ſolum habitationis
beneficium, ſed etiam proprietas domuum,
ità *Martian. lib.* 33. *Inſtitut. in l. fin. ff. de vſufr.*

earum

Digitized by Google

earum rerum, quæ vſu conſum. & Scæuola lib. 15. Digeſtorum in l. ſpecies auri 16. ff. de auro, & arg. leg. quod iam memorabiliter notauit gl. in l. Proculus 23. verſ. vſumfructum, ff. de vſufr. & quemadmodum quis vtatur, & rationem adducit Bar. loco ſuprà citato, dicens,
7 quod quis volens legare habitationem, intendit legare domum, habitatio enim quãdoq; domus appellatur, ſicut poſſeſſio dicitur fundus, attentis tamen teſtatoris verbis.

Vnde deducta cauſa ad Tribunal R. Fa-
8 bricæ in Ciuitate Neapol. his rationibus inſpectis fuit prouiſum per Dom. meũ Franc.
D Anton. Muſceptulam ſpectabilem Conſil. & Iudicem in primis cauſis in dicto Tribunali in beneficium dictæ Camillæ, & eius filiorum, nè aliquid ipſi ſoluere teneantur pro dictà habitatione, ſaluis tamẽ iuribus legati in beneficium dictæ Eccleſiæ, veniente caſu mortis affatæ Camillæ, & ſuorum filiorum, ſub die 7. Ianuarij 1641. Trabuccho Actuario.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendẽte vſuras currere diſputatur per tot.*
2 *Cenſus reputatur pro re immobili.*
3 *Poſſeſſor manuteneri debet in ſua poſſeſſione lite pendente, & nu. 5.*
4 *Iudicis officium eſt curare, ne poſſeſſor lite pendente poſſeſſione priuetur.*
5 *Statutum loquens in poſſeſſione, habet locum in quaſi poſſeſſione.*
6 *Nouari lite pendente nil debet.*
7 *Quaſi poſſeſſio per vnicam ſolutionem cenſus acquiritur.*
8 *Lite pendente ſuper nobilitate, non ceſſat debita contributio.*
9 *Cenſitor naturaliter non, ſed ciuiliter poſſidere dicitur.*
10 *Commodum ex actu, quem impugnat nemo ſentire debet, ſed remiſſiuè declaratur.*

ARGVMENTVM.

Lite pendente ſuper reſciſſione contractus ob denegatam ſolutionem à debitore, currunt vſuræ.

DE VSVRIS. CONCL. XL.

TAnquàm verſatilem, & vtilem hic, meas inter cæteras concluſiones præſentẽ collocãdã duxi, in qua tractatur, an lite pendẽte debeãtur vſuræ, dum quidam poſtquam ſoluit p octo forſan annos certas tertias, receſſit à ſolutione prædicta, putans ignarè, & non iure ſoluiſſe, propter quod inſtrumenti initi
1 inter ipſum debitorem, & creditorem facta fuit reſciſſio, & lis diù perdurauit, vndè oportunum fuit, articulum diſputare, an iſto medio tempore vſurarum curſus curreret, vel eſſet impeditus.

Pro cuius reſolutione prenotandum erit, quod inſtrumentum reſciſſum, cenſuarium erat, proptèr quod creditor poſſidere dice-
2 batur, cum cenſus pro re immobili reputetur, vt in elem. exiui, verſ. cumq; annui reditus, circà finem, de verb. ſignif. & proptereà dum ex tali contractu, qui poſſidet debet in ſua poſſeſſione manuteneri, quæ eſt petendi, & exigendi tertias, vt per Menoch. de retin. re-
3 medio vltimo, n. 15. Ludouic. Poſtium obſeruat. 10. per tot. Capye. decis. 189. nu. 3. & latiſſimè per iurium coacernatorem Marium Giurba deciſ. Sicul. 100. n. 11. vbi ad contraria accuratè reſpondet.

Et hæc propoſita ſentẽtia adeò vera eſt, quod lite pendente nemo debet ſua poſſeſſione priuari, quod officium Iudicis eſt, & ad Iudicem ſpectat diligentèr curare, ne
4 poſſeſſor priuetur poſſidere, per conſ. Alex. 3. ſub nu. 2. lib. 2. & aliorum, quos recollexit ferè innumeros Poſt. obſeru. 2. num. 9. & eos ſequitur Gramm. decis. 67. nu. 7.

Quod procedit, tàm in vera poſſeſſione, quàm in quaſi, ſecundùm Capyc. vbi ſuprà, nam ſtatutum loquens de poſſeſſione, ha-
5 bet locum etiam in quaſi, Menoch. remedio 3. de retin. n. 103. cum ſeq. & Poſt. ead. allegata obſeruat. 10. ac Aret. in §. retinendæ, num. 2. ver. 4. competit, Inſtit. de interd.

Alias ſiquidem, ſi ſupradicta non procede-
6 rent, tacitè, & expreſsè daretur lite pendente nouatio, quod omninò prohibetur, vt ex Bellemer. deciſ. 102. in princ. D. de Affl. dec. 354. nu. 20. & Nouar. dec. 119. nu. 3

Confirmatur, & corroboratur hic probali veritate, nempè quòd ſi per vnicam ſolutionem fructuum, cenſus acquiritur, & quaſi poſſeſſo probatur, ſecundùm Cene. in tractatu de cenſibus, dec. 66. nu. 1. & adductas deciſ. Rota per Poſt. obſeruat. 18. n. 34. Canale. dec. 45. parte 1. n. 88. & ſeq. & Flores Diez de Mena, qui hos, & alios congerit in lib. 1. var. quæſtionum, quæſt. 2. vbi ſe extendit ad minorem, vt non habeat per ſolutionem factam in integrum reſtitutionem, ad hoc ne acquiratur poſſeſſio, quando ſcilicet ſtipulatio interuenerit, ſecus ſi tantum nudum pactũ, l. de in rem verſo 6. ff. de vſuris, & deſumitur ex cap. ſi diligenti, de præſcription. in caſu noſtro igitur cum ſimus magis roborati, & in fortioribus terminis, dũ reus ſoluit per octo annos, & patet extare inſtrumentum cenſuale, omnibus ſollemnitatibus munitum,

con-

conſtat ſaltim, ſi non de vera, de enidenti quaſi poſſeſſione, quæ ſi inducitur per vni-
7 cum actum ſolutionis ad effectum manutentionis, ex *Peregrino conſ.96.nu.2.lib.3. & Garz.de benefic.parte 1.cap.1.num.*450. & ſupra dictum eſt, à fortiori debet eſſe inducta per ſolutionẽ annorũ octo, vt iſte creditor pendente lite manuteneatur in quaſi poſſeſſione exigendi tertias, quæ ex cenſuali inſtrumento dependent.

Sic etiam in ſimili videmus, quod lite
8 pendente ſuper nobilitate, non ceſſat ſolida contributio, quæ eſt ſententia oculatiſſimi *Reg.Carol.de Tapia in dec.*17.*nu.*5.cuius memoria nunc apud Deum ſit clara, vt fuit apud homines.

Nec poterit obijci, quod cenſitor naturalitèr poſſidere non dicitur, ſed tantùm ciuilitèr, & ideò in quaſi poſſeſſione non eſt
9 manutenendus, & per conſequens vſuræ ei pendente iudicio non debentur, etenim in ciuili poſſeſſione eandem rationem procedere voluerunt *Aret.in d.§.retinenda, & cæteri Scribentes.*

Prout nec minus poterit obſtare oppoſi-
10 tio, quod nemo ſentire debet commodum ex actu, quem impugnat, dum ſatis abundè ad hanc reſpondet *Giurba* ſupta citata *deciſ.* 100.*nu.*13.ad quem pro tali reſolutione recurre, dum dedecet aliena tranſcribere.

Vndè ex his poterit firmitèr ſubſtineri, vſuras deberi lite pendénte, prout colligitur deciſum apud *D.Vinc. de Franch. deciſ.* D
373.& procedit ſecundùm dictum *Giurb.* vbi ſupra *nu.*19. dato, quod reus abſoluendus, vel condemnandus veniat, nam ſemper ad penſionis ſolutionem tenetur.

Et ad hoc ne reptehenſione dignus cenſeri valeam, per ea, quę firmaui in *rubr.de ſolut.& liberationibus*, dum ibi, dixi, quòd vſuræ non debent currere iudicio pendente, ſub tuo prudentiſſimo arbitratu meam relinquo tutelam, benigniſſimè Lector, vt inſpicias, ſi idem eſt obſignare pecunias ob renitentiam creditoris, quo in caſu ſtatim debitor eſt ab onere debiti ſolutus, & in iudicio agere aduerſus inſtrumentum reſciſſum, aſſerendo debitor, vſũ eſſe illud, & inualidum, recuſando debiti onus, non ex obſignatione, & redemptione, ſed ex actus inualiditate portare, & iſta ſufficiant pro huius parui, & paupertimi laboris complemento, ad DEI Gloriam Amen.

F I N I S.



INDEX

INDEX LOCVPLETISSIMVS
OMNIVM RERVM, AC VERBORVM,
Quæ in hoc opere continentur.

A.

A*Bſentatio poſt delictum quid operetur, remiſſiuè, concl. 19. num. 32.*

Abſens non poteſt condemnari, & ſi condemnetur, ſententia erit nulla, concl. 9. n. 2.

. . *Quod procedit etiam de iure Diuino; vndè non poteſt per ſtatutum induci, vt abſens condemnetur, ibi. n. 4.*

. . *Limitatur in nonnullis caſibus etiam ſine citatione, ibi. n. 8.*

. . *Poteſt condemnari, quandò ſignantèr enorme delictum commiſit, ibi. n. 18.*

. . *Sed quare regularitèr non poteſt condemnari? ibi. n. 19. & 21.*

Abſolutus ab expenſis an cenſeatur abſolutus ab ijs, quæ iure actionis veniunt? remiſſiuè. concl. 6. num. 45.

Abſolutus ab vno Iudicum iuriſdictionis, vel originis an poſſit ab alio pro eodem crimine vexari? concl. 21. n. 11.

Abſolutio à iuramento metu extorto non eſt neceſſaria, concl. 34. n. 19.

Abſolui debet iurans; nè periurus ſit, ſi actui intẽdat contrauenire, ibi.

Abſolutio à iuramento quandò concedatur, & quando eſt petenda, ibi. n. 21.

Abſoluere an poſſint Epiſcopi ab excommunicatione canonis, ſi quis ſuadente diabolo *quandò eſt grauis percuſſio? concl. 36. n. 24.*

Abſolui quibus in caſibus poſſit Clerici percuſſor ab Ordinarijs locorum? ibi. n. 25. & ſeq.

Abſoluere excõmunicatum in mortis articulo poteſt omnis Sacerdos, ibi. n. 26.

Abſolutus ob impedimentum, quandò erat abſoluẽdus à Papa, impedimento ceſſante, debet ire ad Sedem Apoſtolicam pro abſolutione, ibi. n. 27.

Abſolui non debet excommunicatus, ſi prius offenſo non ſatisfaciat, ibi. n. 28.

. . *Sed quæ, & quanta ſit iſta ſatisfactio? ib. n. 29.*

. . *Et an ſufficiat iuramentum de ſatisfaciendo? ibi. n. 30.*

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, concluſ. 2. n. 35.

Acta, quæ fiunt à filio contrà patrem ſine venia, nulla ſunt, concl. 17. n. 10.

Accuſare an poſſit maritus vxorem adulteram, & è conuerſo, concl. 2. n. 3. & 4.

Accuſari an poſſit adulter de adulterio poſtquàm illud eſt confeſſus, ibi. n. 6.

Et quid ſi erat infidelis, & adulterauit, ſi deinde fiat orthodoxus, an poſſit accuſari? ibid. num. 7.

Accuſaris quis calumnioſè quomodò puniatur? cõcluſ. 6. ſub n. 76.

Actio expilatæ hæreditatis à quo poſſit proponi? concl. 10. ſub n. 1.

. . *Eſt criminalis, & ſucceſſit defectu aliarum actionum. ibi.*

Actio furti quando detur pro rebus hæreditarijs ſubtractis? ibi. n. 3.

Actio furti, vel expilatæ hæreditatis habet locum aduerſus legatarium, qui rem ſibi legatam ſurripuit. ibi. n. 8.

. . *Contra quos talis actio non vendicet ſibi locũ? ibi. n. 23. 25. 26. & ſeq.*

Actio in rem, & actio rerum amotarum conueniũt inter ſe, ibi. n. 28.

Actio expilatæ, vel furti non datur aduerſus cohæredem; ſed datur actio ad exhibendum. ib. n. 29.

Actio expilatæ datur aduerſus vitricum, & nouercam, ib. n. 30.

Actio ad recuperandam dotem quæritur marito, concl. 13. n. 5.

Actio rei vxoriæ pro dotis recuperatione, & conſecutione ſublata eſt, & alia datur, ib. n. 8. & 9.

Actio, & paſſio non poſſunt ſtare in eodem ſubiecto, concl. 17. ſub n. 9.

Actio iuris congrui quandò extinguatur, quandò conſanguineus, vel vicinus non fuit citatus? concluſ. 23. n. 23.

Actio, quæ detur pro refectione damni domino animalium? concl. 24. ſub n. 26. & 27.

Actio ex empto quandò detur mulieri pro dotis reſtitutione? concl. 25. ſub n. 20.

Actiones duæ ex quocunque maleficio oriuntur, ſcilicet ciuilis, & criminalis; ſed quandò hoc non procedat, concl. 7. n. 7.

Actiones ciuiles, & criminales, quæ ex maleficio oriri ſolent, ſi vna propenatur, altera non tollitur, ib. ſub n. 8.

Actore non probante reus abſoluitur, etiam in criminalibus, concl. 24. n. 14.

Actuarij debent eſſe annales, concl. 14. n. 12.

Actuarij an poſſint Officiales dici? concl. 30. n. 9.

. . *Et an habeant ſalaria de prouentibus, ib. n. 11.*

Actus an iuramento confirmetur, quandò metu iuratur? concl. 18. n. 21.

. . *Si non valet, vt ago, debet valere, vt poteſt, concl. 29. n. 14.*

. . *Si in eſſe producitur per duplicem cauſam, ſi ceſſat vna, non ceſſat altera, concl. 31. n. 36.*

. . *Antè per metum geſtus, & deinde talis declaratur, nullius eſt momenti, concl. 34. n. 22.*

Actorum productio non eſt neceſſaria; quando ſententia fecit tranſitum in rem iudicatam; quoniã proceſſus præſumitur rectè factus, tàm circà ordinem iudicij, quàm iuſtitiæ, concl. 5. n. 7.

Digitized by Google

Adam quare fuit de Paradiſo deiectus? concl. 34. num.1.
Adoptio quomodò ab arrogatione differat,conc.1. num.1.
. . *Non poteſt fieri per Procuratorem,ib.n.2.*
. . *Si eſt inualida poteſt per Principem confirmari,ibi.*
. . *Eius practica remiſſiuè ponitur,ibi.n.3.*
. . *Inter quos matrimonium contrahendum impediat,ib.n.4.*
Adoptiui filij iura agnationis, & cognationis aſſequuntur.ib.n.5.
. . *Succedunt ſimùl cum legitimis, & naturalibus patri adoptanti ab inteſtato decedenti, ib.n.6.*
. . *Sed an maneant ſub poteſtate adoptantis,ibid. num.7.*
. . *Non ſuccedunt in feudo,ib.*
. . *Contra teſtamentum non ſuccedunt, nec rumpunt illud, ſi ab adoptante eis legitima non relinquatur,ib.n.8.*
Adoptio per arrogationem expirat.ib.ſub n.6.
. . *Quid ſit,ib.n.12.*
. . *An dicatur vera filij procreatio? ib.n.14.*
Adoptare an poſſit clericus? ib.n.10.
. . *Minor non poteſt maiorem,ib.n.11.*
. . *Non poteſt caſtratus,ib.n.12.*
. . *Poſſunt ſpadones,ib.n.15.*
. . *An poſſint monachus,& mulier? ib.n.16.*
Adulterij ethymologia,& definitio collocatur, cõcluſ.2.n.1.
Adulterium,tàm à iure diuino,quàm can. ciuili,& Regni prohibitum eſt.ib.n.2.
. . *Poteſt per conecturas probari,ib.num.16.17. & ſeq.*
. . *Probatur ex oſculo luxurioſo,ib.n.16.*
. . *Dicitur probatum, ſi dicant teſtes, iacuiſſe Titium,& Seiam denudatam.ib.n.17.*
. . *Pœna quæ ſit de iure diuino, quæ de iure can. quæ de iure ciuili,& quæ de iure Regni,ib.n.38.*
. . *Quando ex officio puniatur,ib.n.45.*
. . *Eſt mixti fori,& tàm ab Eccleſiaſtico,quàm à ſeculari Iudice punitur, ſed quomodò hoc procedat,ib.n.53.*
Adulter inquiſitus per coniecturas debet puniri pœna extraordinaria;dummodò ſuis labijs non fateatur delictum,ib.n.27.cum plur.ſeq.
. . *Condemnatus de adulterio non poteſt appellare,ſecundùm* Borr.*ibi.n.37.*
Aduocatus non poteſt eſſe Iudex in cauſa, in qua præſtitit patrocinium,concl.38.n.2.
. . *Si fiat Iudex,poterit vti ſuſpectus à parte contraria recuſari,ib.n.3.*
. . *Nemo debet eſſe in ſecunda inſtantia in cauſa,in qua fuit Iudex in prima,ib.n.4.*
. . *Facto Iudice etiam à ſuo clientulo poteſt allegari ſuſpectus,ib.n.5.*
. . *Quarè pro Iudice à cliente eligi non debet, ibi. num.10.*
Æſtimatio in dubio intelligitur facta,vt inducat emptionem,concl.25.n.21.
Ætas minor quandò dicatur de iure communi,& quandò de iure Regni,concl.10.n.21.
Alapa dicitur grauis percuſſio,concl. 36. num.21.
Alienare an poſſit filius paternam hæreditatem adhuc patre viuente? concl.18.d.n.7.ad 19.
Alienatio rei litigioſæ ipſo iure nulla eſt, concl. 3. num.2.
Alienatio prohibita intelligitur, quandò per contractus transfertur dominium,ib.nu.3.
Alienatione prohibita, qui caſus in hoc ſint comprehenſi,ib.n.4.
Alienatio bonorum fideicommiſſi an permittatur pro dote neptis teſtatoris, qui fideicommiſſum fecit? concl.16.n.11.
Alienatio rei emphyteuticę quandò caducitatem inducat,concl.22.n.4.
Alimentorum lis de plano terminanda eſt, concl. 12.n.4.
Alimenta ſorori per fratrem debentur, ſed quandò præcipuè hoc procedat,ib.n.10.
Alimentorum appellatione veniunt veſtes, & ſimilia,ib.& concl.13.n.52.
Alimẽta debentur ſecundùm perſonæ qualitatem, & loci conſuetudinem,d.concl.12.n.10.
. . *Lite pendente debentur, quandò dos per ſororem à fratre petitur, ib.n.11.*
. . *Debentur in principio anni per totum annum, & non in diem.ibid.*
Aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, concl.23.n.13.
Amaſij quomodò ad tartara cruciantur, concl.6. num.67.
Amor ex qua parte corporis cauſetur? ib.
Animalia inuenta damnificãtia in poſſeſſione alicuius debent duci ad Baiulum Curiæ, concluſ. 24. num.20.
Animalia quæ ſint,quæ comprehendantur ſub nomine gregis,& quæ ſint, quæ comprehendantur ſub nomine armenti,remiſſiuè,ib.n.24.
. . *Damnificantia an poſſint occidi? ibi. ſub n.26. & 27.*
. . *Cuncta homini ſunt ſubiecta,concl.27.n.1.*
Annus, qui datur bannito ad recuperandum eius bona annotata quandò incipit currere, concl. 9. num.59.
Apocha qualitèr verificetur? concl.4.n.2. & 4.
. . *De iure communi trino teſte notata ſtatim quod verificata eſt,habet executionem,ib.n.7.*
. . *Cancellata non retinet viam executiuam, ibi. n.17.& 22.*
. . *Sed contrà optimè declaratur,ib.n.18.*
Apoſtoli infrà quod tempus poſt appellationẽ ſunt præſentandi? concl.5.n.2.
Appellans ab interlocutorio debet condemnari ad expenſas,quandò appellatio erit calumnioſa, concl.6.n.45.
. . *Temerè arbitrariè debet puniri,ib.n.64.*
. . *In ſecunda inſtantia non debet audiri; niſi prius refecerit expenſas,quandò in prima nil poſuit,nec probauit,ib.n.63.*

Appellare non poteſt reus, quandò eſt conuictus, & ſignantèr in cauſa homicidij, & ſi appellat, non impeditur executio ſententiæ aduerſus eum latæ, concl. 19. n. 47.

Appellari poteſt à laudo, & reducitur in arbitriũ boni viri, concl. 38. n. 7.

Appellatio non impedit ſententiæ executionem latæ in legato dotis, concl. 12. n. 12.

. . An impediat ſententiæ curſum, & quid ſupplicatio? concl. 14. ſub n. 55. & 56.

. . Non datur à ſententijs S. R. C. ſed reclamatio, quæ non ſuſpendit executionem, ib. n. 57.

. . Ligat manus Iudici, nè ſuum exequatur decretum, ſi ſimplicitèr appellatur à definitiuo, ſecus ſi ab interlocutorio cum practica, concl. 5. n. 1.

. . Infrà quod tempus ſit proſequenda, nè dicatur deſerta, ib. n. 2.

Appellatione ſcripturarum veniunt, tàm publicæ, quàm priuatæ, concl. 31. n. 8.

. . Inſtrumentorum veniunt teſtes, cõcl. 35. n. 14.

. . Filiorum veniunt tàm maſculi, quàm fœminæ, concl. 17. n. 12.

Appellatio non datur à ſententia contrà contumacem lata, concl. 9. n. 16.

Arbitrium Iudicis vſquè ad quod extendatur, remiſſiuè, concl. 6. n. 64.

Arbitraria ſententia neminem dicitur grauare, ibi. num. 65.

Arbitrio Iudicis terminatur lis, quandò de defuncti voluntate controuertitur, concl. 16. n. 15.

Arbitraria ſententia tunc dicitur quandò non eſt à iure de ea ſancitum, concl. 7. num. 11. & concl. 30. n. 14.

Arbiter Iudicis nomen retinet, & Iudici ordinario æquiparatur, concl. 38. n. 6.

Arbitri quandò ſunt diſcordes debent eligere tertium, d. concl. 38. n. 7.

. . Poſſunt ſuſpecti allegari, ibi. ſub n. 9.

. . Poſſunt eſſe cõſanguinei, dummodò non ſint ſuſpecti, ib. n. 12.

Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates valet, ſed quandò, concl. 8. ſub n. 30. & 33.

. . De matrimonio carnale ad ſpirituale tenet, concl. 16. n. 10.

. . Valet in iure à contrario ſenſu, concl. 20. n. 28.

Arbam recipiendo contrahentes an poſſint contrauenire? concl. 31. n. 41.

Aſſecuratio dotis non eſt vera dotis reſtitutio, cõcl. 23. n. 5.

Aſſeſſores debent ſtare ſindicatui, concl. 14. n. 41.

Audientiæ Regiæ prouinciales an poſſint ſindicare Capitaneos? ib. n. 54.

Auditorum electio in Regijs Audientijs fit per biennium, ib. n. 10.

Auditores prouinciarum per ſpatium quanti temporis ſindicentur, ib. n. 38.

Auus debet dotare neptem, quæ naſcitur in eius poteſtate, concl. 16. num. 13.

B.

BAnnitum cancellatum à banno offendens quandò puniatur? concl. 4. n. 20.

Bannum quid ſit, & quæ ſit banni forma, remiſſiuè, concl. 9. n. 53. & 54.

Bannum ſententia interlocutoria eſt, & poteſt quandocunquè reuocari, ib. n. 55.

Bannitus reputatur Curiæ rebellis, ib. n. 56.

Bannum mulctæ æquiparatur, ib. n. 57.

Bannitus comparendo quanto tempore debeat retineri carceratus, ib. n. 63. & 64.

. . Si decedat antè annum, an pœna tranſeat ad hæredes? ib. n. 65.

. . Quibus priuentur? ib. n. 67. 68. 70. & ſeq.

. . Non poſſunt tuti manere in Ciuitate Beneuenti, ib. n. 68.

. . Receptatio prohibita eſt, ib. n. 69.

. . Dicitur hoſtis patriæ, & ab omnibus liberè poteſt offendi, ib. n. 70.

. . Occiſor an peccet? ib. n. 72.

. . Occiſus an poſſit ſpoliari? ib. n. 74.

. . Qui ſit, qui impunè occidi poteſt? ib. n. 76.

. . Pluribus in caſibus poteſt forindicari antè annum, ib. n. 77. 78. 79. & 91.

. . Multa remiſſiuè ponuntur ib. n. 83.

. . Quæ habeat beneficia? ib. n. 84.

Bannum an poſſit emanari ex ſolo capite contumaciæ, vel aliud requiratur? ib. n. 80.

Banniri, & forindicari an pro quolibet crimine quis poſſit? ib. n. 66.

Barones ſoluunt decimam ſecundùm mores, & locorum conſuetudines, concl. 11. n. 23.

. . Debent eligere eorum vaſallis probos officiales, nam alias ipſi Deo tenentur, concl. 14. n. 9.

. . Debent curare, vt officiales ſindicatui obtemperent, ib. n. 38.

. . An poſſint cognoſcere de delictis officialium, & in eorum ſindicatu interuenire? ib. n. 45.

. . An procedere poſſint contrà officialem offendentes? ib. n. 53.

Barones, & Neapolitani ob ſpeciale priuilegium ex informatiuo non torquentur? concl. 18. ſub num. 17.

. . Appellantur Capitanei Regis, concl. 30. n. 7.

Bellum iudiciarium conſimilatur cum bello armorum, concl. 6. n. 8.

Beneficium diuiſionis quandò correo prodeſſe dicatur, ib. n. 70.

Beneficium viuente beneficiato non poteſt conferri, concl. 13. n. 56. & concl. 18. n. 13.

Beneficium Macedon. à quo eſt introductum? ibid. num. 14.

Beneficio ſuo quilibet renunciare poteſt, concl. 33. num. 34.

Bona mulieris adulteræ propter adulterium confiſcantur, tàm ſi dotalia ſint, quàm non; ſed quandò, & quid de donatione proptèr nuptias? concl. 2. num. 42.

Bona banniti debent annotari ſtatim poſt contumaciam,

c am, ſed quando bannitus ea recuperet? concl. 9.num.58.

Bona tàm vxoris pro dote præſtanda, quàm viri pro ea reſtituenda obligata ſunt, concl. 13.n.7.

Bona tutoris, vel curatoris ſunt obligata pro mala adminiſtratione, ſed non bona Officialis, concl. 14.num.39.

Bona prohibita alienari an poſſint pro legitima vendi? concl.16.ſub n.3.

Bona fideicommiſſo ſubiecta ex cauſa dotis alienari poſſunt, ſed quæ in hoc requirantur, d.concluſ. 16.n.5.& 9.

. . Et an detur iſta alienatio pro dote neptis illius, qui fideicommiſſum fecit? ib.n.11.

Bona Eccleſiaſtica poſſunt permutari, ſed non vendi, concl.25.n.8.

Bona data æſtimata in dotem, ad emptionem inducendam, dicuntur vendita marito, ità & taliter, quod eorum periculum, & deterioratio ad ipsũ ſpectat; ſed hoc declaratur, concl.25.num.19. 20.& 21.

Bona Clericorum eodemmet gaudẽt priuilegio; quo ipſi Clerici quòad forum, concl.31.n.25.

Bona fama facit ceſſare præſumptionem falſitatis, concl.15.n.8.

Bona præſumptio ſufficit ad excuſandum aliquem à falſo, ib.n.10.

Bonus, & non malus in dubio quilibet præſumitur, concl.24.n.19.& concl.29.n.12.

Boues aratorij non poſſunt exequi pro creditis creditorum, d.concl.24.n.28.

C.

Caducitas an ſit remiſſa, ſi dominus recipiat ſolutionem per triennium non factam, concl. 22.à n.8.ad 18.

Calumniæ nomen deſignat omne malum, & verſutiam in alterius detrimentum, concl.5.n.32.

Calumnia quandò dicatur probata, & in quibus caſibus, ib.n.55.

Calumniæ præſumptio ceſſat in hominibus bonæ famæ, & vitæ, ib.n.60.

Calumniatores à Deo puniuntur, ib.n.66.

Calumniantium lingua aſſimilatur gladio, ib.

Calumnioſi Doctores decedunt ſine lingua, ibid. & ſub num. 68.

Calumniator etiam in cauſa ciuili, ea finita criminaliter poteſt accuſari, ib.n.69.

Calumniatores falsè aliquem accuſantes, quomodò puniantur, ib.n.76.

Calumnia eſt delictum de per ſe, d.concl.6.n.3.

Calumniatores ſi plures ſint, & condemnentur, quilibet tenetur ad ſolidum, ſed vno ſoluente reliqui liberantur quòad intereſſe, ſecus quòad pœnam, ib.n.74.

Cancellatio inſtrumenti inducit ſolutionem ſecundum vnam opinionem, concl.4.n.8.

. . Sed ſecundum veram non, ib.n.13.

. . Facta à non habente poteſtatem cancellandi, nulla eſt, & per conſequens nullum producit effectum, ib.n.9.

. . Vt inducat probationem ſolutionis ad modum ✠ eſſe debet, ib.n.11.

. . Inſtrumenti qualitèr peragenda ſit, ibid.

. . Quando inducit liberationẽ debitoris, ib.n.14.

. . Præſumit ſolutionem, ſed eſt adeò leuis præſumptio, quod nec minus patitur, vt deferatur debitori iuramentum ſuppletorium, ib.n.15.

. . Actorũ quandò pro vera ſententia habeatur, ib.num.16.

. . Reddit ſcripturam ſuſpectam, ibi.

. . Probat debitum præceſſiſſe, ib.n.23.

Canonicum ius ad Ciuile recurrit; quandò in aliquo articulo non diſponit, & è conuerſo, concluſ.11. num.21.

Canonis ſolutio per emphyteutam eſt probanda, concl.22.n.18.

Capitanei Terrarum à quo denominẽtur, concl.14. num.7.

Capitanei priuſquàm poſſeſſionem apprehendant, debent iurare de rectè adminiſtrando, ac multa alia, ib.n.15.

. . Niſi dederint cautionem de parendo ſindicatui, non eſt eis concedenda poſſeſſio, ib. ſub n. eo.

. . An habeant merum, & mixtum imperium, ib.n.19.

. . Quando in ſindicatu ad nihil teneantur, cum conſilio, ib.ſub n.41.

. . Debent expectare ſucceſſores, concl.15.n.12.

Capitanei Baronum an poſſint dici membra Principis, concl.30.ſub n.8.

Captura, & non citatio eſt iudicij principium; quãdò delinquẽs eſt de fuga ſuſpectus, concl.21.n.6.

Cartula priuata non facit fidem, niſi fuerit recognita, concl.31.n.38.

Caſtratus non poteſt adoptare, concl. prima ſub num.11.

Cautela quæ, nè emphyteuſis alienatio caducitatem inducat? concl.22.ſub n.4.

Cautela traditur, vt debitores petant ſcripturam de recepto à creditoribus quandò ſoluunt, quoniam cartæ cancellatio, in qua debitum continetur, non ſufficit, concl.4.n.13.

Cauſæ criminales infrà biennium, & ciuiles intrà triennium finiri debent, ſed quarè ſic hodie non ſeruetur, concl.6.n.1.& 2.

Cauſæ adeò in Regno ſunt ſummariæ, quod etiam ab articulis initium habere poſſint, ib. ſub n.6.

Cauſa dotis, & alimentorum ſummariè, & de plano ſunt terminandæ, imò etiam diebus feriatis, concl.12.n.14.& concl.13.n.50.

Cauſa quandò criminalis, & quandò ciuilis ſit, remiſſiuè ponitur, concl.21.n.4.

Cauſa an dicatur modica, vel magna, remittitur in Iudicis arbitrium, concl.24.ſub n.15.

Cenſus pro re immobili reputatur, concl.40.n.2.

Cenſitor naturalitèr non, ſed ciuilitèr poſſidere dicitur, ibi.n.9.

Certitudo nõ eſt dãda in inueriſimilibus, cõcl.15. n.9.

Ceſ-

Digitized by Google

Ceſſante cauſa,ceſſat effectus,concl. prima ſub n. 4. & concl.9.n.88.
Ceſſante ratione legis,ceſſat & eius diſpoſitio, cõcl. 7.num.8.
Citatio qualitèr peragenda eſt, ad hoc vt citatus contumax reputari poſſit? concl.9.n.7.
Citatio an ſit neceſſaria, quandò citandus eſt præſens in actu,concl.23.ſub n.21.
Citatio in materia iuris congrui eſt de eſſentialibus; ſed quomodò fieri debeat? remiſsiuè,ib.eo.n.21.
Citatio ad teſtes, & ad videndum eorum iuramentum neceſſaria eſt,concl.6.n.30.
Citatio per edictum an valeat? concl.9.n.12.
Citatio ad foriudicandum qualitèr fieri debeat? ib. n.87.& 88.
Ciuiles leges ſacros canones ſequi non dedignantur, concl.11.ſub n.21.
Clauſula, inſolidũ, appoſita in contractibus, quid operetur,concl.6.n.71.
Clauſula,pro ſe,& hæredibus ſuis; quamuis non apponatur per Tabelliones; tamen adiecta in contractibus cenſetur,concl.8.n.34.
Clauſula,non aliàs,nec alio modo, quid importet,ib.n.39.
Clauſula, ſine cautela valdè ſalutaris indicatur pro validando nullo inuentario,conclnſ.20.ſub num.13.
Clauſula,omni modo meliori,eſt neceſſaria in fine libelli,quoniam multum operatur, concl.24. num.3.
Clericus an poſſit adoptare, concl. prima ſub n.10.
. . An teneatur præſtare iuramentum de calumnia,concl.6.n.13.& 18.
. . An poſſit eſſe Officialis in Terris Baronum, & quid in Terris Prælatorum,concl.14.n.20.
Clerici percuſſor à quo Iudice cognoſcatur, concl. 21.ſub n.5.
Clericus an poſſit capi per Iudicem laicum, & quæ ſit cautela,nè incurrat in excommunicationem, ib.n.7.
. . Captus per laicam poteſtatem, coram eo ſuum clericatum debet probare,ib.n.14.
. . Etiam volens per Iudicem laicum non poteſt recognoſci,ib.n.15.
. . Quando gaudeat clericorum priuilegijs,ibi,nu. 16.& 18.
. . Ignotus delinquendo poteſt per Iudicem ſecularem capi,& recognoſci,ib.n.16.
. . Peregrinãdo ſine Superioris licentia non huiatur clericatus,vel ordinis beneficio,ibid.ſub eod. num.18.
. . In quibus caſibus à ſeculari cognoſcatur Iudice? ib.n.19.& concl.31.n.26.
. . Poteſt capi,& torqueri per ſecularem poteſtatem,d.concl.21.n.20.
. . Per viam reconuentionis ſubiacet Iudici laico,ibi,n.21.
Clerici ignoti percuſſor non excommunicatur, ibid. num.23.
Clericus vt Eccleſiaſticis gaudeat beneficijs quid probare teneatur? concl.5.ſub num.9.
Clericatus probatio non plenè fit per ſolam bullã præſentationem,ibid.
Clericus trahitur ad Iudicẽ ſecularẽ per duos alios conuenctos,ib.n.10.
Clerici bona quòad forum gaudent eodem priuilegio,quo gaudet perſona clerici,concl.31.n.25.
Clericus corã ſuo Iudice debet vocari, tàm ſi realitèr,quàm ſi perſonalitèr conueniatur, ib.n.26.
. . Non poteſt ſuo fori priuilegio renunciare, ibid. num.27.
. . In prima tonſura an gaudeat priuilegio can. ſi quis ſuadente diabolo? concl.36.n.3.
. . Selvaticus quibus gaudeat priuilegijs,ib.n.5.
. . Minor ſi cum alio clerico minori inuicem ſe percutiant,an incidat in excommunicationem? ib.n.10.
. . Celebrando quando eſt excommunicatus irregularis fit,& à Papa tantum poteſt abſolui, ibi. num.36.
. . Et quid concionando? ib.n.37.
Clericus an poſſit occidere bannitum citrà metum excommunicationis,& irregularitatis? concl.9. num.75.
Cliens quarè ſuum Aduocatum in Iudicem eligere non debeat? concl.38.n.10.
Cohabitatio longæua conualidat matrimonium metu factum,concl.28.n.4.& 26.
Collectarum,ſiue onerum fiſcaliũ materia per quos tractetur? concl.11.n.17.
Commodum ex actu, quem impugnat, nemo ſentire debet,remiſſiuè,concl.40.n.10.
Concionatores decimarum ſolutionem populis prædicare tenentur,concl.11.n.9.
Concluſio actorum non eſt de eſſentialibus in proceſſu, ſed qualitèr peragenda ſit, demonſtratur, concl.35.n.21.
Concuſſio quid ſit? concl.7.n.3.
Concuſſionis crimine qui teneantur? ibid.
. . Tenentur Officiales, & in ſindicatu etiam criminaliter de concuſſione querelari poterunt, ibi. num.4.
. . Crimen eſt publicum nè? ib.n.5.
. . Quot modis poſſit committi? remiſſiuè,ibi.n.9.
. . Pœna quæ ſit, & qualitèr concuſſor puniatur, contenditur,ib.n.12.
Condẽnari non debet abſens, & condẽnato, nulla eſt ſententia,concl.9.n.2.
Condẽnari nõ poteſt reus defenſiones petens,ſi prius illę ſibi non concedantur,concl.19.ſub n.10.
Condẽnari ad expenſas quilibet debet in ſecunda inſtantia,concl.6.ſub n.53.
Condẽnati ſuſpendendi ſunt in loco delicti, & quid ſi laqueus rumpatur, iterum ſuſpendi debeant? concl.9.n.93.
Condẽnatus ad mortem ſi antè ſententiæ executionem decedat,cadauer ſuſpendi debet,ibid.n.94.
Condẽnari ad expenſas benè debet temerè litigans, concl.6.ſub n.45.
Confeſſionis extraiudicialis effectus etiam in crimi-

nalibus, remiſſiuè indicántur, concl.19.ſub n.11.
Confeſſo reo partes Iudicis ſunt in condènando, concluſ.2.n.36.
Coniecturæ ſufficiunt ad metum probandum, ſed quando, concl.28.n.19.& 20.
Conſanguinei poſſunt eſſe arbitri, dummodò nõ ſint ſuſpecti, concl.38.n.12.
Conſanguineorum ſucceſſio habet locum vſquè ad decimum gradum, concl.23.ſub n.18.
Conſilium Authoris *traditur, qualitèr procedendum ſit circà iuramentum de calumnia, ſi coram Iudice ſeculari clericus compareat, concl. 6.ſub n.13.*
Conſilium datur litigantibus pro Aduocatis eligẽdis, ibi.ſub n.60.
Conſilium minoris infirmum dicitur, & ſuppoſitum inſidijs, concl.34.ſub n.15.
Conſtitutio Regni In aliquibus *an habeat locum in omnibus ſucceſſionibus? concl.13.n.28.*
Conſtitutionis Regni Eorum fraudibus *intellectus traditur, concl.3.n.13.*
Conſtitutio In aliquibus *cum ſit cõtrà ius commune, & ſic odioſa; an permiſſa videatur? cõcl. 13.n.30.& 31.*
Conſuetudo, & ſtilus pro lege habẽtur, & ab omnibus debent ſeruari, & ſignantèr à Capitaneis, concl.4.n.27.& concl.31.n.3.
Conſuetudo delinquendi cõtrà reum multum nocet, concl.19.n.35.
. . Et iſta per binum actum inducitur, ibi. nu.40. & concl.11.n.24.
Conſuetudo contrà legem per ſpatium quanti temporis inducatur? concl.24.n.27.
Conſuetudo aliquorum locorum circà apochã adducitur, concl.4.n.1.
Conſuetudo, vt animalia poſſint interfici, & mortua retineri per occiſorem, ſi in ſua poſſeſſione interficiat, valet, concl.24.n.28.
. . Aut ſtatutum poteſt nè inducere, vt quis pro alio teſtetur? concl.32.n.5.
. . Vt filijs detur legitima in pecunia, eſt nè attendenda? concl.33.n.22.
Conſulens, vel mandans percuti clericum incidit in excommunicationem, concl.15.n.14.
Conteſtatio litis quid? & quandò in Regno dicatur? concl.6.n.5.
. . Et quandò fiat in criminalibus, praxis demonſtrat, concl.19.n.46.
Contractus ex partium conuentione legem accipiunt, concl.13.n.54.
Contractus emphyteoticus à iure ciuili fuit introductus, cuius natura remiſſiuè ponitur, concl.22. num.1.
Contractus in dubio potiùs cenſuarius, quàm emphyteuticarius præſumitur, ibi.n.2.& 15.
Contractus permutationis differt ab emptione, & venditione, concl.25.n.5.6.& ſeq.
. . Metu celebratus nullus eſt, concl.34.n.10.
Contrahentes recipiendo arbam an poſſint cõtrauenire? concl.31.n.41.
Contrariorum eadem eſt diſciplina, cõcl.34.n.21.
Contumaciæ vt currant debet præcedere citatio cũ praxi, concl.9.n.6.
. . Quomodò formentur in M.C.V. & quomodò in alijs Curijs? ibi.n.10.
. . Eius declaratio fieri poteſt ſinè aliqua alia monitione, ibi.eod.num.
Contumacia delictum eſt, ſed fictum, ibi.n.13.
. . Vndè dicatur, ibi.n.23.
. . Eius pœna præcipua eſt, quod non admittitur Procurator ad contumacis defenſionem, ibi. ſub eod.num.
. . Plus nocet, quàm vera confeſſio, ibi.n.37.
. . Dicitur ficta probatio, ibi.n.38.
. . Facit indicium ad torturam, ibi.n.46. ſed quandò, num.48.
. . Multa aduerſus contumacem producit, remiſſiuè, concl.19.n.34.
Contumacis domus quandò deuaſtari poſſint, & de quo cõtumace intelligatur ſecundùm Authoris *ponderationem? concl.9.n.52.*
Contumax abſens poteſt condemnari, dicta concl.9. ſub num.5.
Contumax quandò poterit declarari bannitus? ibi. ſub n.11.
Contumax qualitèr puniatur in ciuilibus, & qualitèr in criminalibus? ibi.n.14.
Contumax vt quis declaretur in vltimo peremptorio, poteſt comparere aliquis pro citato ad allegandum, quarè contumax non ſit declarandus, ibi.n.15.
. . Quarè non poſſit per Procuratorem defendi? ibi.n.25.
. . Condènatur ad tertiam partem mobilium, ſed hodiè non ſeruatur, ibi.n.28.
. . Quomodò poſſit contumaciam purgare? ibi. num.29.
. . Debet audiri in terminis, in quibus cauſa reperitur, ibi.ſub n.30.
. . In criminalibus quomodò expenſas reficere teneatur? ibi.n.31.
. . Tenetur ſoluere ius Curiæ, attenta cauſa grauitate, ibi.n.eo.
. . Ad hoc vt pro confeſſo habeatur quid ſeruandum? ibi.n.33.
. . Habetur pro cõfeſſo de iure communi, ſed quomodò hoc intelligatur, ibi.n.32.& 34.
. . Iure ſtatutorum etiam in criminalibus habetur pro confeſſo, ibi.n.35.
. . Sed quomodò hoc intelligatur, ibid.nu. 36.37. 38.39.40.& 41.
. . Sine alia probatione, ſed tantùm ex contumacia poteſt condemnari, ibi.n.40.
Contumax cum habeatur pro confeſſo poteſt iam condemnari ad pœnam Fiſci, ſed non partis, dicta concl.9.n.45.
Contumax quandò dicitur confeſſus vigore ſtatuti, infamis fit, ibi.n.42.
. . Ad hoc vt habeatur pro confeſſo quæ requirantur? ibi.n.45.

. . Si reperiatur in poſſe Curiæ torqueri debet, ibi. num.47.
. . Prohibetur ad Principis palatium accedere, ibi.n.51.
Conuictus per indubitata indicia poteſt cōdemnari, concl.19.n.38.
. . Quomodò ſit torquendus, praxis demonſtrat, ibi.n.42.
. . Dato non ſit confeſſus, poteſt condemnari, ibid. ſub n.eo.
. . Non differt à condemnato, ibi.n.44.
. . Qualitèr ſit tormentandus, traditur practica, ibi.n.45.
. . Si condemnetur, non auditur appellando, & ſi appellat, non impeditur ſententiæ executio, ibi. n.47.
Conuinci quis benè poteſt per indubitata indicia, ibi.n.41.
Correus quandò inſolidum teneatur non facta diſcuſſione? concl.6.n.71.
Correlatiuorum eadem eſt qualitas, & ratio, concl. 2.n.5.
Creditor ſi plures habeat inſolidum obligatos, quē conuenire debeat? concl.6.n.70.
. . Si pignore vtatur, furti actione poterit conueniri, concl.10.n.13.
. . Recipiens pecuniam à debitore, illi pœnam vſurarum remittere videtur, concl.22.n.9.
. . Videtur renunciare legi commiſſoriæ, ſi poſt temporis lapſum pecuniam rei venditæ recipiat, ib.n.10.
. . Secundus habet ius offerendi ſuper re vendita debitoris ad inſtantiam primi creditoris, concl. 23.n.1.
. . Tenetur recipere in partem ſuum creditum, concl.37.n.3.
. . Sed quomodò hoc intelligatur, ib.infrà n.11.
Creditor poſterior præfertur primo, quando eſt in poſſeſſione, ſed quomodò, concl.31.n.22.& 42.
Creditur potius duobus de metu affirmantibus, quā mille negantibus, concl.28.n.23.
Crimen periurij mixtum eſt, & tàm à ſeculari, quā ab Eccleſiaſtico Iudice puniri poteſt, concluſ.6. num.57.
Crimina, qualitercunquè ſint, publica cenſentur, concl.7.n.6.
Crimen læſæ Maieſtatis, & crimen perduellionis differunt, concl.9.ſub n.65.
Crimen expilatæ hæreditatis committitur in ſubtractione rerum hæreditariarum, concluſ. 10. num.1.
. . Sed quando hoc crimen expilatę committatur? ibi.n.2.
Crimen ſtellionatus denominatur ſic à quodam ſerpente ſtellione, & dicitur crimen innominatum, ibi.n.35.
. . Diuerſimodè tale crimen committitur, ibi. ſub num.eod.
. . Iudicis arbitrio punitur, ib.ſub n.36.
Crimina mixta quæ ſint, in quibus tàm ſecularis, quàm Eccleſiaſticus poteſt ſe intromittere, concluſ.21.n.5.
Culpa ſine dolo non nocet, concl.30.n.12.
Cuculla non, ſed profeſſio facit monachum, concl. 29.n.11.

D.

Damna num poſſint emendari ex officio? concl. 24.n.18.
Damnum reficiendum per dominum animalium, qua actione petatur? ibi.n.24.
. . Illatum in ſegetibus quomodò reficiendum ſit? ib.n.25.
. . Sub nomine noxæ comprehenditur, ib.n.26.
. . Quod quis ex ſe ſentit, ſibi, & non alijs debet imputare, concl.6.ſub n.62.
Debitor aduerſus apocham cum fide non auditur, niſi in vinculis, vel facto depoſito, quod practicatur, concl.4.n.3.
. . Inſolidum cum alio obligatus, quæ habeat priuilegia? concl.6.ſub n.70.
Decimæ, ſiuè primitiæ debentur Deo in ſignum vniuerſalis dominij, concl.11.n.2.& 8.
Decimarum ſolutio quomodò ſit taxata in patria Authoris, demonſtratur, ib.n.3.
Decimæ Deo de iure Diuino debentur, ibid.n.5. declara n.7.
Decimarum definitio, & ethymologia ponitur, ibid. n.6.& ſeq.
. . Taxatio, aut terminatio an poſſit legitimè fieri per Summos Pontifices, ibi.
. . Solutionem denegantes, Dei negant dominium, ibi.n.8.
. . Solutio eſt populis per Concionatores exhortāda, ibi.n.9.
. . Solutio multos, ſi fiat, bonos producit effectus, & è contrà, ſi recuſetur, multa mala, ibi.
Decima regularitèr ab omnibus debetur, ibi.n.10.
. . Triplex eſt, ibi.n.11.
. . An debeatur à meretricibus? ibi.n.12.13.14. & ſeq.
. . Debet dari ſicut eleemoſyna ex debitè quæſitis, ibi.n.13.
. . Debetur Eccleſiæ miniſtris in præmium laborum circā animarum curam, ibi.n.18.
Decima, quæ hodie in diuerſis Prouincijs imponitur pro ſatisfactione collectarum, an debeatur deducto ſemine, & expenſis in rebus, de quibus ſoluitur? ibi.n.19.20.21.& ſeq.
Decimæ ſoluuntur per Barones ſecūdùm Regionum conſuetudinem, ibi.n.23.
Decima nuncupari poteſt onus hodie impoſitum per Regiam nouel. pragm. dictam, dell'vno à cento ſuper omnibus contractibus, concluſ.25. num.23.
Deciſio D.Vinc. de Franchis quomodò intelligatur adducta in concl.20.n.27.
Deciſiones Senatus Aragoniæ apud Seſſe interpretantur, concl.8.n.27.

De-

Declaratio per hæredes, quod res eſt incurſa in cõmiſſum, non poteſt fieri de canone non ſoluto in vita teſtatoris, concl.22.n.12.

Defenſiones pro euitando adulterio multæ ſunt, cõcluſ.2.n.11.

. . *Sunt reis concedendæ, concl.19.n.6.*

. . *Cum de iure naturæ prouenniant, per Principem tolli prohibentur, ibi.*

. . *Non ſunt nec hæreticis, nec diabolo denegandæ, ib.n.7.*

. . *Iudicis officio, etiam reo non petenti concedẽdæ ſunt ib.n.8.*

. . *Quod amplia etiam aduerſus inquiſiti confeſſionem, ibi.*

. . *Per reum renunciari non poſſunt, ib.n.9.*

. . *Non auferuntur reo per torturam ex informatiuo illatam, ib.n.11.*

Delegatus non propriam, ſed alienam iuriſdictionem dicitur exercere, concl.14.n.50.

Delicta grauia quæ ſint, quæ per officialem in officiõ committi poſſunt? concl.14.ſub n.36.

Delictum proditorium non gaudet immunitate Eccleſiæ, concl.19.n.25.

Et quid de voluntario homicidio? ibi.

. . *Proditorium non includitur in generali diſpoſitione indulti, ib.n.26.*

. . *Proditorium eſt de enormibus, ib.n.27.*

Delicta geminantes non ſunt indulgentia digni, ſed omninò condemnari debent, ib.n.39.

Delinquentes ſimul, omnes delicti pœna tenentur, nè vnius mulcta alios liberet, concl.6.n.75.

Delinquens præſumitur qui propè locum delicti viſus eſt cum enſe euaginato, concl.19.n.31.

Delinquens in lege, legis non iuuatur auxilio, concl.20.n.9.

Delinquere videntur quandoquè etiam iuſtitiam miniſtrantes, concl.7.n.1.

Deportatus omnem patitur capitis diminutionem, concl.8.ſub n.16.

Depoſitio vnius, ſufficit ad inualidandum matrimonium, ſi de metu deponat, concl.28.n.21.

Depoſitum pænès Actuarium ſuſpectum fieri prohibitur, concl.37.n.16.

. . *Factum de Iudicis mandato ob creditoris renitentiam, ſtatim liberat debitorem, & vſuræ non currunt, ibi.*

Depoſiti periculum quando fit per ordinem Curiæ ſpectat ad debitorem, ib.n.18.

Depoſitum quando fieri debeat per debitorem? ibi. num.19.

. . *Quo tempore fieri debet, quando ſumus in liquidatione inſtrumentorum, ibi.*

. . *Quomodò fiat in Ciuitate Neap. & quomodò in forenſibus? ibi.n.23.*

. . *Neceſſe eſt, integrum eſſe, vt ſuos producat effectus, ib.n.25.*

Deterioratio rerum dotalium ad maritum ſpectat, concl.25.n.20.

Determinatio vna, plura reſpiciens, omnia debet æqualiter terminare, concl.35.n.4.

Deus in Mundi creatione fecit maſculum, & fœminam, concl.13.n.30.

Deus eſt via, veritas, & vita, qui non fallit, neque fallitur, concl.6.ſub n.38.

. . *Vlciſcitur contrà periuros, ibi.*

. . *Non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertitur, & viuat, ibi.n.39.*

. . *In iuſtitia, & veritate viuit, concl.19.ſub n.1.*

. . *Memor promiſſorum, promiſſa non fallit, ibid. ſub num.5.*

Dei ira deſcendit in populos propter periurium, concl.6.ſub n.39.

Dictio, tantùm, eſt taxatiua, quæ non extenditur vltrà caſum enunciatum, concluſ.8.num.38. & concl.10.ſub n.20.

Dictio, omnis, vtrumque ſexum comprehendit, concl.20.ſub n.17.

Dies termini non computatur in termino, concl.9. num.62.

Digeſtum Infortiatum *cur eſt cæteris difficilius, concl.8.n.1.*

Directus dominus ſimpliciter petens rem incurſam in commiſſum, an poſſit deinde quærere canones non ſolutos, concl.22.n.18.

Diſcordiæ inter quas perſonas oriantur, concl.26. num.1.

Diſpoſitio legis cum de vno loquitur, ad alium præſumptum non extenditur, concl.3.n.11.

Diſpoſitio pœnalis, & odioſa eſt ſtrictè intelligenda, ibi.n.12. & in concl.10.ſub nu.17. & concl.19.ſub n.21.

Diſpoſitio teſtatoris ad mentem legis dirigenda eſt, concl.16.n.7.

Doctores calumnioſi ſine lingua decedunt, concl.6. ſub n.66. & 68.

Doctorũ opiniones concordandæ ſunt, vt varietates tollantur, concl.4.n.21.

Doctori atteſtanti de proprij Oppidi conſuetudine credendum eſt, concl.11.ſub n.24.

Domeſtici quamuis teſtari prohibeantur, tamen ad probandum metum admittuntur, & quarè, cõcl.28.n.22.

Dominium rei venditæ in emptorem transfertur, concl.31.n.6.

Dominus ad libitum de ſua re diſponere poteſt, concluſ.18.n.11.

Donatio propter nuptias quarè pro medietate acquiratur ſponſæ, quando ſponſus moritur, ſi oſculum interuenerit, concl.2.n.48.

Donatio inter viuos ex capite ingratitudinis reuocatur, concl.29.n.13.

. . *Et ex quibus alijs cauſis reuocetur, concl.34. num.2.*

Donatio facta Eccleſiæ ex capite ingratitudinis quarè non poſſit reuocari? etiam ſi Prælatus ſit ingratus, concl.34.n.5. & 6.

. . *Et quid de donatione facta pro redimẽdis captiuis, an ob eorum ingratitudinem reuocetur? ibid.*

Donatio facta Eccleſiæ ſub modo, ſi modus non adim-

Digitized by Google

adimpleatur, an reuocari poſſit? ibi. num. 7.

. . *Et quid in donatione facta ſub conditione? ibi. num. 9.*

Donatio facta pro filijs naſcituris ad contemplationem matrimonij, dicitur peculium aduentitium ipſorum filiorum, ibi. n. 11.

. . *Metu facta poteſt reſcindi, & reuocari, ſi minæ concurrant, ib. n. 12.*

. . *Facta ab eo, qui eſt in poteſtate alterius, poterit reuocari, ſi non eſt renunciatum beneficio* Digeſtorũ, & Cod. quod cũ eo, *&c. ib. n. 15.*

Donationis definitio traditur, ib. n. 18.

Dos mulieris adulteræ quando conceditur marito, & non Fiſco, concl. 2. n. 43.

Dos matris adulteræ, & alia eius bona quomodò ſint inter filios diuidenda, ſi ex pluribus matrimonijs ipſi exiſtant, remiſſiuè, ib. n. 44.

. . *Ad quid inuenta eſt, concl. 13. n. 4.*

. . *Dicitur patrimonium, & ſubſtantia mulieris, ibi. n. 5.*

. . *Quid ſit, ib. n. 6.*

. . *Succedit loco alimentorum, ibi. n. 7.*

. . *Non poteſt eſſe ſine matrimonio, ſed matrimonium poteſt eſſe ſine dote, ib. n. 9.*

. . *Eſt ſubrogata loco legitimæ, tàm iure communi, quàm de iure Regni, ib. n. 12. & 13.*

. . *Non poteſt eſſe minor legitima, ib. n. 14.*

. . *Data ſimpliciter à patre filiabus, non intelligitur data ob paternum debitum, ſed donata, ibi. n. 20.*

Dos debetur attenta quãtitate patrimonij, & qualitate viri ad Iudicis arbitrium, concl. 13. n. 21.

. . *De paragio quarè non poſſit eſſe minus legitima? ibi. n. 41. & 42.*

. . *Promiſſa idem habet priuilegium, ac tradita, ibi. n. 48.*

. . *Probatur per leues probationes, & dicitur promiſſa etiam per verba enunciatiua, ib. n. 49.*

. . *Exigi poteſt, & ſi ſtipulatio non interueniat, ibi. n. 51.*

. . *Etiam per vſurarum promiſſionem dicitur legitimè conceſſa, ib. n. 59.*

Dotalis res non poteſt alienari, ſed benè permutari, concl. 25. n. 7.

Dotare filias paternum eſt officium, concluſ. 13. num. 18.

Dotare filiam an iterum teneatur pater, ſi primam dotem amiſit? ib. n. 19.

Dotare filiam tenetur pater etiam clericus in bonis occaſione Eccleſiæ acquiſitis, ib. n. 22.

Dotis cauſa ſummariè eſt expedienda, concluſ. 12. num. 3.

. . *Immò etiam in diebus feriatis, ibid. num. 4. & concl. 13. n. 50.*

Dotis tempus attenditur quando filia dotatur, ibi. num. 45.

. . *Aſſecuratio non eſt vera dotis reſtitutio, cõcl. 23. n. 5.*

Duellantes quomodò per ius canonicum, & quomodò per ius ciuile puniantur, concl. 9. ſub n. 91.

Duo vincula fortius ligant, concl. 13. ſub num. 33.

Duobus de metu affirmantibus magis credendum eſt, quam mille negantibus, concl. 28. n. 23.

E.

E*Andem rationem habentium idem eſt iudiciũ, concl. 11. n. 22.*

Eccleſia, reſpub. & minor qualiter poſſint petere reuocationem ſententiæ per inſtrumenta nouiter reperta, & intra quod tempus? concluſ. 35. ſub n. 8. & ſeq.

Eccleſiaſtica bona poſſunt permutari, ſed non vendi, concl. 25. n. 8.

Eccleſiaſticæ perſonæ tempore neceſſitatis ab auxilio reip. non excuſantur, concl. 27. n. 10.

Effectus pupillaris ſubſtitutionis plures remiſſ. ponuntur, concl. 32. n. 11.

Electio mala in culpa eſt, concl. 6. n. 62.

Eleemoſynæ, & decima debet dari de legitimè quæſitis, concl. 11. n. 13.

Eligi in officijs quis debeat, concl. 14. n. 4.

Emphyteuſis contractus à iure ciuili fuit introductus, & eius natura remiſſ. ponitur, concluſ. 22. num. 1.

. . *An differat à conductione, & cenſu, ibi.*

. . *Dicitur vltrò, citroquè obligatorius, & eius definitio remiſſiuè traditur, ib. n. 2.*

Emphyteuſis æquiparatur cum pacto legis commiſſoriæ, concl. 22. ſub n. 10.

Emphyteuta per quot annos canonem non ſoluens cadat à iure ſuo? ibi. n. 5.

. . *Non ſoluens canonem, an ipſo iure rem amittat? ibi. n. 6.*

. . *Perdit meliorationes, ſi res incidit in commiſſum, ibi. n. 7.*

. . *Eccleſiæ an poſſit moram purgare de canone non ſoluto? ibi. n. 13.*

Emptor, & venditor ſunt correlatiua, concluſ. 3. num. 10.

. . *Rei furtiuæ an de furto teneatur? concluſ. 10. num. 12.*

. . *Rei furtiuæ, ipſam rem reſtituendo an pretium recuperet? ibi. n. 15.*

. . *Secundus quando præferatur primo? concl. 31. num. 21.*

Epiſcopus an poſſit abſoluere à can. ſi quis ſuadẽte diabolo, *quando eſt grauis percuſſio? concl. 36. n. 24.*

Euictio promiſſa in contractu nullo, etiam eſt valida, concl. 3. ſub n. 4.

. . *Eſt de natura contractus, & tacitè ſemper intelligitur appoſita, tamen plus operatur expreſſè, concl. 8. ſub n. 34.*

Exactor de furto tenetur ob indebiti exactionem, concl. 10. n. 10.

Exceptio declinatoria fori non poteſt denegari clerico, ſi fuerit Officialis Baronis, & eam petat in ſindicatu, concl. 14. ſub n. 20.

Excommunicationis ſententia non debet ferri ſine

[illegible] culpa,concl.21.[illegible]
[illegible] non ligat,nec aliquis eſt [illegible] n.22.
Exe[illegible] Indicis arbitrio [illegible] n.23.
Exc[illegible] remiſſa,concl. 36. [illegible]
Excom[illegible] articulo, à quolibet Sac[illegible] poteſt [illegible] n.26.
. . N[illegible] non ſatisfa-ciat,[illegible] 28.
. . Sed [illegible] ſatisfaciat [illegible] n.29.
. . [illegible] de ſatisfaciendo, [illegible] 30.
Ex[illegible] ſemper [illegible] n.33.
. . [illegible] n. 34.
. . Repellitur [illegible] n.35. [illegible]
. . [illegible] celebrando fit irregularis [illegible] à Papa,ibi.n.36.
Ex[illegible] non fit [illegible] concl.20.ſub n.27.
Ex[illegible] poteſt [illegible] n.19.
Ex[illegible] n.33.
Ex[illegible] S. R. C. [illegible] concl.6.n.52.
Expiatio [illegible] aufert [illegible] concl. [illegible] n.51.
. . Non [illegible] furti [illegible] tor non cenſentur [illegible] n.32.
Expilatores dicuntur fures, [illegible] ibi. n.1.
Ex[illegible] ibi [illegible]
. . Iudicis arbitri[illegible] [illegible] concl.34.
Ex[illegible] obligatur? concl.37.[illegible]

F.

Fœminas non habet filios in poteſtate,concl.17. [illegible] n.6.
F[illegible] minus diligatur,quam [illegible] concl.25. [illegible] n.10.
F[illegible] quid ſit,concl.12.n.6.
. . Non debetur hæredi, qui non fecit inventa-rium,ibi.n.7.
. . [illegible] dotis non detrahitur,ib.n.8.
. . A[illegible] facultatibus,ſeu non legitima, concl. [illegible] n.26.
. . [illegible] bonis diminuatur,ib.n.31.
F[illegible] crimen ſub generali indulto non compre-henditur,concl.15.n.1.
F[illegible] tres ſua falſitate lædere videtur,ibi.n.2.
F[illegible] ut committatur,quæ concurrere debeat, [illegible] n.5.
. . Sine dolo non poteſt committi,ibi.n.6.
. . P[illegible] ſolet committi, ibi. n.[illegible]
. . [illegible] tempus dicitur committi,ib.n.15.
. . An poſſit per Procuratorem defendi? ibid. num.19.
. . [illegible] non eſt [illegible] ibi.n.20.
Falſi crimen poteſt inquiri,tàm ad partis inſtantiã, quàm ex officio,ib.n.17.
. . Inter publica delicta reputatur,ib.n.18.
. . Infamat,ibi.
F[illegible] quid operetur,remiſſivè,conclu.19. [illegible]
. . [illegible] juris producit effectum, [illegible] n.20.
[illegible] probanda, & quomodò de-[illegible] n.30.
F[illegible] præſumptionem falſitatis, [illegible]
F[illegible] vaſallus ſi per [illegible] an perdat feudum? concl. 22. [illegible]
F[illegible] quare à teſtatoribus inventum, et [illegible] concl.16.n.1.
. . Q[illegible] poſſit relinqui, & quomodò revoca-[illegible] n.2.
F[illegible] bona ex cauſa dotis poſſint alie-[illegible] n.3.
. . S[illegible] hoc requirantur,ibi.n.9.
F[illegible] bona an poſſint alienari pro dote [illegible] qui [illegible] reliquit [illegible] n.11.
F[illegible] datus ab [illegible] in ingreſſu [illegible] & [illegible] Cives [illegible] concl.14.n.16.
F[illegible] pro principe [illegible] ibi.n.16.
F[illegible] & hoſtibus ſit ſervã-[illegible] n.20.
F[illegible] debet,& in hac ob[illegible] Principes in Hiſpaniis,concl.4.num.5.
. . C[illegible] per decis. S.R.C. [illegible] frangit, ſicut qui rumpit [illegible] n.5.
Fides d[illegible] pro ſolutione reputatur, concl. 31. num.12.
Filij ad[illegible] ſequuntur iura agnationis, & cogna-tionis,[illegible] num.5.
. . Succedunt [illegible] legitimis,& [illegible] patri ad[illegible] ab inteſtato [illegible] ibi.
. . An [illegible] poteſt [illegible] adoptantis, [illegible] ſuccedant [illegible] ib.n.7.
. . Non [illegible] contra teſtamentum, nec illud rumpunt, ſi non reliquuntur ab adoptante legiti-[illegible] ib.n.8.
[illegible] Presbyterorum filiorum appellatione [illegible] [illegible] tales demonſtrari debent. ib.n.10.

Fi-

Filia dotata vſque ad quantitatem legitimæ, aliud petere non poteſt, concl. 13. n. 16.
Filias dotare paternum eſt officium, ib. n. 18.
Filia poteſt compellere patrem, quando eſt nubilis ætatis ad conſtituendum ei paragium, ib. n. 25.
. . Excedens annum 25. ſi non dotetur, & peccauerit in corpus ſuum, non poteſt à patre exhæredari, ibi. n. 26.
. . Maritata per patrē, qui poſteà teſtando, filijs extraneos ſubſtituit, nulla de filia mētione facta an teſtamentum factū annulletur? ibi. ſub n. 32.
. . Nupta, aut filius vocando patrem in iudicio ſine venia, qua pœna puniatur? concl. 17. nn. 2.
. . Nupta an ſit in poteſtate patris? ibi. n. 3.
Filius, qui eſt in poteſtate patris, patrem in iudicio conuenire non poteſt, & quarè? ibi. n. 7.
Filiorum appellatione veniunt etiam filiæ, ibid. num. 12.
Filius an poſſit alienare hæreditatem paternam patre viuente, proponitur, & diſputatur, cōcl. 18. a n. 7. ad 19.
. . Dicitur in bonis paternis continuare dominiū, & non illud de nouo acquirere, ibi. n. 9.
. . Ingratus paterna hæreditate priuatur, ib. n. 15.
Filiæ renunciatio paternæ hæreditati quando valeat, ibi. à n. 20. vſquè ad finem concluſ.
Filia renuncians paternæ hæreditati, quando eſt congruentèr dotata, etiam feudo dicitur renunciare, ib. ſub n. 22.
Filiæ renunciatio quando poſſit procedere, remiſſiuè ponitur, ib. n. 25.
Filiorum 12. onus facit patrē immunem à cunctis oneribus, concl. 27. n. 9.
Filij exiſtentes in poteſtate poſſunt contrahere matrimonium inuitis parentibus, concl. 24. ſub n. 6.
Filij de neceſſitate debent hæredes inſtitui, vel cum cauſa exhæredari, ſed an hoc procedat circà parentes, concl. 33. n. 8.
Filiusfamilias in quibus poſſit teſtari? ib. n. 10.
Filiusfamilias in Gallia maior 25. annis reputatur pro emancipato, qui poteſt omnia facere, vti paterfamilias, ibi. ſub n. 11.
Filiusfam. miles teſtando, ſi non relinquat parentibus legitimam, teſtamentum non annullatur, ibi. num. 13.
Filius hæres inſtitutus, ſi inuentarium non faciat, an perdat legitimam? ibi. n. 23.
. . An ob delictum patris legitima priuetur? ibi. num. 24.
Filia quando priuetur legitima etiam in bonis maternis proptèr crimen læſæ Maieſtatis per patrē commiſſum, ib. n. 25.
Filius ob ingratitudinem etiam à legitima poteſt exhæredari, ibi. n. 37.
Filiæ renunciatio per metum hæreditati paternæ non valet, quamuis iuramentum in illa interueniat, concl. 34. n. 13.
Foriudicari, & banniri non pro omni crimine quis poteſt, concl. 9. n. 65.
. Nemo poteſt, niſi pro delicto capitale contrà Dom. de Afflict. ibid. ſub num. 85.
. . Vt quis poſſit multa requiruntur, ibi.
Foriudicationis ſententia qualitèr, & à quibus Officialibus fieri poſſit? ibi. n. 90.
. . Et quos effectus pducat contrà foriudicatū? ib.
Foriudicatio an poſſit fieri intra annum contumaciæ, & banni? ib. n. 91.
Forma introducta à iure, ſi omittatur, vitiat actum, concl. 14. ſub n. 60. & 61.
Franciſci Viuij doctrina, quod nō permittitur Iudici iudicare, legitimam filiabus poſſe auferri, limitatur, concl. 13. n. 42.
. . Et eiuſdem Auctoris opinio, vt reſtituatur mulier aduerſus inuētarium ſaluatur, concl. 20. num. 23.
Fraus ex coniecturis inducitur, et præſumptionibus probatur, concl. 20. n. 8.
Fraudibus, & malitijs hominum non eſt indulgendum, ibi. n. 18.
. . Sed obuiandum. concl. 3. n. 1.
Fraus nemini prodeſt, concl. 6. ſub nu. 43. concl. 20. ſub n. 10. & concl. 35. n. 20.
Frater tenetur dotare ſororem, & ſignantèr de iure Regni, concl. 13. n. 27. & 29.
. . Eſt obligatus alere ſororem, ibi. n. 32.
. . De quibus teneatur dotem dare ſorori, ib. n. 33.
. . Tenetur ſatiſdare de maritando ſororem, ibid. num. 34.
. . Debet dotare ſororem, dato non habeat bona paterna, quando ſoror eſt pauper, concl. 16. n. 14. & d. concl. 13. n. 36.
. . Vſque ad quam ſummam talem dotem ſorori conſtituere debeat? ibi. concl. 13. n. 37.
Fructus pendentes an tranſeant ad hæredes vſufructuarij? concl. 29. n. 18.
. . Pars fundi eſſe dicuntur, concl. 31. n. 5.
Fuga, & abſentatio delinquentis poſt delictum quid operetur, remiſſiuè, concl. 19. n. 32.
Fundamento ſublato, corruit omne ſuperædificatū, concl. 36. n. 6.
Furti definitio traditur, & eius pœna, remiſſiuè ponitur, concl. 10. ſub n. 4.
Furti actio intentata an ſuſpendat condictionem furtiuam? ib. n. 6.
Furti actione tenetur qui vtitur pecunia ad alium miſſa, ibi. n. 11.
Furto tenetur qui delinquit contrà diſpoſitionem l. vulgaris, §. is qui viginti, ff. de furtis, ibid. num. 14.
Furti actione an teneantur conſulentes furtum, mādantes, & ſimiles? ibi. n. 16. & 17.
Furtum ſi à pluribus committatur, an omnes furti pœna teneantur, vel vno ſoluente, reliqui liberētur, d. concl. 10. n. 19.

G.

GAleni ſentētia traditur in ſuo primo aphoriſmo circà rerum immortalitatem, concl. 6. num. 2.

Genmatores delictorum liberari non debẽt, concl. 19.n.39.
Generale mandatum non ſufficit, vt Procurator poſſit vendere, ſed requiritur ſpeciale, vel generale cum libera, concl. 31.n.10.
Generalis locutio, ſiuè diſpoſitio non eſt ad particularem reſtringenda, concl. 35.n.7.
Generalis Vicarius, Epiſcopi retinet poteſtatem, concl. 36.n.24.
Genus mulierum eſt auariſſimum, concl. 11. nu. 16. & concl. 20.n.10.
Genus maſculinum fœmininum comprehendit, concluſ. 17.n.11.
Gloſ. in l. 4. C. de re iudic. pulchrè declaratur, concl. 35. ſub n.3.
Grauari duplici onere nemo debet, concl. 11.n.4.
Grauatus onere 12. filiorum, ab omni alio eſt immunis, concl. 27.n.9.
Graue eſt fidem fallere, concl. 31.n.20.
Grauia delicta quæ dicantur, quæ poſſunt per Officialem in officio committi? concl. 14. ſub n.36.
Grauis percuſſio quæ, & quando dicatur? concl. 36. num. 17. & ſeq.
Grauis percuſſio alapa facta reputatur, ibi n.21.

H.

HAbitatio longena quando dicatur, in Iudicis arbitrium remittitur, concl. 28.n.28.
. . Eſt ius de per ſe, concl. 39.n.4.
. . Quomodò cum vſufructu conueniat? ibi.n.5.
. . Simplicitèr legata, intelligitur etiam legata proprietas, ibi.n.6.
. . Quandoquè domum ſignificat, ſicut poſſeſſio fundum, ibi.n.7.
Habitus non facit monachum, concl. 5. ſub nu. 8. & concl. 21. ſub num. 17. ſed benè profeſſio, concl. 29.n.11.
Hæreditas quid, concl. 18.n.4.
Hæreditas non adita repræſentat defunctum, ibid. num. 5.
. . Poſtquàm adita eſt, patrimonium hæredis dicitur, ibi.n.6.
. . Patris dicitur hæreditas filij, ibi.n.8.
. . Non poteſt alienari viuente teſtatore ab hærede, & quarè? ibi.n.12. & ſeq.
. . Dicitur patrimonium teſtatoris vſquè dum viuit, nam poſt eius mortem tranſit in nomen hæreditatis, ibi. ſub n.16.
. . Viuentis pacto dari non poteſt, ibi.n.17.
. . Poteſt alienari viuente teſtante, ſi ipſe conſentiat, ibi.n.18.
. . Eſt ius vniuerſale, concl. 20.n.5.
Hæreditatis expilatio affert. beneficium repudiationis, concl. 6.n.51.
. . Petitio tranſmittitur ad hæredes, concluſ. 8. num. 29.
Hæreditariæ rei ſubtractor, ſi furti actione conuenitur, an poſſit comparere per Procuratorẽ? concl. 10. num. 7.
Hæredes vxoris, quæ ſubtraxit bona hæreditaria viri, furti actione non tenentur, ib.n.28.
Hæres non faciens inuentarium, amittit falcidiam, & trebellianicam, concl. 12.n.7.
. . Quaſi hæres quando dicatur, & quando hæreditatis vires conſequatur? concl. 18. à num. 1. vſquè ad 6.
. . Nemo dicitur, niſi mortuo teſtante, & quarè? ibi.n.16.
. . Quaſi contrahere videtur cum debitoribus, & creditoribus hæreditatis, concl. 20.n.3.
. . Sed qui dicantur iſti contractus, ib.n.4.
. . Dicitur caput, & principium teſtamenti, cõcl. 26.n.7.
. . Non cenſetur grauatus à teſtatore pluſquàm ipſe diſponendo dixit, ibi.n.8.
. . Tenetur exonerare conſcientiam defuncti, concluſ. 35.n.18.
. . Præſumitur ſcire quæ in teſtamento continentur, vndè ſi aliquid ab eo petatur virtute teſtamenti, ſi ipſe opponat, vt tabulæ demonſtrẽtur, non auditur, ibi.
. . An teneatur recipere à debitoribus hæreditatis particularẽ ſolutionem? concl. 37.n.2. et 10.
Homicida non habet vitam in ſe manentẽ, concluſ. 19.n.4.
Homicidium omni iure prohibetur, ſed quomodò hoc intelligatur, concl. 9.n.71.
. . Proditorium eſt grauiſſimum, cum multis de proditore cumulatis, concl. 19.n.24.
Homicida debet reddere animam pro anima, ibid. num. 52.
Homo poteſt præſumi bonus, & malus, attenta eius conditione, concl. 9. ſub n.48. & concl. 24.n.19.
Hominis nomen commune eſt maribus, & fœminis, concl. 27. ſub n.1.
Homines non debent ſignari in maxillis, concl. 36. num. 20.
Homagium cui, & à quibus detur? concl. 11.n.1.
Honeſtas maculatur, tàm ex oſculis, quàm ex corporum coniunctione, concl. 2. ſub n.47.

I.

IAcobus Menoch. laudatur, concl. 2.n.23.
Iacobus Menoch. & Bonifac. de Vital. diſcordant circà pœnam concuſſionis, ſed quomodò concordentur? concl. 7.n.14.
Iacobi Menochij dicta, quod ſola contumacia nõ ſufficit ad condemnationem, quomodò intelligãtur? concl. 9.n.50.
Ignorare ius, in quo quis verſatur, turpe eſt, concl. 31.n.32.
Ignorantia probabilis excuſat ab irregularitate, ſecus autem craſſa, & ſupina, concl. 36.n.38.
. . Excuſat emptorem à pœna l. cenſemus, C. de litigioſ. & Conſtit. Reg. Eorum fraudibus, concl. 3.n.14.
Illationẽ ex diuerſis fieri prohibitum eſt, concl. 20. ſub n.27.

Im-

I N D E X.

Imperium merum,& mixtum Baronibus conceſſũ per Regem Alphonſum,an poſſit per ſucceſſores illis auferri,remiſſiuè,concl.30.nu.8.

Incãtationes,quibus vtuntur rei torquendi, nè cõfiteantur,& ſecreta aduerſus iſtas incantationes,remiſſiuè ponuntur,concl.19.n.51.

In criminalibus quilibet ad ſolidum tenetur,concl. 10.n.20.

Indicium quid ſit? concl.19.ſub n.38.

Infamis non admittitur ad iurandum, concluſ.24. num.23.

Ingratitudinis capita plura,remiſſiuè,concl.34.ſub num.2.

Inquiſitus plenè conuictus non differt à condemnato,concl.19.n.24.

. . Non poteſt condemnari ex violenta,& certa ſuſpicione,concl.2.n.24.

Inſtrumenta,quæ vim habent reuocandæ ſententiæ poſtquàm prolata eſt,ſi de nouo reperiãtur,qualitèr eſſe debeant? concl.35.n.10.

Inſtrumentorum liquidatio olim tantùm in M. C. ſed hodiè in omnibus alijs fieri poteſt,concl.19. num.23.

Inſtrumentorum appellatione veniunt etiam teſtes, concl.35.n.14.

Inſtrumentum ſi cancellatum præſentetur,quid per Iudicem eſt peragendum? concl.4.n.26.

Inuentarium eſt omni ſubtilitate perficiendũ, cõcl. 20.n.7.& 12.

Inuentarij requiſita licèt multa ſint,præcipuum tamen eſt,vt in eo interueniat fidelis omnium bonorum deſcriptio,vnà cum valore,immò debent deſcribi res,quæ in hæreditate reperiuntur, dato teſtatoris non ſint,ibi.eo.n.12.

Inuentarium eſt introductum ad iuris rigorem conſeruandum,ibi.n.15.

Ira Dei deſcendit in Populos proptèr periurium, concl.6.n.39.

Irregularitatem quomodò quis incurrat,cum caſus euentu,concl.9.ſub n.75.

Iudex an poſſit procedere ex officio per viam inquiſitionis in crimine adulterij? concl.2.n.54.

Iudex quid debet facere,quando præſentatur, ſiue incuſatur inſtrumentum cancellatum,praxis demonſtrat,concl.4.n.26.

. . Diligens debet ſeruare ſtilum,ibi.n.27.

. . Poteſt compellere partes ad iurandum de calumnia,concl.6.n.11.

. . Ordinarius poteſt ſuam corrigere ſententiam nullam ex defectu iuramenti de calumnia non præſtiti, ſecus tamen Delegatus,ibi.n.25.& 26.

. . Delegatus alienam iuriſdictionem exercere videtur,ibi.n.28.& concl.14.n.50.

. . Delegatus à Principe poteſt ſuam exequi ſententiam, ſecus autem Delegatus ab inferiori, concl.6.n.29.

Iudex ad quem quãdo eſt à definitiuo appellatum, poteſt omnia grauamina recognoſcere, & reuocare,concl.6.n.53.

. . Quomodò debeat ſe habere in torquendo contumacem, concluſ. 9. num. 49.

. . Maiorem laudem conſequitur in abſolutione, quam in condemnatione inquiſiti,ibi.ſub n. 1.

. . Quid debeat obſeruare,quando ſoror petit dotem,aut legitimam à fratre? concl.12.n.11.

. . An poſſit iudicare,vt dos ſit minus legitima? concl.13.n.15.

. . Deficiente lege,debet iudicare ſecundum conſuetudines,concl.14.ſub n.17.

Iudicis arbitrio remittitur litem terminare,quando de voluntate defuncti controuertitur, concl. 16. num.15.

Iudices ſeculares debent cõpellere contrahentes ad ſeruandum pactum iuratum,concl.18.n.22.

Iudex Dei miniſter dicitur,concl.19.n.1.

. . Fieri nè quæras,niſi virtute valeas irrumpere iniquitates,ibi.n.2.

Iudices debent inuicem ſibi auxiliari, & habet locum etiam in fauorem Eccleſiaſticorum, concl. 21.n.1.2.& 3.

Iudex domicilij non poteſt inquirere de delicto cõmiſſo per ſubditum extrà ſuum territorium; ibi. num.8.

. . Iuriſdictionis eſt magis competens, quam Iudex originis,vt demonſtratur,ibi.n.10.

. . Originis non poteſt per viam inquiſitionis procedere contrà ſubditum,& quid per viam accuſationis? remiſs.ibi.eo.n.10.

. . Iniuſtè excommunicando, vel iniuſtè condemnando,qualitèr puniatur? ibi.n.24.

. . Per diuerſos modos debet veritatem inquirere,concl.24.ſub n.3.

. . Debet adſtringere partes ad deferendum iuramentum,nam alias ob hoc poterit ab eo appellari,ibi.

. . Competens in cauſa matrimoniali quis ſit? concl.28.n.3.

. . Suam prolatam ſententiam reuocare non poteſt,concl.35.n.2.

. . Nemo poteſt eſſe in cauſa,in qua fuit Aduocatus,concl.38.n.2.

. . In prima inſtantia non debet eſſe Aduocatus in ſecunda,ibi.n.4.

. . Si quis fiat poſtquàm fuit Aduocatus, etiam à ſuo Cliente poteſt dari ſuſpectus,ibi.n.5.

. . Quando poſſit ſuſpectus allegari abſque depoſito? ibi.n.14.

. . Ex ſuo officio antè omnia debet prouidere ſuper deſertione cauſæ,ſi eſt appellatio deſerta, concl.5.n.12.

Iudicis officium eſt curare,nè lite pendente poſſeſſor poſſeſſione ſpolietur,concl.40.n.4.

Iudicium ex tribus perſonis formatur, concluſ. 9. num.21.

. . Eandem rationem habentium idem eſt, concl. 11.n.22.

. . Non à citatione, ſed à captura incipi debet, quando delinquens eſt de fuga ſuſpectus,concluſ. 21.n.6.

Iuramento virginis ſtatur, ſi dicat,fuiſſe ſtupra-

tam

tam, ſed quando,concluſ.2.num.31.
Iuramentum de calumnia quarè introductum,& quando præſtetur,concl.6.n.4.
. . De calumnia in quacunq; parte iudicij exigi poteſt,ibi.n.6.
. . Tàm ab actore, quàm à reo eſt præſtandum, ibi.n.7.
. . Poteſt præſtari per Procuratorem,ſed quomodò,ibi.n.9.
. . Etiam in ſecunda inſtantia, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus poteſt præſtari,ibi.nu.10.
. . Si denegetur ab actore,cadit à iure ſuo,ſin autem à reo,condemnabitur,quia habetur pro confeſſo,ibi.ſub n.11.
. . Forma quæ ſit,hoc eſt quid promittat actor,et quid reus,ibi.n.12.
. . Eſt à iure introductum propter publicum commodum,ibi.n.17.
. . Eſt de obſeruantia antiquarum legum,ibi. ſub eod.num.
. . Non poteſt tolli per conſuetudinem,quod ampliatur de iure Regni,ibi.n.18.
. . Etiam in cõpromiſſis debet præſtari,ibi.nu.19.
. . Eſt actus ſubſtantialis iudicij, vndè per partes expreſsè remitti non poteſt,ibi.n.21.
. . Poteſt tacitè omitti,ſecus expreſsè, ibid. ſub eod.num.
. . Quarè expreſsè renunciari non poſſit? ib.n.22.
Iuramentum de calumnia quid? ibi.n.38.
. . Quomodò ſit præſtandum? ibi.n.40.
. . Excuſat à tacita, ſed non ab expreſſa, & euidenti calumnia,ibi.n.44.
. . Non releuat ab expenſarum condemnatione, ibi.n.45.
Iuramentum teſtis quando examinatur, quomodò eſt præſtandum,ibi.n.40.
Iuramentum vi extortum, actum non conualidat, concl.18.ſub n.21.
. . Semper quod poteſt ſeruari abſquè interitu ſalutis æternæ,ſeruandum eſt,ibi.ſub eod.n.
. . Metu extortum ipſo iure nullum eſt ſecundùm ciuiles leges,ibi.n.23.
Iuramentum pro litium expeditione eſt maximum remedium,concl.24.n.1.
Iuramenti vis quanta,ibi.
Iuramentum ſuppletorium neceſſarium dicitur, & poteſt Iudicis officio expoſtulari,etiam parte nõ petente,ibi.n.2.
. . Quarè ſic dicatur,& quando deferatur? ibid. num.4.
. . Cauſa cognita deferendum eſt citata parte, ibi.n.6.
. . Quando abſente parte deferatur? ibi.n.7.
. . An poſſit deferri in cauſa mutui, ideſt ad probandam mutui quantitatem,ibi.n.8.
. . Non conceditur quando vna pars plenè probauit,ibi.n.9.
. . Tunc cõceditur,quãdo ambo partes ſemiplenè probauerint,ibi.n.10.
. . Cui potiùs deferendum ſit,actori,vel reo? ibid. ſub eod.num.
. . Non poteſt exhiberi à periuro,vel aliàs infame,ibid.
. . Num poſſit præſtari poſt concluſionem,& in cauſa appellationis? ibi.n.11.
. . Habet locum etiã in cauſis criminalibus,quando ciuilitèr intentantur,concl.24.n.12.
. . Defertur in criminalibus modicis,ibi.n.13.
. . Quando deferri poſſit in ciuilibus cauſis? ibid. num.15.
Iuramentum damna paſſi quando ſufficiat ſine teſte pro damni conſecutione? ibi.ſub n.18.
Iuramentum an ſit propria,& vera probatio? ibid. num.21.
Iuramentum illius,cui eſt metus illatus, ſufficit pro inualidum declarando matrimonium, concl.28. ſub n.21.
Iuramentum iniuſtum non obligat, concl.31.n.19.
Iuramentum obligat etiam minores ad licitam promiſſionem,ibi.& concl.34.n.16.
Iuramentum metu extortum,nec minores,nec maiores ligat,tàm ſi adijciatur in contractibus, quã in quaſi contractibus,concl.34.n.17.
Iuramentum obligat ad actum,etiam à lege prohibitum,vti ad vſuras,ibi.n.19.
Iuramentum de ſatisfaciendo an ſit ſufficiens, vt excõmunicatus poſſit abſolui,quando eſt neceſſaria ſatisfactio,concl.36.n.30.
Iurare de calumnia tenentur nondùm clerici,verũ etiam Æconomi,& Sindici,cõcl.6.n.13.& 14.
Iurans etiam per metum debet prius abſolui,& deindè venire aduerſus actum,attenta vera DD. praxi,concl.18.ſub n.23.
Iuris offerendi actio quanto tempore præſcribatur? concl.23.n.15.
Iuris congrui definitio traditur, & cui ius congrui competat,oſtenditur,ibi.n.16.
Iuris congrui diſpoſitio,quæ vult,vt conſanguineus in quocunq; gradu ſit, præferatur non cõiunctis, vſquè ad quem gradum extendatur,ibi.n.18.
Iuris congrui actio quando extinguatur, ſi conſanguineus,vel vicinus non fuerit citatus? ibi.n.23.
Ius canonicum ad ciuile,& ciuile ad canonicum recurrit,quando in vno non,ſed in altero eſt caſus deciſus,concl.11.n.21.
Ius municipale patriæ Authoris circà Officialis ſindicatum traditur,concl.14.n.26.
Ius canonicum,& non ciuile in materia peccati attenditur,concl.18.ſub n.23.
Ius offerendi competit ſecundo creditori,dato,quod ipſa res empta ſit per primum creditorem iure crediti,concl.23.ſub n.2.
. . An habet locum,quando mulier ſoluto matrimonio petit adiudicationem ſuper bonis viri pro ſua dote? ibi.n.3.
. . Et quid ſi petat aſſecurationem ob mariti inopiam? ibi.n.4.
. . Num habeat locum,quando quis habuit rem inſolutum à debitore,& deindè alijs ipſa res fuerit vendita,vt procedi poſſit contrà tertios poſſeſſores? ibi.n.6.

. . An

. . *An detur tertijs creditoribus? ibi.num.7.*
. . *Datur etiam in ſecunda inſtantia,ibi. n.8.*
Ius creditoris, & ius domini æquiparantur, ſed quando res iure creditoris vendi dicatur? ibid. num.9.
Ius offerendi an habeat locum in venditionibus ſub [illegible] *ibi.n.11.*
I[illegible] *non competere ſecundo creditori,qu*[illegible] [illegible] *iure creditoris,quomodò intelli*[illegible] [illegible]*1.*
Ius [illegible] *in patria* Authoris *viget vti ius muni*[illegible] *ibi.n.17.*
. . [illegible] *etiam in venditionibus ſubhaſta*[illegible]
. . [illegible] *tempus ſit proponendum? ibi.n.20.*
. . [illegible] *conſanguineus, vel vicinus* [illegible] *mediante appretio, & non tã*[illegible] *oblationem.ibi.eod.num.*
. . *C*[illegible] *permutationis,concluſ. 25.* [illegible]
I[illegible] *teſtatori poſt eius mortem,ad hære*[illegible] *concl.29.n.16.*
I[illegible] *auferre non poteſt, concl.* [illegible]*42.*
I[illegible] *qui auctore Prætore poſſidet, concl.* [illegible]*7.*
I[illegible] *per ſe ſeniora eſt,concl.14.n.28.*
I[illegible] *cum puella de ſolo ad ſolum, con*[illegible] *de copula carnali,concl.2.n.18.*
Ie[illegible] *incorrigibiles,concl.12.ſub n.1.*
I[illegible] *ſenectute eſt magis idonea ad ſtudium, concl.21.n.12.*

L.

L[illegible] *unde dicatur,concl.25.n.1.*
. . [illegible] *ſit, & propter quod ſoluatur, &* [illegible] *ibi.*
. . *A* [illegible] *ſoluatur,ab emptore,vel venditore? ibi.* [illegible]
. . *T*[illegible] *debentur,quot ſunt alienationes, ibi.n.4.*
. . *Vt debeatur,pretium debet interuenire in alienatione,ibi.n.5.*
. . *Ex permutatione rerum non deberi, deciſum* [illegible]*,ibi.n.9.*
. . *S*[illegible] *de qua permutatione intelligatur,ib.n.10.*
. . *Non deberi ex alienatione neceſſaria,ſancitum* [illegible]*,ibi.n.13.*
. . *An debeatur, quando fundus emphyteuticus datur in dotem,ibi.n.16.17.& 18.*
. . *Decima* [illegible]*,ibi.n.23.*
Legatum relictum ſub conditione,ſi hæres ſine liberis decedat,ſi fiat Religioſus,& priuſquam [illegible] *decedat legatarius, cui potius debea*[illegible] *legatarij,vel Monaſterio? cõcl.* [illegible] *ad finem.*
Leg[illegible] *mulieri ſub conditione, ſi non* [illegible] *ſi contrahit matrimonium adhuc debe*[illegible]*ibi.n.11.*
Legatum, vel fideicommiſſum poteſt ad hæredes tranſmitti, ibidem num. 28.
Declara, num. 27.
Legatum ſub conditione relictum, vt debeatur, eſt neceſſe, vt ſit perfectus actus conditionis appoſitum,ibi.nu.35.
Legatum quando ad hæredes legatarij ſpectet, & non ad Monaſterium per ingreſſum inſtituti, qui profeſſionem fecit? ibi.n.37.
Legatum,quod fit ſimpliciter à matre filiabus, intelligitur pro dote factum,concl.12.ſub n.5.
. . *Factum puellæ dotis cauſa,nõ debetur,ſi prius non contraxerit matrimonium,concl.13.nu.10.*
Legata bis res alieni,tantum ſemel eſt ab hærede præſtanda,concl.26.n.11.
Legatum rei factum,in qua teſtator aliquod ius habet, illud videtur legatum,ibid.
Legata habitatione ſimpliciter, intelligitur legata domus,etiam quoad proprietatem, concluſ.39. num.6.
Legatarius non amittit legatum per expilationem hæreditatis,concl.10.n.31.
Legatarius,cui eſt habitatio relicta,poteſt habitationem ipſam locare,concl.39.ſub n.4.
Legari poteſt vnius rei proprietas vni, & vſuſfructus alteri,ibi.n.2.
Leges ſunt concordandæ,nè detur earum correctio, concl.7.ſub n.5.
Leges ſcire quilibet tenetur,concl.31.ſub n.30.
Leges ciuiles ſacros Canones nõ dedignantur ſequi, concl.11.ſub n.21.
Legis auxilio non iuuatur qui in legem committit, concl.20.n.9.
Leges obſeruare omnes tenentur,ibi.n.17.
Legis diſpoſitio cum de vno caſu loquatur, ad aliũ præſumptum non extenditur,concl.3.n.11.
Legitima filiorum adoptiuorum non eſt aucta, ſicut illa legitimorũ,& naturalium,concl.prima,n.9.
Legitima matri debetur ſuper bonis filij, illicò poſt profeſſionem emanatam,ſi filius Religioſus fiat, concl.8.n.23.
Legitima debita de iure naturæ prouenit,concl.12. num.9.
Legitima quanta ſit,concl.13.n.39.
. . *Eſt filijs relinquenda,aliàs enim teſtamentum annullatur,concl.16.n.3.*
. . *Impropriè dicitur quarta,cum hodie ſit triens, vel ſemis,habito reſpectu ad filiorum numerum, concl.33.n.1.*
. . *Eſt triens,vel ſemis illius portionis,in qua ſucceditur ab inteſtato,ibi.n.2.*
Legitimam de iure naturali deberi,quomodò intelligatur,ibi.n.3.
Legitima olim quo titulo relinquebatur,& quomodò hodiè relinquenda ſit? ibi.n.5.
. . *Inſtitutionis titulo relicta,quos producat effectus,ibi.ſub n.6.*
. . *Debetur aſcendentibus iure poſitiuo, ibi. n.9.*
. . *Debetur parentibus ob honorem,& pietatem, ibi.n.12.*
. . *Eſt etiam parentibus inſtitutionis titulo relin-*

linquenda, ibidem num. 14.
. . Aſcendentium eſt aucta ſicut illa deſcendentium, ibi.n.15.
. . Habetur loco æris alieni, ibi.n.16.
. . Debetur libera ab omni onere, dato quod ſuccedat circà tempus, ſed quomodò hoc intelligatur? ibi.n.17.& 18.
. . Debetur de rebus hæreditarijs, & patrimonialibus, ibi.n.19.
. . An poſſit aſſignari in pecunia, vel in re particulari? ibi.n.20.21.& 22.
. . Debetur arbitrio boni viri, ibi.ſub n.21.
. . Non augetur auctis facultatibus, ſed quid de falcidia? ibi.n.26.
. . Quod ampliatur, dato ſit aſſignata per patrem ipſo viuente, vel poſt mortē eius, ibi.n.27.et 28.
. . Eſt quota hæreditatis, ſed non quota bonorum, ibi.n.29.
. . Non augetur, dato augeatur patrimonium ex cauſa de præterito, ibi.n.30.
. . Num diminutis bonis diminuatur, & an idem ſit de falcidia? ibi.n.31.
. . An ſit danda à patre pro filio damnato ex delicto, vt pro pœna delicti ſoluatur? ibi.n.32.
. . An ſit danda à patre in vita? ibid. à num. 33. vſque ad 39.
. . Aſſignata filio à patre an poſſit reuocari? ibid. num.40.
. . Loco alimentorum ſuccedit, & poteſt per ſtatutum minui, ibi.n.42.& 43.
. . Aſcendentium an poſſit per ſtatutum tolli? ibi.ſub n.43.& ſeq.
. . Debetur matri ſuper bonis filij, ibi.n.46.
. . Quæ legitima matris eſt aucta, ſicut illa deſcēdentium, ibi.n.47.
Leſio ſi in venditionibus interueniat, quid operetur, & vſque ad quam quantitatem currere debeat, concl.23.ſub n.12.
Lex vbi nō diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, concl.12.n.9.
. . Bona, & ſancta eſt, ſi quis ea legitimè vtatur, concl.19.ſub n.1.
. . Clarè loquens, clarè intelligenda eſt, concl.20. ſub n.21.
Licentia conceſſa ad recuperandam poſſeſſionem intelligitur conceſſa cum hominibus, & Officialibus, concl.31.n.35.
Linea appoſita in ſcripturis, non impedit, quin debitum non appareat inceſſe, concl.4.n.12.
. . Non inducit ſolutionem, ibi.n.13.
Liquidatio inſtrumentorum poterat olim fieri ſolū in M.C. ſecus verò hodie introductum eſt, concl. 19.num.23.
Lis non datur inter patrem, & filium in poteſtate exiſtentem, dum viciſſim domi propriç terminandæ ſint differentiæ, ſine ſtrepitatione iudicij, concl.17.n.7.& 8.
Litigioſæ res quæ dicantur, & quando litigioſi vitium contrahatur, remiſſiuè, concl.3.n.5.
. . Quare alienari prohibeantur? ibi. n.6.
Litis pendentia dicitur, etiam pendente appellatione, ibi.n.8.
Litis conteſtatio quæ, & quādo in Regno dicatur, concl.6.n.5.
Litigantium pertinacia oſtenditur in eorum detrimentum, ibi.n.46.
Litigandi iuſta cauſa excuſat ab expenſis, ibi.n.47.
Litis conteſtatio quando dicatur facta in criminalibus, practica demonſtratur, concl.19.n.46.
Lite pendente an currant vſuræ, diſputatur, concl. 40.à num.1.ad fin.
. . Poſſeſſor in ſua poſſeſſione manutenendus eſt, ibi.n.3.& 5.
. . Nihil innouari debet, ibi.n.6.
. . Super nobilitate non ceſſat contributio, ibid. num.8.
Litteræ amatoriæ probant adulterium, concluſ.2. num.19.
Locupletatio cum aliena iactura non permittitur, concl.23.n.14.
Longæua cohabitatio conualidat matrimonium metu contractum, concl.28.num. 4. ſed quomodò hoc intelligatur, ibi.n.26.
Longæua cohabitatio quando dicatur, in Iudicis arbitrium remittitur, ibi.n.28.
Lupus viuit ex vento, concl.12.ſub n.4.

M.

Macedonianum beneficium à quo introductum? concl.18.ſub n.14.
Maculatur honeſtas, tàm ex oſculis, quàm corporū coniunctione, concl.2.n.47.
Magna Cur.Vic. eſt Index competens contrà Capitaneos, concl.14.n.53.
Maior anno 18. poteſt ſe obligare ad dotem, contrà Borrellum, concl.13.n.1.
. . Quando quis dicatur de iure communi, & quādo de iure Regni? ibi.
Maior anno 18. ſi lædatur, an habeat reſtitutionem in integrum? ibi.
Mala electio eſt in culpa, concl.6.n.62.
Maleſidei dicitur ille, qui errat in iure, concluſ.31. num.30.
Malitijs, & fraudibus hominum eſt obuiandum, concl.3.n.1.
Mancipia non debent in facie ſignari, concluſ.36. num.20.
Mandans, vel conſulens falſum, num falſi pœna puniatur? oſtenditur, concl.15.n.11.13.& 22.
Mandatarius deponens aduerſus mandantem non facit talis depoſitio, nec minus indicium ad torturam, concl.2.n.29.
Mandatum generale non ſufficit, vt poſſit vendere Procurator, ſed eſt neceſſè, ſpeciale eſſe ad hoc, vel ſaltim cum libera, concl.31.n.10.
Marito quando competat actio accuſandi ſuam vxorem adulteram? concl.2.n.3.
Marito licitum eſt vxori adulterç amputare naſū, ibi.ſub n.41.

Maritus poteſt impunè vxorem adulteram necare, & pater filiam tali morbo laborantem, ſed tamen peccant mortaliter in foro poli, ib. n. 46.

Marius Giurba *indiſtinctè loquens, quod cancellatio inſtrumenti ſuſpendit, & tollit viam executiuam, quomodò intelligendus ſit? concluſ. 4. num. 22.*

Maritum, & vxorem duos eſſe in carne vna, quomodò intelligendum ſit? concl. 26. n. 3.

Maſculi ſuccedunt in Regno fœminis excluſis, ſed cum quo onere? concl. 12. ſub n. 5.

Maſculi diliguntur plus, quam fœminæ, concluſ. 26. num. 10.

Maſculinum comprehendit fœmininum, concl. 17. num. 11.

Materia alienationis rei litigioſæ à pluribus tractatur, remiſſiuè, concl. 3. n. 15.

Materia rerum ſub congruenti titulo tractari debet, concl. 18. ſub n. 25.

Mater non poteſt facere pupillarem ſubſtitutionem, & quarè? concl. 32. n. 7.

. . Non habet filios in poteſtate, ibid.

. . Quando poſſit filio ſuo pupillaritèr ſubſtituere, ibi. n. 8.

. . Pro filio dicitur oneroſa, doloroſa, & laborioſa, concl. 33. ſub n. 12.

. . Per pupillarē ſubſtitutionē expreſſam excluſa à legitima, quarè non poſſit in hoc caſu proponere querelam in officioſi? ibi. n. 50.

Matrimonium num poſſit inter infideles contrahi? concl. 2. n. 8.

. . Quando poſſit annullari ob ſuſpitionem copulæ cum conſanguinea? ibi. n. 26.

. . Quid ſit, concl. 13. n. 3.

Matrimonij onus per virum ſuſtinetur, ibi. ſub n. 5.

Matrimonij carnalis ad ſpirituale valet argumentum, concl. 16. n. 10.

Matrimonium dicitur magnum ſacramentum, cōcl. 28. num. 1.

Matrimonialis cauſæ Iudex competens quis ſit? ibi. n. 3.

Matrimonium nullum ex copula conualidatur, ibi. num. 5.

Sed declara infrà eod. n. 26. & 27.

Matrimonium debet eſſe liberum, & dependere tantùm ex voluntate ſponſi, & ſponſæ, ibi. n. 6.

. . Tutè debet contrahi, vt valeat, ideſt ſine metu, ibi. n. 15.

. . Poteſt annullari per depoſitionē vnius de metu, imò per proprium iuramentum, ibi. n. 21.

Matrimonium metu reuerentiali contractum poteſt nullum declarari, concl. 34. n. 14.

Melius innocentem dimittere, quam nocentem damnare, concl. 9. n. 1.

Melius abſentem innoxium liberare, quam contumacem vigore ſtatuti condemnare, ibi. n. 44.

Melius eſt non ſoluere, quam ſolutum repetere, concluſ. 33. n. 38.

Melius eſt à principio intacta iura ſeruare, quam poſt malum perpatratum remedium quærere, ibi. eod. num.

Memoria hominum labilis eſt, concl. 6. n. 61.

Memoriam de præteritis habere, donum Dei eſt, ibi. ſub eo. num.

Mens teſtatoris potius, quam verba ſunt attendenda, concl. 16. ſub n. 3.

Menſura (ait Dominus) menſierimus, qua menſi fuerimus, concl. 6. n. 66.

Mendaciores ſunt mulieres viris, concluſ. 20. ſub num. 11.

Meretrix an decimam ſoluere de quæſtu teneatur? concl. 11. n. 12. 13. 14. 15. & ſeq.

. . Turpitèr agit, ſed non turpitèr recipit, ib. n. 15.

. . Poteſt in iudicio compellere promiſſorem ad tradendum promiſſa ex re cum ea habita, ibid. ſub eod. n. 15.

. . Non poteſt conueniri ad reſtituendum accepta ob copulam cum ea tenuetam, ibi.

Merum, & mixtum imperium Baronibus conceſſū per Regem Alphonſum, an poſſit per ſucceſſores eis auferri, remiſſ. concl. 30. n. 8.

Metus, qui in nuptijs interuenire ſolet tollitur per illa verba, vis, & volo, concl. 28. ſub n. 3.

Metus reuerētialis debet abeſſe à matrimonio, alias enim nullum eſt, ibi. n. 7.

Metus, dato quod non cadat in conſtantem virum, inualidat matrimonium, quando aliæ cauſæ concurrunt, ibi. n. 10.

Metus ſi non præcedat; & ſubſequitur in matrimonio, etiam ipſum inualidat, ibi. n. 11.

Metus poteſt per coniecturas probari, & quarè? cōcluſ. 28. n. 19.

Metus an ſit magnus, vel paruus, indicatur habito reſpectu ad perſonas, ibi. n. 14.

Metus eſt difficilis probationis, ibi. ſub n. 19.

. . Durat vſquè dum durat cauſa, quæ metum intulit, ibi. n. 27.

Minæ de tōdendo capillos illatæ à parentibus eorū filiabus, ſufficiunt ad inualidandum matrimoniū, concl. 28. ſub n. 18.

Minor non poteſt adoptare maiorem, concl. prima, ſub n. 11.

Minor ætas quæ ſit de iure communi, & quæ de iure Regni, concl. 10. n. 21.

Minores furando, an furto teneantur, ibi. eo. n. 21.

. . Mitiori pœna puniuntur, quam maiores ſecundùm Iudicis arbitrium, ibi. n. 22.

. . Habent reſtitutionem in integrum aduerſus ſētentiam, ſed non mulier, concl. 20. n. 25.

Minoris conſilium eſt infirmum, & multis inſidijs ſuppoſitum, concl. 34. ſub n. 15.

Minor, Reſpubl. & Eccleſia qualitèr petere poſſint reuocationem ſententiæ per inſtrumenta nouitèr reperta, & intra quod tempus? concl. 35. ſub n. 8. & ſeq.

Mixta crimina quæ ſint, in quibus & Eccleſiaſticus, & Secularis Iudex procedere poteſt præter iuriſdictionis perturbationem? concl. 21. n. 5.

Modus in donatione adiectus, quando poſſit dici cauſa finalis? remiſſ. concl. 34. n. 8.

Moderator, & arbiter eſt quique rei ſuæ, cōcl. 33. n. 18.

Digitized by Google

Modica,vel magna cauſa quãdo dicatur, remittitur in arbitrium Iudicis,concl.24.ſub n.15.

Monachus vix ciuilitèr dicitur mortuus, concluſ.8. num.13.

. . Religionis in communi capacis ſit ſuccedit ſuis,ſicut ſuccederet,ſi eſſet ſecularis,ibi.n.14.

. . In Francia non ſuccedit neque ex teſtamento, neque ab inteſtato ſuis,ibid.n.15.

. . Tempore profeſſionis minimam capitis diminutionem patitur,ibi.n.16.

. . Cum Superioris licentia poteſt eſſe teſtis, ibid. num.17.

. . Poteſt liquidare inſtrumenta de facie ad faciẽ ſibi ſtipulata,ibi.n.19.

. . Cum Abbatis licentia poteſt in iudicio comparere pro perſecutione iniuriarum,ibi.n.18.

. . Cuius Religionis poſſit eſſe arbiter ? ibi.nu.20.

. . Nemo ſit per ſolum habitum, concl.21.nu.17.

. . Peregrinando citrà Superioris licentiam non iuuatur Religionis beneficijs,ibi.n.18.

. . Tempore profeſſionis ſolet ſibi mutare nomen, concl.27.n.2.

. . Quando teſtari poſſit,& debeat? concl.29.n.1.

. . Ciuilitèr mortuus in Mundo,caret voce actiua, & paſſiua,non habet,nec velle,nec nolle, ibid. num.3.

. . Profeſſus non poteſt teſtari,ſed benè hæres inſtitui,ibi.ſub eo.n.3.

. . Circà teſtamenti factionem, tàm actiuam, quàm paſſiuam æquiparatur ſeruo,& filiofamil. ibi.n.4.

. . Si hæres inſtituatur inuito eo, Monaſterium poteſt hæreditatem adire,ibi.ſub eo.n.4.

. . Inſtitutus hæres,acceptando hæreditatem, cui acquiratur,ibi.n.5.

. . Quarè habeat teſtamenti factionem paſſiuam tantùm,ibi.eo.n.5.

. . Sine profeſſione non gaudet priuilegijs Religionis,ibi.ſub n.8.

. . Adoptare non poteſt,concl.1.n.16.

Monaſterium cenſetur loco filij ad excludendum ſubſtitutum,concl.8.n.7.

. . Dato,quod loco hæredis,& non filij cenſeatur, etiam ſubſtitutum excludit, ibi.n.9.

Mora cùm culpa dicatur,cuilibet debet eſſe nociua, concl.37.n.17.

Mortis pœna in Regno aduersùs mulierem adulteram moderata eſt,concl.2.n.41.

. . Æthymologia quæ? concl.8.n.5.

. . Definitio traditur,ibi.ſub eod.num.

. . Appellatione,ſemper de naturali intelligitur, tàm ſi à iure,quàm ſi à Principe,vel teſtatore de ea mentio fiat,ibi.n.6.

Mors ciuilis naturali æquiparatur,ſed quando ? ibi. n.4.6.22.& 23.

Mors ciuilis à naturali non parum differt,ibi.n.5.

Mortuo delinquente quando puniatur eius hæres,& de errore mortui damnum ſentiat ? concluſ. 9. num.22.

Mulier an poſſit adoptare? concl.1.n.16.

Mulieres iuris iurandi contemptrices ſunt,concl.1. num.32.

Mulierum genus eſt auariſſimum,concl.11.n.16.

Mulieres ſunt volubiles,concl.12.n.2.

Mulier Velleiano non iuuatur, ſi dotem promittat, concl.13.n.14.

Mulieri fraudolenti non ſuccurritur fœminarum beneficijs,concl.20.n.11.

Mulierum malitiæ plures ſunt;ità quod eis non creditur,ſi dicant, cognatos eſſe ab aliquo,ibi.ſub eod.num.11.

Mulieres non excuſantur ob his,quæ ad iuris rigorẽ conſeruandum ſunt introducta,ibi.n.14.

Mulieribus non ſuccurritur,niſi in caſibus à iure expreſſis,concl.31.n.31.& d.concl.20.n.16.

Mulier aduerſus inuentarium nullitèr factum non habet in integrum reſtitutionem, ibi.à num. 19. vſque ad finem.

Mulieri quando ſuccurratur per beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus non confectum inuentarium? ibi.n.24.

Mulier an habeat reſtitutionem aduerſus ſententiã. Vide verb. Minor habet.

Mulier differt à virgine,ibi.ſub n.27.

Mulier non poteſt renunciare beneficio Macedoniani in Regno,concl.33.n.21.

Mulier pro reſtitutione dotis habet actionẽ ex empto,dummodò dos ſit data æſtimata,concluſ.25. ſub num.20.

Multa tacitè permittũtur,quæ expreſſè prohibẽtur, concl.6.ſub n.21.

Munera grata ſunt Deo,concl.11.ſub n.1.

. . Placant homines,& iuſtitiæ curſum impediũt, concl.14.ſub n.14.

Mutans ſibi nomen in fraudem,in falſi pœnam incidit,concl.27.n.6.

N.

NAtura eſt prona ad malum, & terra malos homines producit, cum alijs ſcitu dignis, concl.12.n.1.

Neceſſitas,per quam quis poſſit dici legitimè inductus ad vendendum,quæ ſit.concl.25.n.14.

Neceſſitas non habet legem,ibi.n.15.

Neapolitana Ciuitas quomodò fuit tranſacta circà decimarum ſolutionem,concl.11.n.7.

Neapolitani,& Barones inquiſiti ex ſolo proceſſu informatiuo torqueri non poſſunt, concl. 19. ſub num.17.

Nemini licèt venire aduerſus factum proprium, concl.31.ſub n.20.

Nemo dat quod non habet,concl.8.ſub n.32.

. . Duplici onere grauandus eſt,concl.11.n.4.

. . Debet ſentire commodum ex actu,quem impugnat,quod remiſſiuè declaratur, concl. 40.n.10.

Nepos dicitur de generatione aui,concl.16.nu. 12.

. . Naſcitur in poteſtate aui,quando eius pater nõ eſt emancipatus,ibi.n.13.

Neptis nata in poteſtate aui,ab eo debet dotari, ibi. ſub eo.n.13.

No-

Digitized by Google

Nobilis ſupplicium eſt decapitatio,ignobilis ſuſpenſio,concl.2.n.40.

Nomen, HOMO, maſculum, & fœminam comprehendit,concl.27.n.1.

. . Mutare an licitum ſit hominibus? ibi.n.2.

. . Sibi mutans in fraudem,incidit in pœnam falſi, ibi.n.6.

. . Mutare an ſibi poſſit Notarius? Vide in verbo Notarius.

. . Officij eſt genericum, & omne comprehendit miniſterium,concl.30.ſub n.9.

Nomine,& cagnomine eodem plures nũcupari poſſunt,concl.27.n.4.

Nomina diuerſa nauibus imponens ad excuſandum eas ab auxilio Reip.qua pœna puniatur, & procedit etiam in mulionibus,quando dicunt mulas eſſe alienas,ne ſubſint publico auxilio,ibi.n.8.

Nomina particularia viuentium ad quid inuenta? d.concl.27.n.1.

Nominatio teſtium ſi cauilloſè fiat, quid agendum? concl.19.n.49.

Nominatus primo,cenſetur magis dilectus,concluſ. 26.n.6.

Non dicitur veniſſe qui non ſtetit, concl.5.n.3.

Notarius non poteſt mutare ſibi nomen,concluſ.27. num.7.

Notoriũ probationis vincit notorium præſumptionis,concl.4.ſub n.25.

Notorium facti quando dicatur? concl.36.n.23.

Nouandum nihil eſt lite pendente,concl.40.n.6.

Noxæ nomen comprehendit damnum,concluſ.24. num.26.

Nullitates intra quod tempus proponantur,& quãdo dicantur oppoſitæ per viam actionis,& quãdo per viam exceptionis,concl.5.n.5.

. . Principalitèr oppoſitæ per viam actionis ſententiæ,executionem impediunt,ibi.n.6.

. . Simul cum appellatione propoſitæ, quando dicantur adductæ principalitèr,& quando incidẽtèr? ibi.eo.n.6.

Nuncius referens citaſſe modo, & forma ſibi commiſſis,quomodò intelligitur facta citatio, domi, vel de perſona? concl.9.ſub n.7.

. . Quomodò debeat facere relationem in citatione? ibi.n.89.

Nurus non poteſt ſocerum vocare in iudicium,niſi prius veniam,ſiue licentiam obtineat, concl.17. num.13.

O.

OBlatio qualitèr fieri debeat Religioni,vel Capellæ,vt valeat? concl.21.n.13.

Oblatus an poſſit ſibi reſeruare proprietatem? ibid. & concl.29.n.9.

Oblatio ſolutionis verbalitèr facta an euitet rem, nè incidat in commiſſum,concl.22.n.17.

Oblatus,ſiue offertus verus nil poteſt poſſidere,cõcl. 29.n.6.

Oblatus,vt verè talis quis dicatur, quæ concurrere debent? ibi.n.7.

Oblatus,conuerſus,ſiuè offertus,aut tertiarius nemo dicitur,niſi profiteatur,& voueat vota religionis,ibi.n.8.

Oblatio, ſiue obſignatio extra iudicium creditori facta pecunias recipere recuſanti,eum in mora conſtituit,concl.37.n.15.

Oblatio, ſiuè obſignatio realis facta creditori in ſacculo impedit curſum vſurarum,ibi.n.20.

. . Sed quando eſt neceſſe,vt nondùm offeratur in ſacculo,ſed ab eo extrahatur,vt realis dici poſſit,ibi.n.21.

. . Et quid de oblatione reali,an etiam impediat vſuras? ibi.n.24.

Obligatio non cadit inter patrem,& filium,& quarè,concl.17.n.8.

Obligationes contractæ cum filijsfam. reijciuntur per exceptionem Macedoniani,concl.18.n.14. Sed limitatur,n.18.

Obligatio perſonalis non ſequitur fundi poſſeſſorẽ, concl.31.n.40.

Obſequium à liberis parentibus deberi demonſtratur,concl.17.n.1.

Obſequium,& reuerentiam præſtandam eſſe Officialibus affirmatur,concl.30.n.1.& ſeq.

Obſignatio in partem debiti non impedit curſum vſurarum,concl.37.n.6.

Occidi cum poſſint banniti, an occiſores peccent? concl.9.n.72.

Occidi an poſſint animalia dantia damnum? concl. 24.n.26.& 27.

Occiſi multi fuerunt,& occidunt ex cauſa honoris, concl.2.ſub n.51.

Odioſa diſpoſitio eſt reſtringenda, & fauorabilis amplianda,concl.19.n.21.

Offendens bannitum cancellatum à banno quando puniatur? concl.4.n.20.

Offendens Officialem in ſindicatu,ea pœna punitur, qua puniendus venit qui verum Officialem offendit,concl.14.n.43.

Officialis,qualitèr ſe debeat habere,& gerere in officio,concl.7.n.15.

Officiorum diſtributio in Regno aſſimilatur officijs olim Populi Romani,remiſſiue,concl.14.n.1.

Officialis quis eligi debeat? ibi.n.4.

. . A Principe electus in dubio videtur electus ob merita,ibid.

. . Ob merita electus debet honorari etiam ab ipſo eligente,ibi.

Officia vendi,vel emi prohibitum eſt ſub graui pœna,ibi.n.5.

Officialis priuſquam officij poſſeſſionem habeat,quæ iurare tenetur? ibi.n.6.

. . Prauus ſolet populis per Deũ permitti ob peccata prauorum,ibi.n.8.

. . Per annum tantum creari debet, ibi.num.10. & 11.

. . Sine cauſa non eſt remouendus durante officio, etiam à nouo terræ conductore,ibi.eod.n.11.

. . Inter cætera requiſita Deum debet timere, & mundas habere manus,ibi.n.13.

Digitized by Google

. . *Quę munera poſſit accipere? ibi.num.14.*

. . *In ingreſſu officij debet iurare de ſeruando loci conſuetudines,nam aliàs omnia ipſius acta ſunt nulla,ibi.n.17.*

. . *Quando ſindicatui ſtare non ſit obligatus? ibi. num.33.*

. . *Quo loco ſindicari debeat? ibi.n.34.*

. . *Parendo ſindicatui,non poteſt recedere à loco iudicij etiam ſi à Principe vocetur, ſed quomodò hoc intelligatur? ibi.n.35.*

. . *An durante officio conueniri poſſit? ibi. n. 36.*

. . *Si recedat negans parere ſindicatui,quid agendum? ibi.n.37.*

Officialis bona an ſint obligata pro mala adminiſtratione? ibi.n.39.

Officialis non habẽs in ære num corporalitèr ſit puniendus? ibi.ſub n.40.

. . *Debet reddere rationẽ de geſtis etiam tanquã Capitaneus ad guerram, ibi.n. 41.*

. . *In ſindicatu habetur vti perſona priuata, ità, & talitèr,quod nec minus poteſt arma deferre, ibi.n.42.*

. . *Sindicatu durante, ad aliud officium promoueri non poteſt, ibi.*

. . *Succeſſor an poſſit interuenire in ſindicatu prædeceſſoris? ibi.n.44.*

. . *Delinquens vti perſona priuata,à quo puniendus venit,à Barone originis, vel loci,in quo eſt delictum commiſſum? ibi.n.46.& 47.*

. . *In ſindicatu condemnatus, quamuis ſupplicet ad M.Curiam,non impedit ſententiæ executionẽ, ibi.n.55.*

. . *Quando poſſit de querelis portare victoriam, traditur cum duabus nouis deciſionibus, ibid.à n.58.vſque ad 61.*

. . *Eſt liberãdus ſtatim,quod querele non proponuntur tempore à iure præfixo,ibi.ſub n. 59.*

. . *Si rectè gubernauit,laude,& ſi malè, vituperio eſt dignus,ibi.n.62.*

. . *Non accuſatus in ſindicatu de crimine, poteſt etiam poſt obtentas literas liberatoriales per viam inquiſitionis quoque alibi accuſari,ibidem num.63.*

. . *An poſſit in eodem officio confirmari,ſi de pręterito non ſtetit ſindicatui,ibi.n.64.*

. . *Condemnatus in ſindicatu non poteſt amplius alia exercere officia,ibi.n.65.*

. . *In tranſitu debet ſalutari, & ei præſtari obſequium,concl.30.n.2.*

. . *Dicitur membrum Principis,ibi.n.3.*

Officiales ſunt neceſſarij, cum Princeps non poſſit omnibus ineſſe,ibi.n.4.

Officialium diſtributio,& diuiſio in Regno, ac eorum poteſtas demonſtratur,remiſs.ibi.

. . *Sunt honorandi, quamuis proterui videantur, & quarè? ibi.n. 5.*

. . *Honorari debent etiam ab ijs,qui eos elegerũt, ibi.n.6.*

. . *Debent habere ſalaria,ibi.ſub eod.n.6.*

. . *Baronum an dicantur membra Principis, ibid. ſub n.8.*

Officij nomen eſt genericum,& omne comprehendit miniſterium,ibi.ſub n.9.

. . *Sed qui ſub nomine Officialis in materia officij veniant? ibi.n.10.*

Officium Iudicis eſt curare,nè poſſeſſor lite pendente poſſeſſione priuetur,concl.40.n.4.

Onus probandi cui incumbat,actori,vel reo,quando inſtrumentum reperitur cancellatum, ſcilicèt quod eſt,vel non eſt debitum ſolutum, concl.4. num.24.

Opinio Roberti Marantæ cõtrà Bernard.Muſc. *circà iuramentum de calumnia fertur, concl. 6. n.23.Sed concordantur,ibi.*

Ordo iudiciarius omiſſus vitiat actũ, & reddit proceſſum nullum,ibi.n.24.

Oſculum,vel mammillarũ tactus eſt optima adulterij probatio,concl.2.n.20.

Oſcula ſunt incitamenta ad carnalem copulam,ibi. num.47.

Oſculari mulieres in Gallia de vrbanitate eſt,attento Regionis more,& de alijs,ibi.n.49.

Oſculans mulierem qua pœna puniatur in Regno? ibi.n.52.

P.

P*Actum non poteſt apponi in inſtrumentis, vt dos ad fratres reuertatur, ſi ſoror ſine liberis decedat,nec minus,vt ad maritũ pertineat poſt mortem vxoris,concl.13.n.46.*

. . *Contrà iuris diſpoſitionem non tenet,ibi. n.55.*

. . *De non ſuccedendo probatur valere per* deciſ. Cap.Tholoſ.*concl.18.n.19.*

. . *Vt donatio non poſſit reuocari etiam per actum ingratitudinis,non valet,concl.34.n.3.*

. . *Quod ampliatur,dato interueniat iuramentum, ibi.n.4.*

. . *De vendendo in inſtrumento adiectum in fauorem primi creditoris,an præiudicet ſecundo, cõcluſ.23.n.10.*

. . *Rumpit legem,concl.29.n.17.*

Pacta inita in cõtractu emphyteuſis ſeruari debent, concl.22.n.3.

Papa non poteſt diſponere,vt clericus recognoſcatur à ſeculari poteſtate. & ſi hoc faciat,diſpoſitio non valet,concl.31.n.28.

Paragium quid ſit,& quem locum retineat? concl. 13.n.38.

. . *Quando legitimam excedat,ibi.n.40.*

. . *An augeri,& minui poſſit,ibi.n.44.*

Paria ſunt aliquid non facere, quam non rectè facere,concl.14.ſub n.61.& concl.20.n.6.

Paria ſunt non eſſe,quam nullum eſſe,concl.31.num. 20.& concl.36.ſub n.28.

Parentibus à liberis debetur obſequium,concl. 17. num.1.

Parentes non poſſunt cogere filios ad matrimonia contrahenda,concl.28.n.8.

Pars promiſſionis factæ recipienda eſt,concl.37.num. 4.& 12.

Patria

Digitized by Google

Patria poteſtas eſt indiuiſibilis, concl. prima, n. 13.
Paternum eſt officium dotare filias, concl. 3. n. 18.
Patrimonia noſtra ſemper ſic dicuntur, donec viuimus, ſed poſt mortem in nomen hæreditatis, concluſ. 18. ſub n. 16.
Pater poteſt occidere filiam, & maritus vxorem adulterantes, ſed peccant, concl. 2. n. 46.
. . *An filiam dotare iterum teneatur, ſi primam dotem amiſit, concl. 13. n. 19.*
. . *Clericus tenetur dotare filiam, etiam de bonis occaſione Eccleſiæ quæſitis, ibi. n. 22.*
. . *De iure canonico filiam dotare tenetur, ibidem num. 23.*
. . *Tenetur dotare filiam, etiã ſi nubat ipſo inſcio, dummodò virum dignum ducat, ibi. n. 24.*
. . *Ad duo tenetur, ſcilicèt filiam maritare, & eã dotare, ibi. ſub eod. num.*
. . *Et filius pro vna habentur perſona, concl. 17. num. 9.*
. . *Grauatus onere 12. filiorum excuſatur à cũctis oneribus, concl. 27. n. 9.*
. . *An poſſit cogi in eius vita ad dandam filio legitimam, concl. 33. à n. 33. vſquè ad n. 39.*
. . *Si filio ſuo legitimam aſſignauerit, an poſſit illam reuocare, ibi. ſub iiſdem num.*
. . *Patris perſona ſemper ſancta debet videri filio, concl. 17. n. 1.*
Paupertas impedit caducitatem, & quæ ſit iſta paupertas, remiſſiuè ponitur, concl. 22. n. 16.
Paupertas legalem terminum currere non facit, concl. 23. n. 22.
Peccatum ſic eſt coniungere non coniungendos, quã ſeparare non ſeparandos, concl. 28. ſub n. 28.
Peccati finis mors eſt, concl. 19. ſub n. 4.
Pecunia ſoluta, in beneficium illius vadit, cuius nomine ſoluitur, concl. 37. ſub n. 14.
Pecunia dicitur in manu eſſe, quando in marſupio fertur, ibi. n. 20.
Pœna ſtupri quæ ſit de iure ciuili, & quæ de iure canonico, concl. 2. n. 33.
Pœna adulterij quæ de iure Diuino, quæ de iure Canonico, quæ de iure Ciuili, & quæ de iure Regni, ibi. num. 38.
Pœna oſculantium mulieres ſanguinis eſt, & ſufficit oſculum pro mortis pœna, ibi. nu. 52.
. . *Aduerſus concuſſorem quæ ſit, concl. 7. nu. 10. & ſeq.*
. . *Arbitraria quando dici poſſit? ibi. nu. 11.*
. . *Quadrupli in crimine concuſſionis, cui applicetur? ibi. nu. 13.*
. . *Quadrupli datur aduerſus Officiales de pecuniis extortis, concl. 14. nu. 52.*
. . *Non ſalutantis Officialem quæ ſit, concl. 30. num. 13.*
. . *Arbitraria tunc datur, quando à lege eſt expreſſa, ibi. nu. 14.*
. . *Periurij. Vide Periurij pœna.*
. . *Falſi quæ ſit, remiſſiuè concl. 15. nu. 16.*
. . *Quaſi falſi, ſiue aduerſus conſulentes falſum minor eſt pœna ordinaria falſi, ibi. ſub. eod. nu.*
Pœnalis diſpoſitio ſtrictè intelligi debet, concl. 3. num. 12.
Pœnalia non tranſeunt ad hæredes, concl. 10. num. 24.
Pœnitentia datur ſecundùm peccata, & imponitur membro peccanti, concl. 6. ſub nu. 66.
Percutiens clericum, à quò Iudice debeat puniri, Eccleſiaſtico, vel ſeculari? concl. 21. ſub nu. 5.
. . *Clericum ignotum non incidit in excommunicationem. ibi. nu. 23.*
. . *Clericum eſt ipſo facto excommunicatus, concl. 36. num. 2.*
Et ampliatur vſq; ad nu. 10.
. . *Clericum quibus in caſibus non incidat in excommunicationem? ibid. nu. 11. vſq; ad nu. 15.*
. . *Sacerdotem à quo ſit abſoluendus? ibi. nu. 16.*
. . *Clericum in quibus caſibus poſſit abſolui ab Ordinario. Vide in verb. Abſolui.*
Percuſſio grauis quando dicatur, ibi. num. 17. & ſeq.
Percuſſio grauis eſt alapa. Vide in ver. Alapa.
Periculum facti depoſiti de mandato Curiæ, quando creditor recuſat recipere obſignatum creditum, ad ipſum creditorem, & non ad debitorem ſpectat, concl. 37. nu. 18.
Periurij pœna extraordinaria eſt, concl. 6. num. 33. & num. 58.
. . *Pœna remittitur in arbitrium Iudicis, ibid. num. 34.*
Periurii crimen mixtum eſt, & ab vtroq; Iudice poteſt puniri. ibi. nu. 57.
Periuria multipliciter committuntur, ibi. nu. 58.
Periurij pœna remiſſiuè traditur, & quomodò puniatur clericus periurus, etiam remiſſiuè. concl. 31. num. 18.
Periurus Deum habet vltorem, concl. 6. nu. 34.
. . *Efficitur infamis, ibi. nu. 36.*
. . *Sine aliqua denunciatione puniri poteſt, ibi. num. 37.*
. . *Quando non puniatur pœna periurij, opponendo calumnias contra iuramentum calumnioſè non agere? ibi. nu. 43.*
. . *Dicitur etiam ille, qui non ſoluit tempore legitimo, vel qui impetrat abſolutionem à iuramẽto tempore, quo eam non petere iurauit, ibidem num. 59.*
. . *Propter iuramentum de calumnia eſt puniendus pœna periurij, ſed quomodò amplictur, ibid. ſub eod. n. 59.*
. . *An poſſit abſolui à iuramento poſt contrauentionem? concl. 34. n. 20.*
Periuri ob non obtentam abſolutionem à iuramento excluduntur à petitione cauſæ, ſuper qua iurarunt, nec amplius poſſunt abſolui, concl. 18. num. 24.
. . *Sic dicuntur qui frangunt fidem, ſicut qui veniunt aduerſus iuramentum, concl. 31. n. 17.*
Permutationis contractus quomodò differat ab emptione, & venditione, concl. 25. ſub n. 5.
Perſona Eccleſiaſtica tempore neceſſitatis non

ſunt

Digitized by Google

ſunt immunes à Reip. auxilio, concl. 27. n. 10.
Perſonalis obligatio nō ſequitur fundi poſſeſſorem, concl. 31. n. 40.
Pignore ſi creditor vtatur, furti actione tenetur, concl. 10. n. 13.
Pignoratis pluribus bonis, non poſſunt reſtitui, niſi omnium fuerint quantitates oblatæ, concl. 37. num. 8.
Porci quarè potius, quam reliqua animalia in damno occidi poſſint? concl. 24. ſub n. 28.
Poſſeſſio officiorum quot modis per officiales capi poſſit? concl. 14. n. 18.
Poſſeſſio clandeſtinè adepta non poteſt poſſeſſio nūcupari, nec poſſeſſori prodeſt, concl. 31. n. 33.
Poſſeſſor clandeſtinus ſi moleſtatur à priore ius in re habente, non habet interdictum retinendæ, ibi. num. 34.
Poſſeſſor, ſiuè iuſtus, ſiuè iniuſtus ſit, non debet de facto ab aliquo moleſtari, ſi aduerſus poſſeſſionē prætenſiones habeat, ſed debet via iuris conueniri, ibi. n. 37.
Poſſeſſor lite pendente in poſſeſſione eſt manutenendus, concl. 40. n. 3. & 5.
Poſſidere cenſitor quomodo dicatur? ibi. n. 9.
Poſterior creditor quando eſt in poſſeſſione præfertur primo, ſed quomodò hoc intelligatur? concl. 31. n. 22. & 42.
Pragm. 7. de falſis contrà quos habeat locum in Regno? concl. 10. ſub n. 10.
Pragmatica nouiſſimè emanata, vulgò dicta, dell'vno à cenro, quæ vult, vt vnū pro centenario ſoluatur de omnibus cōtractibus, & præcipuè in permutatione, & in dote, de qua permutatione, & de qua dote intelligi debeat? concl. 25. num. 11. 12. & 23.
Pragmatica prima ſub rub. de arbitr. declaratur, concl. 38. ſub n. 7.
Praxis in materia adulterij ponitur, hoc eſt, quæ teneatur Iudex in hoc delicto probare, vt adulterium dicatur, concl. 2. n. 10.
Praxis traditur circà contumacem, vt bannitus reputetur, concl. 9. ſub n. 11.
Praxis quæ erit, vt contumax pro confeſſo habeatur, concl. 9. n. 33.
Praxis quæ ſeruanda eſt, quando à ſorore petitur dos, vel legitima per fratrem præſtanda, concl. 12. n. 11.
Praxis quæ circà contumacis torturam, concluſ. 9. num. 49.
Praxis quæ ſit circà electionem Arbitrorū, concl. 38. n. 13.
Praxis circà verificationem confeſſionis factæ in tormentis ponitur, concl. 19. n. 36.
Preces importunæ ſufficiunt ad inducēdum metum, concl. 28. n. 12.
Prælati delictum non nocet Eccleſiæ, concl. 34. ſub n. 5.
Præſentatæ ſcripturarum in actis quomodò fieri debeāt, nè inducant nullitatem? concl. 14. n. 60. & 61.
Præſumitur quis talis, qualis in habitu reperitur, concl. 21. n. 17.
Præſumptiones, quando res eſt difficilis probationis admittuntur in S. R. C. & per eas iudicant Domini Conſiliarij, concl. 2. n. 22.
Præſumptionis natura eſt, vt admittat probationē in contrarium, concl. 4. n. 25.
Præſumptio ſolutionis, quæ oritur ex cancellatione ſcripturæ non ſufficit pro liberatione debitoris, ibi. ſub n. 26.
Præſumptio bona ſufficit ad excuſandum aliquem de falſo, concl. 15. n. 10.
Præſumptio per præſumptionem eliditur, ſecus autem probatio, nam eſt neceſſe, vt per probationes tollatur, ibi. n. 21.
Præuentioni hodie locum eſſe circà punitionem delinquentis inter Iudicem originis, & iuriſdictionis affirmatur, concl. 21. n. 9.
Præuentio qualis debeat eſſe, ad hoc vt Iudex poſſit inquiſitum punire? ibid. ſub eod. num. 9.
Primicerius an ne aliquam retineat dignitatem, & de eius ethymologia, concl. 36. n. 18.
Prima tonſura an ſit ordo? concl. 36. n. 4. & ſeq.
Primitiæ, ſiue decimæ debentur Deo in ſignum vniuerſalis dominij, concl. 11. n. 2. & 8.
Primus nominatus cenſetur magis dilectus, concluſ. 26. n. 6.
Princeps dicitur mare, & qui ab eo eliguntur flumina nuncupari poſſunt, concl. 30. ſub n. 3.
Prior in tempore dicitur potior in iure, quod procedit tàm in pignore, quàm in hypotheca, tàm in priuato, quàm in Republica, concl. 31. n. 2.
Prioritas, ſiuè prælatio datur etiam per horam, ibi.
Priuilegium in corpore iuris inſertū quod, & quod non inſertum dicatur, concl. 27. ſub n. 8.
Probandi onus cui incumbat, actori, vel reo, quando ex cancellatione ſcripturæ eſt, vel non eſt debitum ſolutum, concl. 4. n. 24.
Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores, concl. 2. n. 13. & concl. 9. n. 39.
Probatio clericatus, vel oblationis, quando clericus, vel oblatus eſt inquiſitus in Curia ſeculari, coram ea, à qua petitur remiſſio fieri debet, concluſ. 21. n. 14.
Probatio in contrarium admittitur aduerſus iuramentum, quod defertur pro damni probatione, concl. 24. n. 22.
Probationes de nouo inuentæ admittuntur in cauſa poſt concluſionem, concl. 35. n. 11.
Proceſſus compilatus contrà adulteram, non nocet adulteranti, & condennata adultera, adulter nō poteſt dici condennatus, concl. 2. n. 55.
Proclama, vel edictum ſufficit vice intimationis, & quarè permittatur, concl. 9. n. 60. & 61.
Procurator poteſt iurare de calumnia, ſed quomodò, concl. 6. n. 9.
. . Quando non admittatur ad reorum defenſam? concl. 9. n. 26.
. . Admittitur pro inquiſito carcerato, dato, quod pro delicto veniat imponenda pœna corporis afflictiua, ib. n. 27.

. . Non

. . *Non præfertur principali, ſed ipſo minor eſt, concl.31.n.9.*

. . *Habens generale mandatum non poteſt ſe intromittere in his, quæ ſpeciale requirunt, ibidem num.11.*

. . *Debet habere rata, & firma geſta per principalem, ibi.n.13.*

. . *Debet facere meliorem, & non deteriorem Domini conditionem, ibi.n.14.*

. . *Promittens pluſquàm debet, non poteſt, nec eſt ad promiſſa obligatus, ibi.n.15.*

Procuratores in litem hodie potius iurant de calumnia committenda, quàm ea euitanda, concl. 6.n.16.

Procuratores tempore approbationis in S. R. C. ad exercendum procuratoris officium, quomodò iurent, ibi.n.41.

Procuratores ſi duo ſint à Domino inſtituti, vnus non poteſt agere aduerſus alterum, concluſ. 31. num.13.

Prodigus qui, & an ei bona interdici poſſint? concl. 12.n.12.

Proditorium homicidium grauiſſimum eſt, & de alijs de proditore traditis, concl.19.n.24.

Proditor quis? ib.ſub eod.num.

Proditoriè delinquens non gaudet immunitate Eccleſiæ, ibi.n.25.

Et quid de homicida voluntario? ibi.

Proditorium non includitur in generali diſpoſitione gratiarum, ibi.n.26.

Proditorium eſt de enormibus, ibi.n.27.

Proreges Cardinales eſſe poſſunt, concl. 14.n.21.

Prorogatio termini reo conceſſi ad defendendum non datur, concl.19.n.48.

Promiſſio de vendendo habet eandem vim, vt eſſet venditio, & reſpondetur contrarium affirmantibus, remiſſiuè, concl.31.n.7.

Promiſſio qualibet largo modo dicitur fides, & obligat, vt eſſet verè iuramentum, ſed quando, ibi.n.16.

Pupillaris ſubſtitutio quid ſit, et quomodò introducta, concl.32.n.3.& 4.

. . *Fuit conſuetudine inuenta priuſquàm Roma fieret, ibi.n.5.*

. . *Vt fieri poſſit, eſt neceſſe, vt inſtitutus ſit in poteſtate teſtantis, ibi.n.6.*

. . *Quibus, & à quibus fieri poſſit, remiſſiuè, ibid. num.10.*

. . *Expreſſa tacitam in ſe vulgarem continet, ibi. num.12.*

. . *Dicitur, ſi pater ſic diſponat, inſtituo filiũ meũ pupillum, & poſt mortem ſuam ſine liberis ſuccedat talis, ibi.n.15.*

. . *Poteſt fieri filio exhæredato, ibi.n.16.*

. . *An excludat matrem etiam à legitima? concl. 33.à n.48.ad finem.*

. . *Quomodò concipiatur, ibid.n.49.*

. . *Dicitur teſtamentum patris, & teſtamentum filij, ibi.ſub n.50.*

. . *Et in conſcientia excludit matrem à legitima, ibi.n.51.*

Pupillaris tacita ſub vulgari expreſſa contenta nõ excludit matrem, ibi.n.52.

Pupillaris tacita quando matrem excludere videatur? ibi.n.54.

Pupillaritèr ſubſtituere emancipato filio prohibitum eſt, concl.32.ſub n.6.

Pupillaris ſubſtitutionis effectus plures, remiſſiuè, ibi.n.11.

Pupillaris ſubſtitutionis non eſt de eſſentia, vt pupillus ſit hæres, ibi.ſub num.16.

Q

QVarta legitima an diminutis bonis diminuatur, & quid de falcidia, remiſſiuè, concl. 33. num.31.

Quaſi poſſeſſio per vnicam cenſus ſolutionem acquiritur, concl.40.n.7.

Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, concl.20.ſub n.13.

Quæ ſingula non proſunt, multa collecta iuuant, cõcluſ.28.num.20.

Querela contra Officialem intra quod tempus proponenda, & diſcutienda, concl.14.n.29.

Querelæ contra Officiales ex quo capite poſſint reijci, nouiſſimè oſtenditur cum duabus deciſionibus, ibi.à n.58.vſq; ad 61.

Querela inofficioſi ceſſat aduerſus teſtamentum patris ſi legitimam filio relinquat, concl.33. n.4.

. . *Sed ſi legitima non ſit iuſta, quid agendum? ibi.eod.num.*

Querela inofficioſi datur etiam parentibus contrà filiorum teſtamenta, quando (non exiſtentibus deſcendentibus) eis legitima non relinquitur, ib. num.7.

Querela inofficioſi quare non poſſit proponi à matre excluſa à legitima per pupillarem expreſſã? ibid.num.50.

Qui ſentit commodum, debet ſentire incommodum, concl.13.ſub n.29.

Qui prior eſt in tempore, potior eſt in iure. Vide in ver.Prior.

Quilibet rei ſuæ eſt moderator, & arbiter, concluſ. 18.num.11.& concl.33.n.18.

Quilibet bonus, & non malus cenſetur in dubio, cõcluſ.24.n.19.& concl.29.n.12.

Quilibet tenetur ſcire leges, concl.31.ſub n.30.

Quis talis præſumitur, in quali habitu reperitur, cõcluſ.21.n.17.& concl.29.n.10.

Quod eſt impoſſibile ſecundùm naturam, eſt impoſſibile ſecundùm legis diſpoſitionem, concluſ. 1. num.11.

Quod quis non diligit, facillimè contemnit, concluſ. 28.num.18.

Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, concl. 13. ſub n.29.& concl.28.n.1.

R.

RAtificatio confeſſionis facta ad torturã qualitèr fiat? concl.19.n.36.

Re-

Receptatio bannitorum prohibita eſt,concl.9.n.69.
Receptator rerum furtiuarum, furti actione tenetur,concl.10.n.18.
. . Licèt ex receptatione tantùm non poſſit condẽnari,tamen conuincitur ad torturam,ibi.
Regentes à latere,Præſidentes Reg. Cam. Sum. & Conſiliarij S.R.C.quomodò ſindicentur,concluſ. 14.n.33.
Regiæ Audientiæ Prouinciales an poſſint cognoſcere,ſiue ſindicare Capitaneos,ibi.remiſſ. n.54.
Reclamatio,quæ datur à ſententijs S.R.C. non impedit ſententiæ executionem,ibi.n.57.
Recognitio ſcripturarum, vbi, & quando fieri debeat? concl.31.n.39.
Religioſi profeſſionis tempore ſolent ſibi mutare nomina,concl.27.n.30.
. . Quãdo teſtari debeãt,& poſſint?concl.29.n.1.
. . Sine profeſſione non gaudent Religionis priuilegijs,ibi.ſub n.8.
Relatio nunciorum in citatione quomodò fieri debeat,concl.9. n. 69.
Religio Cappucinorum non poteſt poſſidere in communi,concl.8.n.25.
Religiones quæ ſint,quæ in communi poſſunt poſſidere? ibi.ſub n.20.
Referenti non eſt credendum, quando relata non ſunt vera,concl.17.ſub n.14.
Reip. intereſt,mulieres eſſe dotatas,concl.13.n.17.
Remota cauſa,remouetur effectus,concl.31.nu.23.
Renunciatio vxoris facta per virum ob adulteriũ non diſſoluit matrimonium,concl.2.n.25.
Renunciatio facta per filiam paternæ ſucceſſionis quando valet,concl.18.à n.20.vſq; ad finem.
Renunciatio facta per filiam paternæ hæreditati, quando eſt congruentèr dotata,etiam feudo dicitur renunciaſſe,ibi.n.22.
Renunciatio filiæ quando procedere poſſit, remiſſiuè,ibi.n.25.
Renunciare quilibet poteſt ſuo beneficio,concl.33. num.34.
Renunciatio filiæ hæreditati paternæ per metum non valet,concl.34.n.13.
Repulſa teſtium an poſſit opponi poſt publicationẽ? concl.6.n.31.
Rerum materia debet tractari ſub titulo congruenti,concl.18.ſub n.25.
Res dotalis licèt non poſſit alienari, tamen poteſt permutari,concl.25.n 7.
Res vendita,& non tradita,peti non poteſt ab emptore,niſi pretium ſit integrè ſolutum,concl.37. num.7.
Res plures pigneratæ non poſſunt reſtitui,niſi quantitates omnium fuerint ſatisfactæ,ibi.n.8.
Reſoluto iure datoris,reſoluitur ius acceptoris,concluſ.19.n.19.
Reſp. Eccleſia,& minor qualitèr petere poſſint reuocationem ſententiæ per inſtrumenta nouitèr reperta,& intrà quod tempus,concl.35.ſub n.8. & ſeq.
Reſtitutio in integrum,quæ datur minori aduerſus ſententiam non datur mulieri,concl. 20.n.25.
Res tranſit cum onere ſuo,concl.23.n.2.
Reſtitutio rei ſubtractæ an impediat,nè quis conueniatur furti actione? concl.10.n.9.
Reuerentia, & obſequium Officialibus debet præſtari,concl.30.n.1.& ſeqq.
Reus vbi eſt ſuſpendendus,& ſi laqueus rumpatur, an iterum ſuſpendi debeat? concl.9.n.93.
. . Non poteſt renunciare defenſionibus, cõcl.19. num.9.
. . Defenſiones petens,non poteſt condemnari, ſi prius illæ non concedantur,ibi.ſub n.10.
. . Per indicia indubitata conuictus poteſt condemnari,ibi.n.38.
. . Conuictus quomodò ſit torquendus,praxis demonſtrat,ibi.n.42.
. . Si vtatur incantationibus quando apponitur in tortura,quid agendum? ibi.n.51.
. . Abſolutus ab vno Iudice,vel iuriſdictionis,vel originis pro eodem crimine,ab altero non poteſt vexari,concl.21.n.11.
. . In exceptionibus ſuis dicitur actor,cõcl.5.n.6.
Rigor ſcriptus præfertur æquitati non ſcriptæ, concluſ.20.n.26.
Ritus M. C. Vicariæ ab alijs Curijs inferioribus etiam debent obſeruari,concl.19.n.22.
Robertus Maranta aduerſatur Berardino Muſcatello circa iuramentum de calumnia, concl. 6.n.15.Sed concordantur,n.22.

S.

Sacerdos non conficit Sacramentum, ſi non habeat talem intentionem,& voluntatẽ. Vide in ver.infra Sacramenta.
Sacramenta an poſſint denegari decimam non ſoluentibus,concl.11.ſub n.9.
Sacramenta non fiunt ſine voluntate, & conſenſu Miniſtri, ſed quomodò conſenſus in hoc requiratur? concl.28.n.17.
Sacrum R.C.ad expenſas partes victas non cõdemnat,concl.6.n.52.
. . Profert ſentẽtiam auditis partibus,cõcl.9.n.3.
. . Laudatur,& eius praxis ponitur circà vẽditionem rerum ad inſtantiã creditorũ,cõcl.23.n.14.
Salaria debent dari Officialibus,ſecus autẽ Actuarijs,concl.30.n.6.& 11.
Salutare Officialẽ trãſeuntẽ cuncti tenentur,ib.n.2.
Sãguis interfectorum vindictam clamat apud Deũ, concl.19.n.5.
Scholares quomodò iurent tempore Doctoratus, concl.6.ſub n.41.
Scipio Rouitus laudabilis memoriæ Regẽs adducitur in duobus locis ſibi cõtrarius,cõcl.19.n.17.
Scire leges quilibet tenetur,concl.31.ſub n.30.
Scriptura trino teſte notata publica dicitur,& præfertur inſtrumento,ſi prior ſit, & procedit aduerſus tertium,etiã in hypotheca,concl.31.n.4.
Scripturarum appellatione veniunt tàm publicæ, quàm priuatæ,ibi.n.8.
Scripturarum recognitio,vbi,& quando eſt facienda,ibi.n.39.

Scrip-

I N D E X.

Scripturæ, quæ poſt concluſionem poſſunt præſentari, quæ ſint, concl.35.n.11.

Scripturæ priuatæ ſi producantur poſt ſententiam, eam non retractant, concl.5.nu.14.

Secreta, quibus vtuntur torquendi; & ſecreta, quæ dantur aduerſus eorum ſortilegia, remiſſiuè ponuntur, concl.19.nu.51.

Secundus emptor quando primo præferatur? concl. 31.nu.21.

Secundus habet ius offerendi aduerſus primum creditorem, concl.23.nu.1.

Senectus eſt ueneranda, concl. 6.ſub nu.60. ſed non ità idonea ſtudijs, ſicut iuuentus, concl.21.n. 12.

Sequeſtrum fieri in principio litis iure prohibetur, dato procedatur per viã poſſeſſorij ſummariſſimi, concl.31.nu.42.

Sententia exequitur etiam contrà tertium poſſeſſorem rei litigioſæ; ſed quomodò limitetur, concl.3. num. 9.

. . Prolata contrà caſum legis, vel contrà ſtilum eſt nulla, ibi.nu.28.

. . Iudicis delegati, vel Arbitri exequitur per Iudicem ordinarium, & quare, concl.6.nu.27.

. . Arbitraria neminem grauat.ibi.nu.65.

. . Simpliciter prolata contrà hæredes defuncti correi, exequitur pro rata; ſed quando, ibid. ſub num.71.

. . Simpliciter prolata contrà correos, intelligitur pro rata, & non inſolidum, ibi.nu.72.

. . Lata cum dictione, inſolidum, pro tota quantitate, contrà quemlibet obligatum exequitur, ibi.num.73.

. . Non valet, niſi citatio, ſiue monitio præcedat. concl.9.ſub nu.7.

. . Vt aduerſus contumacem teneat, quæ requirantur? ibi.nu.9.

. . Quæ virtute contumaciæ profertur, non eſt in ea aliqua monitio neceſſaria, ibid. num. 11. 12. 13. & 14.

. . Poteſt proferri aduerſus contumacem per edictum ſine aliqua citatione, ibi.nu.12.

. . Poteſt in fauorem abſentis proferri, ibi.nu.17.

. . Aduerſus mortuum lata, nulla eſt, ibi.nu.20.

. . Aduerſus reum conuictum, & confeſſum, & non renunciantem ſuis defenſionibus, valet ſi proferatur, concl.19.nu.10.

. . Idiotæ ſine conſilio Aſſeſſoris nulla eſt, concl. 31.nu.24.& concl.5.nu.15.

. . Finem litibus imponit, concl.35.nu.1.

. . Regulariter non retractatur ſub prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum, ibi.nu.3.

. . Tranſacta in rem iudicatam pro veritate habetur, & nigrum facit album, & falſum verum, concl.35.nu.6.

. . In quibus caſibus, & quando retractetur per inſtrumenta nouiter reperta.ibi.nu. 8. & 12.

. . Poteſt retractari prætextu inſtrumenti nouiter reperti cum iuſta cauſa, concl.35.num.9.

. . An retractetur per nouos repertos teſtes? ibi. nu.13.14.& 15.

. . Quando tranſeat in rem iudicatam? concl. 5. num. 4.

. . Quando fecit tranſitum in rem iudicatam, non eſt neceſſaria actorum productio, cum proceſſus præſumatur rectè factus, tàm circa ordinem iudicij, quàm iuſtitiæ.ibi.nu.7.

. . Lata contrà plures; ſi aduerſus omnes non poteſt exequi, ſi eſt diuiſibilis exequitur contrà quos poteſt, ibi.nu.11.

. . Tranſacta in rem iudicatam eſt exequenda ſine reuiſione ex iiſdem actis, ibi.nu.12.

. . Non poteſt reuideri ex iiſdem actis, niſi per S.C. ſed an hodie vigeat talis prærogatiua? ibi.n.13.

. . Lata à Iudice poſt ſui officij reuocationem non valet, ibi.nu.15.

Sindicatores electi ab Vniuerſitate sũt Iudices idonei, & competentes ad ſindicandum, ac habent merum, & mixtum imperium, concl. 14.nu. 48.

. . Debent iudicare cum conſilio Doctoris vicinioris Oppidi, ibi.ſub eo.nu.48.

. . An ſint Iudices ordinarij, vel delegati, contenditur, ibi.nu.49.

. . Quarè ſint introducti à iure? ibi.ſub eo.nu.

. . Poſſint nè exequi facere eorum ſententiam? ibi. num.51.

. . Non poſſunt procedere ad ſententiam mortis, vel mẽbri mutilationem contrà ſindicandum; ſed quæ ſit in hoc praxis? ibi.nu.52.

Sindicatui parere qui teneantur? ibi. n.31.

Sindicatus noua traditur definitio, ibi.nu.27.

Sindicatus eſt de omni iure introductus, ibi. nu. 23. 24.25.& 26.

Sindicatus tempus quod ſit à iure ſtatutum? ibid. ſub.nu.29.

Singula ſi non proſunt, multa collecta iuuant, concl. 2.nu.14.& concluſ.20.ſub nu.20.

Socius in crimine non probat aduerſus correum, ibi. num. 28.

Socij criminis depoſitio quando ſufficiat ad torturam contrà ſocios? concl.19.nu.37.

Sollemnitas à iure introducta, ſi omittatur, vitiat actum, concl.6.nu.20.

Sollemnitates, quæ interueniunt in contractibus, & in diſtractibus etiam interuenire debent, concl.4. ſub num.11.

Soluere an poſſit extraneus pecuniam ab altero debitam inſcio debitore, & an debitor ſit per talem ſolutionem liberatus, concl.37.ſub.nu.14.

Soluta pecunia, in beneficium eius vadit, cuius nomine ſoluitur, ibi.eod.nu.14.

Solutio non integra, ſed diuiſa multa parit incommoda, ibi.nu.9.

Solutionẽ decimarum negantes, Dei denegant dominium, concl.11.nu.8.

Solutio decimarum ſi fiat, multa bona producit, ſi verò non, multa mala, ibi.nu.9

Solutione eius, quod debetur omnis tollitur obligatio, concl.13.nu.53.

Solutio non integra caducitatem non euadit, concl. 22.num.15.

Solutio exnonis per quem ſit probāda? ib.ſub n. 18.
Solutionem an induat linea appoſita in ſcriptura, concl.4.nu.13.
Sorores non dotatæ à fratre æqualitèr cum eo in bonis patris ſuccedunt, concl.13.nu.35.& 47.
Sponſa ſi ſponſum de præſenti decipiat, habendo rem eum alio, an dicatur adulterium, & per conſequens poſſit de eo accuſari? concluſ.2.nu.9.
Statutum diſponens, quod poſſit bannitus occidi, an valeat? concl.9.nu.73.
Et quid ſi bannitus eſt clericus.
. . An poſſit diſponere, vt contumax habeatur pro confeſſo? ibi.nu.43.
Statuto mandante, vt bannitus poſſit impune occidi, de quo bannito intelligatur? ibi.nu.81.
Statutum diſponens, vt fur ſuſpendatur, non comprehendit hæreditatis expilatorem, concl.10. num.33.
. . Diſponens, quod pro contributione fiſcalium ſoluatur quarta pars fructuum; iſta debetur vlla expenſarum facta deductione, concl.11.nu.25.
. . Prohibendo aliquid fieri per verbum negatiuū, non dum inducit pœnam, ſed etiam actus nullitatem, concl.14.nu.61.
. . Tollens defenſiones non valet, concl. 19.ſub num. 6.
. . Hoc viget Mediolani, vt ſtetur iuramento eius, cui defertur, concl.24.nu.16.
. . Viget in Regno noſtro, vt ſtetur iuramento iurātis in materia de damnis datis, ibi.nu.17.
. . Et conſuetudo an poſſint inducere, vt aliquis pro alio teſtetur, concl.32.ſub nu.5.
. . An poſſit diſponere, nè filio detur legitima? concl.33.nu.41.
. . In Regno de Arbitris non corrigit ius commune, concl.38.nu.8.
. . Cum loquatur in poſſeſſione; habet etiam locum in quaſi poſſeſſione, concl.40.nu.5.
Statuta, ſeu iura municipalia, ius ciuile dicuntur, concl.33.nu.42.
. . Strictè ſunt interpretanda, concl.15.nu.22.
Stipulatio, ꝙ dos reuertatur ad fratres, ſi ſoror ſine liberis deceſſerit, vel quod ſpectet ad virum poſt vxoris mortem, non tenet, concl.35.nu.45.
Stipulationis conditionis ſpecies tranſmittitur ad hæredes, concl.8.nu.30.
Studia hortatur Imperator Iuſtinianus ad Reip. vtilitatem, concl.14.nu.2.
Stuprum cum quibus committatur, & quæ ſit eius pœna de iure ciuili, & quæ de iure canonico? cōcluſ.2.nu.31.& 33.
Stilus, & conſuetudo pro lege habentur, & ab omnibus debent ſeruari, & præcipuè à Capitaneis. concl.3.nu.27.
Subrogatus ſapit naturam eius, in cuius locum fuit facta ſubrogatio, concl.13.ſub.nu.14.
Subſtitutio poteſt fieri nōdùm in inſtitutionibus, verumetiam & in legatis, fideicommiſſis, & mortis cauſa donationibus, concl.8.nu.37.
Subſtitutio pupillaris. Vide in ver. Pupillaris ſubſtitutio.
Subſtitutio vulgaris. Vide in ver. Vulgaris ſubſtitutio.
Subſtitutus inſtituto ſi ſine liberis decedat, an ſi alicuius religionis habitum ſumat, ſuccedat per eius mortem ciuilem? concl.8.à nu.2.vſq; ad nu.27.
. . Excluditur nōdùm ſi hæres fiat Monachus, ſed etiam ſi fiat clericus, ſed quæ ad hoc requirantur? ibi.nu.12.
. . An per monaſterium excludatur? ibi. nu.24. & 26.
. . Non tranſmittit ad ſucceſſores, dato ſit de ſanguine teſtatoris, quando conditio appoſita non eſt adimpleta.ibi.nu.36.
. . Pupillaritèr ſuccedit in omnibus bonis pupilli, nondùm paternis, ſed etiam aliundè quæſitis, concl.32.nu.13.
. . Pupillaritèr nondùm extraneos, at etiam matrem excludit, ibi.nu.14.
Subtractor rerum hęreditatis ſi conueniatur, an poſſit per Procuratorem comparere? concl.10.n.7.
Succedunt maſculi in Regno fœminis excluſis, ſed cum onere eas dotandi, concl.12.nu.5.
Succeſſionis prima cauſa ab inteſtato eſt deſcendentium, ſecunda aſcendentium, & tertia collateralium, concl.32.nu.17.
Sues, quare potius, quam alia animantia in damno occidi poſſint? concl.24.ſub nu.28.
Summariæ ſūt omnes cauſę in Regno, ità & talitèr, quod etiam ab articulis poſſunt habere principium, concl.6.ſub nu.6.
Supplicatio non impedit curſum ſententiæ, ſed appellatio ſic, concl.14. ſub nu. 55. quod declaratur, num.56.
Suſpecti quando poſſint Iudices allegari, & depoſito non facto, concl.38.nu.14.
Suſpitio carnalis copulæ cum conſanguinea, tàm ex parte maſculi, quàm fœminæ quando ſufficiat ad annullandum matrimonium, concl.2.nu.26.
Suſpendendus eſt reus in loco patrati delicti, & quid ſi laqueus rumpatur, iterum ſuſpendi debeat? concl.9.nu.93.

T

TActus mammillarum, aut oſculum eſt optima probatio adulterij, concl.2.num.20.
Talis quis præſumitur in quali habitu reperitur, concl.29.nu.10.
Temerè litigantes debent ad expenſas condemnari. concl.6.ſub nu.45.
Temerè appellantes poſſunt arbitrariè puniri, ibid. num.64.
Tempus, quod conceditur in ſindicatu Officialium, quantum ſit? concl.14.ſub nu.29.
Termino cōceſſo ad examinādos teſtes, ſi petens ea nō vtatur, quomodò puniatur, concl.6.ſub n. 55.
Terminus in materia ſindicatus currit de momento ad momentum, ibi.nu.59.
Termino elapſo ad defenſionem reorum conceſſo amplius non prorogatur, concl.19.nu.48.
Terminum iuris paupertas currere non facit, concl. 23.num.22.

Ter-

Tertiaria vltima prouentuum nō debet ſolui Capitaneis pro eorum prouiſione, ſed debet retineri vſq; dum non paruerit ſindicatui,& quarè,cōcl. 14.num.40.
Teſtamentum patris an ſit nullum, quādo filijs ſubſtituit extraneos,nulla mentione facta de filiabus maritatis,concl.13.ſub nu.32.
Teſtamentum quid ſit? concl.18.nu.3.
Teſtamentum filijfamilias valet,quando eſt miles, dato quod in eo legitima parentibus non relinquatur,concl.33.nu.13.
Teſtator præſumitur diligere Monaſterium non minus,quam filios hæredis,concl.8.nu.8.
Teſtatoris voluntas facit legem, concl. 12.n.5.& concl.8.nu.37.
Teſtatoris mens potiùs, quàm verba ſunt attendenda,concl.16.ſub nu.3.
. . Voluntas contrà legem non tenet,ibi.nu.4.
. . Diſpoſitio ad mentem legis eſt deferēda,ib.n.7.
. . Diſpoſitio facit legem,ſed quando,ibi.nu. 8.
. . Voluntas dubia eſt intelligenda, vt magis veriſimilis eſſe poſſit,concl.26.nu.4.
. . Verba ſunt intelligenda, vt aliquid operentur. concl.39.nu.3.
Teſtator præſumitur plus diligere hæredem,quam legatarium,concl.26.nu.5.
. . Præſumitur minus,quam ſit poſſibile velle grauare ſuum hæredem,ibi.nu.9.
. . Præſumitur velle,vt id faciat ſuus hæres, quod ipſe erat facturus,ibi.ſub.eo.nu.
. . Legans rem,in qua aliquod ius habet,illud ius videtur legare;& non totā rem,concl.26.nu.11.
. . Bis legans rem ſuā,ſemel ab hærede debetur,ib.
Teſtes quando dicantur ſingulares, remiſſiuè. concl. 2.num.14.
Et iſti an plenè probent,concl.9.nu.92.
Teſtes recipi non debent,ſi prius non iurant de veritate dicenda,concl.6.nu.42.
Teſtes affirmantes,matrimonium eſſe libere contractum,ſunt ſuſpecti de falſo,& de falſo poſſunt inculpari,concl.28.ſub nu.23.
Teſtes multoties corrupti, falſa atteſtantur, concl. 35.ſub nu.14.
Teſtis vnus ſi de metu depoſat,ſufficit ad inualidandum matrimonium,concl.28.nu.21.
Teſtium nominatio ſi calumnioſè fiat, quid agēdum? concl.19.nu.49.
Tex.in l.3.ff.de duobus reis, & l. primæ,C.eod. non ſunt hodie in obſeruantia,concl.6.ſub.n. 70.
Tex.in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,ff.de lib.& poſth.qualitèr intelligatur,concl.8.nu.21.
Tex.in l.vnica, C.antè apertas tabulas ponderatur,ibi.nu.31.
Tex.in l.ſi pontionilla,C.quandò dies legatorum cedat intellectus ponitur.ibi.nu.32.
Tex.in §.ex cōditionali, Inſtit.de verb. oblig. declaratur ibi.nu.33.
Tex.in c. tanta nequitia,diſt.86.& in l.2. ff. de admin. rerum ad Ciuitatem pertin. intellectus traduntur,concl.9.nu.5.
Tex.in l.1.ff.de requir.reis, & in l.1. C. eo.quomodo intelligantur,ibi.ſub nu.65.
Tex.in c. ſiue quiuis Caroli Regis II. non obſeruatur, ibi.nu.85.
Tex.in c.ſcriptum,& in c.tranſmiſſa qualitèr intelligantur,concl.11.n.14.
Tex.in l. 1. C. ad Senat. Conſ. Maced. ad quid fuit editus? ibi.ſub nu.56.
Tex.in Conſtitutione Regni Volumus, vt nullus de perſona explicatur,concl.14.nu.30.
Tex.in Conſtitutione Regni In aliquibus declaratur,concl.16.nu.6.
Tex.in l.inſtitutio talis,ff.de condit. inſtit. traditur intellectus,concl.17.nu.15.
Tex. in c. Regni Si cum ſceleratis explicatur, concl.19.nu.20.& 21.
Tex. in Conſtitutione Regni Obſcuritatem ponderatur,concl.20.nu.20.
Tex.in Conſtitutione Regni Sancimus exemplificatur,ibi.nu.22.
Tex.in l.Æmilius, ff.de minoribus quomodo inducatur in materia emphyteuſis,concl.22.n.11.
Tex. in l.diuortio, ff. ſoluto matrim. quomodo concordetur cum §.finitur, Inſtit. de vſufr.§. ſi verò,Inſtit.de rerum diuiſ.& l.vſufructuarius, ff. quibus mod. vſusfr.amittitur,concl. 29.ſub nu.18.
Tex.in l.3.ff.de offic. Iudicum, & in l.in ſacris, C.de proxim. ſacr.ſcriniorum conſiderantur, concl.30.nu.15.
Tex.in l.ſi mater, ff. de vulg. & pupil.ſubſtitutione quomodò intelligatur, concl.32.nu.9.
Tex. Sacræ Scripturæ apud Luc. c. 15. pulchrè inducitur,concl.33.ſub nu.34.
Tex.in c.cùm verum,de condit.appoſ. & in l.1. C. de donat. quæ ſub modo qualitèr poſſint concordari?concl.34.ſub nu.7.
Tex. & gloſ. in l. Imperatores, ff. de re iudic. quomodò intelligatur.concl.35.ſub nu.9.
Tex.in l.ſub prætextu,C.de tranſact.& in l.Imperatores,§. cùm tranſactio, ff. de tranſact. qualitèr concordentur,ibi.nu.17.
Tex.in l.ſub prætextu, C.eo.de tranſact.quomodò limitetur, ibi.nu.20.& 21.
Tex.in l.quidèm exiſtimauerunt,ff.ſi cert. pet. intellectus traditur,concl.37.nu.5.& 13.
Tex. diſpoſitio in l.ſi chyrographum,ff. de probat.cernitur,concl.5.nu.14.& ſeq.
Timor reuerentialis ſufficit ad inualidādam monialium profeſſionem,concl.28.nu.13.
Titulus inſtitutionis dicitur bonorabilior titulo legati,& alio quocunq;. concl.33.nu.6.
Tonſura an ſit ordo? concl.36.nu.4.& ſeq.
Torqueri legitimè poteſt adulter inquiſitus per præſumptiones;ſed quomodò Iudex debeat ſe circà hoc habere? concl.2.nu.34.
Torquendus ſi incantationibus vtatur, quæ ſit practica habenda? concl.19.nu.51.
Tortura quando poſſit inferri ex proceſſu informatiuo? concl.19.nu.12.

Ter-

Tortura inferendi facultas ex informatiuo tantùm M.C.Vicariæ eſt conceſſa,ſed contrarium ſuſtinetur, & corroboratur.ibi.nu.14.15.& 23.
Tortura, quæ infertur reo ex informatiuo, ei non aufert defenſiones,ibi.eo.nu.15.
. . *Quando infertur reo plenè conuicto, quæ cautela erit adhibenda? & quid ſi Iudex contrarium faciat,ad quid teneatur? ibi.nu.43.*
. . *Infertur in ſubſidium probationum,ibi.eo.nu.*
. . *Ad euitandum dolum debet inferri reo poſt defenſiones,ibi.nu.16.*
. . *Quando ſunt plures inquiſiti, cui prius danda ſit? ibi.nu.50.*
. . *In crimine falſi poteſt inferri,concl.15.nu.2.*
. . *Non poteſt eſſe principium in ordine iudicij, ſed datur in ſubſidium probationum.ibi.*
Tranſactio an retractetur per inſtrumenta nouitèr reperta?concl.35.nu.16.
Trebellianicam hæres amittit, ſi non facit inuentarium,concl.12.nu.7.
Turpe eſt ignorare ius, in quo quis verſatur, concl.31.num.32.
Tutoris,vel curatoris bona ſunt obligata pro mala adminiſtratione, ſed non bona Officialis pro malo regimine,concl.14.nu.39.

V.

V*Aſallus feudatarius an ſi per decennium non præſtet ſeruitia,feudum amittat? concl.22. ſub num.5.*
Vendita re,& nõ tradita,non poteſt peti,ſi pretium non ſit integrè ſolutum,concl.37.nu.7.
Venditio quando rectè facta non cenſeatur? concl.23.num.12.
Venditor, & emptor ſunt correlatiua, concluſ. 3. num.10.
. . *Rem venditam ab emptore quis non poteſt vindicare ex pretio non ſoluto, ſed habet actionem aduerſus eum pro pretij recuperatione,cõcl.25. ſub num.20.*
Venditæ rei dominium in emptorem transfertur, concl.31.nu.6.
Venia, quæ petitur per filium priuſquàm patrem conueniat,eſt de vrbanitate, & non de effectibus patriæ poteſtatis,concl.17.nu.4.& ſeq.
Veniam petere qui teneantur priuſquàm eorum iura in iudicio proponant? ibi.nu.5.
Venire aduerſus factum proprium nemini licet, concl.31.ſub nu.20.
Verba enunciatiua in dote quæ ſint? concl. 13.ſub num.49.
. . *Sunt cum effectu intelligenda, concl. 16.ſub num. 3.*
. . *Vis,& volo non ſunt de ſubſtantia, ſed de forma matrimonij, ità & talitèr, quod ſi iſta interueniant in matrimonio,& non conſenſus, matrimonium non tenet,concl.28.nu.16.18.& 25.*
. . *Capiunt intellectum ex præfationibus, & concluſionibus ſermonis,concl.36.nu.32.*
. . *Teſtatoris ſunt intelligenda, vt aliquid operentur,concl.39.nu.3.*
Verbum hoc à teſtatore prolatum,che ſucceda, dicitur executiuum, quod pupillarem ſubſtitutionem importat,concl.33.ſub nu.15.
Verificatio ſcripturarum debet fieri citata parte, quæ ſi non comparuerit,in contumacia fieri poterit,concl.4.nu.2.& 4.
Veritas non verbis, ſed ſermo eſt veritati ſubiectus, concl.28.nu.25.
Vicarius generalis,Epiſcopi poteſtatem tenet,concl.36.num.24.
Vidua differt à virgine,concl.20.ſub nu.27.
Vincula duo fortius ſtringunt,concl.13. ſub nu.33.
Vinum generat luxuriam,concl.2.nu.50.
Vir dicitur caput mulieris,concl.13.ſub nu.15.
Vir non eſt ità mendax, ſicut mulier,concl.20. ſub num.11.
Virginis iuramento ſtatur, ſi dicat fuiſſe ſtupratam, ſed quando,concl.2.ſub nu.31.
Virgines in nonnullis huius Regni partibus vix die Paſchatis ad Eccleſiam vadut,vt magis honeſtæ viuere dicantur.ibi.nu.51.
Virginitatem amittere virgines non dicuntur,quando vi deflorantur,concl.28.ſub nu.27.
Viſus cum enſe euaginato propè locum delicti, delinquens præſumitur,concl.19.nu.31.
Vltima voluntas ab alieno arbitrio dependere non poteſt,concl.32.ſub nu.4.& concl.33.nu.11.
Vltima tertiaria prouentuum non debet ſolui Capitaneis,ſi prius non ſteterint ſindicatui,concl. 14. num.40.
Vltra vires nemo tenetur,concl.13.nu.21.
Vnumquodq; ſoluitur eod. modo,quo ligatum eſt, concl.34.ſub nu.21.
Voluntas teſtatoris facit legem,concl.8.ſub nu.37. & concl.12.nu.5.
Sed quando,concl.16.nu.8.
Voluntas teſtatoris contrà legem non valet, concl.16.num.4.
. . *Dubia eſt intelligenda pro eo, quod magis veriſimile eſt,concl.26.nu.4.*
. . *Potiusquàm verborum ſollemnitas eſt attendenda,concl.32.nu.1.*
. . *Per veras coniecturas declarata habetur pro expreſſa,concl.33.ſub.nu.53.*
Vſuræ dotis promiſſæ, poſt quantum temporis ſpatium peti poſſint,& ad quam quantitatem, & an in hoc dies interpellet pro homine? concl. 13. ſub num.52.
. . *Si non currerent ex dotis promiſſione,eſſet contrà dotis fauorem. ibi.nu.57.*
. . *Poſſunt peti, etſi nulla in dote interuenerit ſtipulatio,ibi.nu.58.*
. . *Non impediuntur ex obſignatione partis debiti. concl.37.nu.6.*
. . *Non currunt,quando creditor recuſat debitum oblatum recipere, & illud pænes aliquem de ordine Iudicis deponitur.ibi.ſub nu.16.*
. . *Non currunt,ſi oblatio fiat creditori à debitore*
in

INDEX.

in ſacculo;ſed quando eſt neceſſe,vt nondùm in ſacculo offeratur,ſed ab eo extrahatur? ibi.n.20.et 21.

. . An impediantur per ſolam verbalem oblationem? ibi. nu.24.

. . An curram lite pendente diſputatur, concl.40. à nu.1.vſq; ad 10.

Vſusfructus à die mortis teſtatoris cum proprietate conſolidatur, concl.29.n.15.

Vulgaris ſubſtitutio quando matrem excludat? concl. 33.nu.53.& 55.

Vxor agens pro reſtitutione dotis, ſufficit mors ciuilis viri per religionis ingreſſum,vt audiatur. concluſ. 8.num.22.

. . Quo in caſu conueniatur actione furti,vel expilatæ hæreditatis? concl. 10.n.27.

. . Quamuis non conueniatur actione furti, vel expilatæ hæreditatis; tamen alia actione poterit conueniri, ibi.nu.28.

Vxoris hæredes non tenentur actione furti per ſubtractionē bonorū factam in bonis viri,ibi.ſub eo.n.28.

Denique animaduertendum duco, quòd litera C in margine columnarum operis, communem DD. opinionem ſignificat, litera verò D. articulorum deciſionem deſignat.

ERRATA CORRIGE.

Errata In Epiſtolis.

In commendatoria le.Coſcia ad principium. Enatratione obtarem,ſic. — enarratione,obtarem ſic. virgula in hoc debet eſſe inter enarratione,& obtarem,& non inter obtarem, & ſic.

Errata	Corrige
*Ibid.in medio.*Collaudent:	collaudant.
*Ibid.*extollant.	extollunt.
In epiſtola ad lectores in fine.	exoſus.

Errata in Indice.

Errata	Corrige
In litera A. animalia inuenta.	animalia inuēta.
*In lit B.*Quibus priuentur.	quibus priuetur.
*Ibidem.*non poſſunt tuti.	non poteſt tutus.
In lit. D. verſ.delicto. concl.10.ſub nu.20.	cōcl.19.ſub n.20.
Ibid. ver. diſpoſitio. cum de vno loquitur.	cū de vno loquatur.
In lit. M. verſ.melius. melius innocentem.	melius eſt innocentem.
*Ibid.*melius abſentem.	melius eſt abſētē
*In lit.O.verſ.occiſi.*Et occidunt.	Et occiduntur.
*In lit.P.verſ patrimonio.*In nomē hæreditatis.	In nomen hæretatis tranſeunt.
Ibid.verſ proceſſus. Non nocee.	Non nocet.
In lit.S.verſ.ſecundus. Secundus habet.	Secundus creditor habet.
Ibid. verſ. ſententia. Smplicitèr prolatæ.	Simplicitèr prolata.
In lit. T. verſ Tortura. Ad euitādum dolum.	ad euitandum dolores.

Errata in Corpore.

Errata	Corrige
In concl.1.ſupra nu 3. tamenſi.	Tamen ſi.
*Ibid.ſub nu.12.*Alpunſo.	Alphonſo.
*Ibid.ſub nu 6.*poteſt adoptare.	poteſt adoptare.
*Ibid.ſub eo nu.16.*verumtamen.	ſed tamen.
*In concl.2.nu 6.*propter eum.	propter id.
*Ibid.nu.14.*dicatur.	dicantur.
*Ibid.nu.21.*admittantur.	admittuntur.
*Ibid nu 22.*omnſi.	omnis.
Ibid ſub n.29. fituitur propheta.	fatur propheta.
*Ibid ſupra nu.33.*ab eo.	ab aliquo.
*Ibid nu.47.*cum ordinaria.	eum ordinatia.
Ibid ſub eo nu.47 crudo.	cruda.
Ibid.ſupra nu 53. cum eſt.	dum eſt.
*In concl 4.ſup.nu.19.*ſupra citato.nu.15.	ſup.citato nu.16.
*Ibid.nu.25.*vigere.	vincere.
In concl.5.ſub nu.7.& cum ſimus.	at cum ſimus.
In concl.6.ſub.num.4. non ſit decentia.	non ſit de eſſentia.
In concl.8.ſup.nu 11. Bar.d.conſ.	Bar.d.conſ.1.
*Ibid.ſub.nu.31.*poſte tranſmittere.	poſſe tranſmittere.
*Ibid.nu.38.*ad alias.	ad alios.
In ſummario concl.9.n.17. veaiat.	veniat.
*In ead.concl.9.nu.*16.nam ſi iudicium non impeditur; ſic,& contumax;	nam ſi iudicium non impeditur; ſic contumax

Nota in hoc,quod virgula debet ſtare inter impeditur,& ſic, & non inter ſic, & contumax, quia mutaretur ſēſus.

Errata	Corrige
Ibid.ſup. nu.23. ff. de bonorum eorum.	ff. de bonis eorum.
*Ibid ſub.eod.nu.23.*conſciunt.	conſciuerunt.
Ibid.ſup.nu.32. nō poteſt hoc ius	nō poteſt,hoc ius

Aduerte,quod debet eſſe virgula inter poteſt,& hoc ius.

Errata	Corrige
Ibid.ſub.nu.42. Vnde teſtis eſſe	teſtis eſſe.
Ibid nu.45. habetur.	habeatur.
Ibid.nu.52.& eius deſinitio.	& eius definitio.
Ibid nu.57. tamecſi.	tametſi.
*Ibid nu.65.*l.1.& fin. G.ſi reus.	l.1.& fin.C.ſi reus
Ibid.ſub.nu.72.& ego de Nigris.	& de Nigris.
Ibid ſub.nu.76.& dum aliud fit.	& nil aliud fit.
*Ibid.in fine.*ſuſpenſum.	ſuſpenſus.
*In prima forma citationis ad capitula.*fuit illa die.	fuit illa die.
In ſecunda forma citationis ad capitula. euitare excogitauit.	euitare excogitatur.
In ſummario concl.10. nu. 18. ſed conuincitur.	ſed conuincitur.
*In ead concl.10.ſupra nu.7.*ad Cāpan.	ad Campag.
*Ibid.ſupra nu.16.*reſtituitur.	reſtituitur.
*Ibid.ſupra nu 25.*faciunt d.gloſ.	faciūt dicta gloſæ.
*Ibid.ſupra.nu.36.*vt iuribus.	vt in Iuribus.
In concl.10.nu.12. fertilitate prædium.	fertilitate prędiorum.
*Ibid.ſupra nu.12.*extenditur.	extenduntur.
In concl.13.nu.11. vt eius ſapere.	& eius ſapere.
*Ibid.nu.5.*eius naturali.	eius naturale.
*Ibid.nu.58.*actinge.	tetig.
*Ibid.nu.51.*poſſit petere.	poteſt petere.
*In concl.14.ſup.nu.16.*Clar. §.fin. q.95.	Clar. §.fin.q.95.
*Ibid.ſub nu.29.*minuantur,	minuatur.
*Ibid.ſub eo.nu.29.*augeantur.	augentur.
*Ibid.propè nu.39.*mala eius adminiſtratione.	mala eius gubernatione.

*Ibid nu.*42.intentiouis.	intentionis.
Ibid.nu 43.de de ſind.	de ſind.
*Ibid.nu.*45. eum aliqua honeſta	cũ aliqua honeſta
*Ibid propè num.*47, inuicem non turb.	inuicem nõ turb.
*Ibid nu.*58.haberet.	dum haberet.
*Ibid.nu.*61.*in medio*. quamus.	quamuis
Ibid. ſupra nu. 63. ad hoc inuigilant.	ſi ad hoc inuigilant.
*Ibid.ſub eod.nu.*63.procceditur.	proceditur.
Ibid.ſub eod.nu.verſ.de bono,vt vt ita.	vt ita,
*Ibid.nu.*64.verba,	verba.
*Ibid.ſub eo.nu.*64. ſecundum Ricc.	ſecundum Rouitum.
*Ibid.ſup. nu.*65.exercere valeat.	exercere valet.
*In concl.*15. *ſub num.*6.læſum in hac.	læſum fuiſſe in hac.
Ibid.ſub nu 22. in caͣd. prag.	in ead. prag.
*In concl.*16.*ſub nu*.2. circumſtantibus fiat.	circumſtantibus fiat.
*Ibid.nu.*6.per maſculorum.	pro maſcùlorum
*Ibid.nu.*12.dum nepos.	cum nepos.
*Ibid.nu.*15. vidcrc terminatione.	videre de terminatione.
*In concl.*17 *nu.*12.nec valet quod	nec valet dicere, quod.
*In concl.*18. *in argumento in fine.* diſceptatus.	diſceptatur:
*Ibid.ſub nu.*23. aut dolo ad libitum.	aut dolo adhibitum.
*Ibid nu.*24.pro effectu tali.	pro effectu tali.
In concl. 19.*nu.*13.legitur dictæ.	legitur, quod dictæ.
*Ibid.ſupra nu.*37.dum es difficilis.	dum eſt difficilis.
*Ibid nu.*47.ſi aplabunt.	ſi appellabunt.
Ibid eod.nu 47. tunc quia.	tum quia.
*In concl.*20.*nu.*5. pro nuncupata minime.	pro nuncupata dote minimè.
*Ibid.ſupra nu.*18. 14.q.4.	17.q.4.
Ibid nu 25.mulhere.	mulierem.
Ibid nu 26.tale reſtitutionis.	vt tale reſtitutionis.
*In concl.*21.*nu.*7.cum voluntate remittendi.	cum voluntate cum remittendi.
*Ibid ſub num.*15.eccleſiaſtis ſint.	eccleſiaſticis ſint.
In concl 22.*nu.*1.drciſ. 6.	deciſ.6.
*Ibid.ſub nu.*4.ipſe pariatur.	ipſi pariantur.
*Ibid ſub nu.*8.oblatam obtulit.	oblatam recipit.
*Ibid.nu.*18 *in fine.*ſolutionem dictum.	ſolutionem adeas dictum.
In concl. 23.*ſup. nu.*1. Primò ampliatar.	Primò ampliatur.
*Ibid.nu.*21.eſſe neceſſariam.	Non eſſe neceſſariam.
In concl. 24. *in ſummario. num.*4. quando detoratur.	quando deferatur.
*In ead.concl.*24.*ſub num.*2.vr poſt hinc.	vt poſt hinc;
*Ibid.nu.*11.parte non petent.	parte non petẽte.
*Ibid. nu.*13. patni momenti.	parui momenti.
*Ibid.nu.*15.multi prætucij.	multi præiudicij.
*Ibid.ſup nu.*18.recineantur.	retineantur.
*In concl.*26.*ſub. nu.*1. quondam hæredem.	quendam, hæredem.
*In concl.*27.*nu.*1.finis retineret.	fines retineret.

*Ibid.nu.*3. vt ſit ſeculi	vt ſit ſeculi
Ibid.nu 6.immò mutans	immò mutans
*In concl.*28.*ſup.nu.*7.vtt.ſer.	vtt.for.
*In concl.*29. *ſupra num* 9. regulæ monachus.	regulæ monaci
*Ibid. ſub nu.*10. de dando ſepultura.	de danda ſepultura.
*Ibid.nu.*12. tangi non poſſit.	tangi nõ poſſint.
*In concl.*31.*ſub num.*6.legatus videtur.	ligatus videtur.
*Ibid. ſub nu.*20. venire concedatur.	venire conceditur.
*In concl.*32.*ſup.num.*17.tali teſtamentum.	tale teſtamẽtum.
*In concl.*33.*nu.*1. ſed prius ſic debebatur.	ſed prius ſic dicebatur.
*Ibid.num.*6. non habebit quærelam.	non habebit querelam.
*Ibid nu.*20.& in hac Cynus.	& in hoc Cynus.
*Ibid.nu.*26.quam legitimma.	quam legitima.
*Ibid.nu.*31.poterit cauſas.	poteris cauſas.
*Ibid. nu.*35. per innumeros DD.	vt per innumeros DD.
*Ibid nu.*38.laudabilius etiam.	laudabilius eſt.
*Ibid. nu.*43. affirmatiuam iſtam ſententiam.	negatiuam iſtam ſententiam.
*In concl.*34.*num.* 19. & ſucceſſinè abſolntio.	& ſucceſſiuè abſolutio.
*Ibid.nu.*21.qua fuit allegatum,	qua fuit alligatũ.
*In concl.*35. *nu.*8. per nouam inſtrumenta pronunciatam.	per noua inſtrumenta pronunciatam ſentẽtiam.
*Ibid. ſub.nu.*9.gl. ibid.declarat in illis verbis.	gl. ibid. declarat in alijs verbis.
*Ibid.num.*11. ſecundum Gallup.	ſecũdum dictum Gallup.
*Ibid.ſub.nu.*17. *ver. ſecunda.* in d.l. 27.	in d.l.29.
*Ibid ſub.eo.nu.ver.tertia.*non agitur de inſtramentis.	non agitur de inſtrumentis.
*In concl.*36. *ad ſummarium ſub n.* 35.à Iudicij limino.	à iudicij limine.
*Ibid. in d.conſ.*36. *nu.*2. & pro generali.	& pro generali.
*Ibid nu.*4.vt talis clerici	vt tales clerici.
*Ibid ſub nu.*21.parum æſtimatur.	parũ exiſtimatur.
*Ibid.nu.*22.ipſius Authoris.	ipſius authoris.
*In concl.*37 *num.*9. nam compelli ſcilicèt	non compelli ſcilicèt
Ibid.ſupra. nu. 10. ad argumenta in contrarium,	ad argumenta in contrarium.
*Ibid.nu.*24.verbalis oblatio.	verbalis oblatio.
*In concl.*38. *nu.*11. iudicant amborum.	indicant amborum.
*Ibid.eod. nu.*11. & amborum electio.	& amborum electionem.
*Ibid nu.*12. in duos coniunctus.	in duos coniunctos.
*Ibid.nu.*14. prout in ſimili dixit.	pro vt in ſimili.
*Ibid.eod.nu.*14.Gallup. parte prima.	voluit Gallup.parte prima.
*In concl.*39 *nu.*1. Item laſcio.	Item laſcio.
*In concl.*40.*nu.*2. Et propterea dũ ex tali contractue	Et propterea ex tali contractu.
*Ibid ſub num.*6. corroboratur hic probabili veritate.	corroboratur hac probabili veritate
Ibid.nu 8. ſolida contributio.	ſolita cõtributio.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Prem. Legatoria Artistica
ACHILLE FIORE
Via Grande Archivio, 3 - Napoli